

Biblioteca Universitaria
 GRANADA
 Año _____
 Tomo _____
 Tabla _____
 Número 116

VPER II AB ATIS MONASTERII

ITIENSIS, E REGIONE AGRIPPINAE COLO
 em Rheni ripa siti, ordinis S. Benedicti, uiri, & uitae sanctimonia, & sacra
 rum literarum peritia praclari, Commentariorum, In Euan
 gelium Iohannis, Libri XIII.

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30



ARNOLDT BIRCKMAN.

APVD FOELICEM COLONIAM
 ANN. SALVTIS, M. D. XXXIII.




2 400 40
 Gallea
 MADE IN GERMANY

de Collegio della compagnia de Jesus de Granada
R. 3475

Maestro de mas

RVPERTI AB BATHS MONASTERII

TVITIENSIS, E REGIONE AGRIPPINAE COLO-
niae in Rheni ripa siti, ordinis S. Benedicti, uiri, & uitae sanctimonia, & sacra-
rum literarum peritia praecleari, Commentariorum, In Equi-
gelium Iohannis, Libri XIII.




ARNOLDT BIRCKMAN.

APVD FOELICEM COLONIAM
ANN. SALVTIS, M. D. XXXIII.

U-27-5301

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A
A
Tabla
Número 118



INDEX IN

EVANGELIUM IOHANNIS.

A bram quare uxorem filio	70
Abraham duos habuit filios	44
Adam cum Abraham comparatur.	192
Adam priuauit nos mansionibus caeli	248
Adoratores ueri non sunt extra ecclesiam	83
Adorandus pater spiritu	82. & 83
Adultera praefigurauit ecclesiam de gentibus	166
Aemulatio discipulorum Iohannis.	68
Aetas Christi uisus ad huc Iohann. Bapti.	87
Aetas mundi quinque ante Christi aduentum	97
Agnus typicus.	238
Alicuique aeternis ad credendum	90
Amare animam suam	231
Andreas magnus	33
Angeli apostolos designant.	299
Angelus non potest humanam naturam assumere	66
Angeli boni quomodo possint peccare.	104
Anima hominis terra dicitur.	161
Arbitrium liberum negare hereticum est	52
Angelus qui in piscinam descendit, quid significet	96
Antichristus	169
Apostoli sunt equi & quadrigae saluationis	278
Apostoli sunt rationales caeli	248
Apostoli quare clausis foribus simul erant.	301
Apostoli lux mundi.	276
Apostoli quomodo sint unum,	280
Apostoli quomodo fratres Iesu	300
Arbitrium liberum	235
Archireclinus	41. & 45
Argumentum Iudeorum uisusum	168
Argumentatio ex quinque partibus constat	112
Argumenta theoriae etiam in sacris literis.	111
Arrius quomodo lapsus.	11
Aqua minimum in baptismo	17
Aqua in uinum commutatum, quid significet	43 & 44
Aqua uinum factum, quale miraculum.	38
Aqua, uinum & sanguis, quomodo differant	131
Aqua uiuus, gratia spiritus sancti	78. & 79
Aqua quomodo abluit peccata.	59
Ascensio Domini gaudium habuit	268
Acellus super quem sedet Christus, quid significet	229
Astutia Iudeorum	165
Audacia turbae Iudaeae de petendo rege	124
B aptismus discipulorum Christi	67
Baptismi uerus post Christi resurrectione	54
Baptismus Christi ante eius passionem qualis	66. & 67
Baptismus passionis & martyrii	295
Baptismus Christi duplex.	25
Baptizatus a renato differt.	57
Baptizatus est unctio	22
Baptizatus duplicem habet uirtutem	23
Baptizatus hereticorum speciem solum pietatis habet	25
Baptizatus per rubrum mare designatus	295
Baptizatus Christi diuersus, a baptismo Iohannis	21
Beatum est uidere dei claritatem	281
Blasphemia pharisaeorum in spiritum sanctum.	53

C aeus a nativitate, gentes praefigurauit	193
Caeus aius rei figura sit	201
Cena in domo Simonis leprosi.	225
Cesaris retributio condigna.	291
Calix passionem mortis designat	284
Calumniam de contrarietate euangelistarum	296
Canes Iudaei	157
Capharnaum	46
Captiuitas sub peccato	179
Caro, item anima pro toto homine quandoque ponitur	9
Caro non prodest quicquid praesertim ex animis	147
Casus primorum parentum.	8
Causa quare Iohannes scripsit euangelium	1
Cayphas spiritum habuit mendacij.	223
Certamen inter Iudeos & Samaritanos	81
Charitas blanditur & seuit	26
Charitas est uera scientia	264
Chilarchi qui fuerunt	124
Christus uir & agnus masculus	28
Christus filius dei naturae, non adoptione.	ibi.
Christus deus & homo	29
Christus non habet duas personas.	ibi
Christus nomen officij	ibi.
Christus quale uerbum est	2
Christum sequi	31
Christum multi falso sequuntur, sola fide	32
Christus quomodo dicitur & est heres	111
Christus pax nostra	300
Christus brachium domini	285
Christus quare debuit se peliri	294
Christus tria habet nomina	290
Christus per humanitatem est Iohanni Baptistae	75
Christus quando publice praedicare coepit	46
Christus sciendum carnem non genuit	56
Christus quare in specie horum non comparuit	299
Christus petra & lapis sub capite Iacob	34
Christus aliter a deo est, q. nos.	139
Christus est sacerdos, sacrificium & templum	279
Christus non accusator, sed iudex.	117
Christus a quatuor necessitatibus nos liberauit.	126
Christus lucerna est Iudaeis inuisa	102
Christi responsio auctoris reprobis reprehensibilis	288
Christus quare fordes abluit.	295
Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech.	144
Christus & spiritus a quibus fiunt	124
Christus sciat quod Moyses facere non potuit	13
Christus cognoscitur ex scripturis	100
Christus uerus deus probatur	51
Christus maior Moise & omnibus prophetis.	169
Christus quomodo ascendit, & non ascendit	151
Christus a patre traditus est pro nobis	290
Christus aliter lux erat, aliter Iohannes	7
Christiani quid amplius habent q. antiqui patres.	23
Christus quomodo recipitur.	8
Christus foelicitate natus	74
Christus deus & homo	1. & 40
Christus pastor bonus essentialiter	206
Christus quare tempus suae mortis elegit	149
Christus quare sexta feria pati uoluit	290
Christus ostendit se deum esse	61

Christus secundum carnem post Iohannem uenit	11
Christus quare iuit per Samariam	76
Christus ut homo euangelizauit	24
Christus exiit de manibus Iudeorum, quod signi.	215
Christus solus idoneus fuit ad agendam pro nobis peccantiam	22
Christus a suis reiectus, & a gentibus receptus	46
Christus ante ad tempus abiit in Efferem	224
Christus a deo proaxit	266
Christus nemini adulatus est	190
Christus ad egrotos descendit	39
Christus quomodo uos lauit	241
Christus quare ueni debuit	242
Christus est abus uiciorum & mortuorum	134
Christus de praesentia traditus	174
Christus suum mandatum perficiens, dat nobis exemplum	246
Christus quare se sepe filium hominis appellat	60
Christus trigesimo anno edidit miracula	45
Christiani quomodo fiant	9
Christus ante gratias agebat patri	221
Cibus qui perit impedit a Christo	118
Cibus Christi uisus faceret uoluntatem patris	87
Ciranausio quid cause & utilitatis habeat	55
Ciranausio ante passum Christum desijt	157
Clamor Christi de credendo in se	55
Claritas Christi duplex	236
Clarificatio Christi per passionem	280
Claritas credentium in caelis futura	245
Claritas Christi non potuit abscondi	280
Clarificationes praeduae in Christo duae.	116
Cognoscere a se differet	232
Collybitae qui sine	249
Communio patris & filij	48
Conalium malignantium	169
Coniugium Ade & Euae	222
Confessio fidelium	43
Continentia patrum	196
Cophini. xij. quid designent	44
Corona & chlamis quid designent	123
Corpus domini indigne manducantes, qui sint	288
Corpus Christi in cruce & in altari est unum	135
Corpus Christi ex uirgine uerum, & non phantasticum.	135
Creaturae apud deum sicut gutta stilae	10
Credere in deum quomodo	74
Credere quid sit	129
Credere in nomine dei, quid sit	92
Cruas mensurae quatuor	8
Cruas mysterium	291
Cruas Christi quomodo nobis portanda	291
Cruas demones fugat	ibi.
Cruas tribunal Christi fuit	62
Cura pro sepeliendis mortuis	291
Curiositas peruersio	294
Curiositas Iudeorum in abis	187
Daemones quomodo obfident hominem	85
Defensio Christi artificiosa	66
Desperatio poenitentiae in haereticis	169
Deus omnia quomodo simul creauerit	258

Deus uita animae	219
Deus solus trahit hominem	138
Deus quid rogandus	259
Deus est, erit, & uenturus	172
Deus Iudeos iruit	159
Deus quomodo ad nos conuertitur	32
Deus per similitudines rerum nobis mysteria aperuit	86
Deus pater & filius non tenentur lege sabbati	104
Deus est pater Iesu	103
Deus uere spiritus est	85
Diabolus ante principium mundi didit	256
Diaboli odium contra filium	108
Diabolus semper mendacium loquitur, etiam si eueniat quod dicit	186
Diabolus a semetipso loquitur	186
Diabolus pater Iudeorum	181
Diabolus mendax est, & pater eius	186
Dies nouissimus festiuitatis Iudeorum, quod designat	160
Dies sabbati magnus	294
Dies festus Iudeorum	96
Differentia inter Marthae & Mariae ministerium	225
Differentia inter duos frenos Christi	220
Dilectio Christi erga nos	261
Dilectio sine iustitia non est	63
Dilectio patris & filij, est spiritus sanctus	281
Dilectio quid	261
Dilectio in opere consistit	253. & 254
Discipulus Christi in dilectione consistit	246
Disputatio Christi artificiosa	184
Discipuli quosque regnum terrenum desiderauerunt.	230
Discipulos occidi non expediebat	285
Dissentio haereticorum confert fidei catholicae	163
Distributio operum Trinitatis	110
Diuinitas Christi, forma non formata	14
Dona sancti spiritus	161
Dona spiritus uaria	26. & 27
E cclēstia in spiritu sancto columba	28
Ecclesia haereticos deestatur	28
Ecclesia similis arcae Noe	305
Ecclesia ex Christi latere formata	295
Ecclesia quomodo dicitur corpus Christi	142
Ecclesia quousque tolerabit malos	244
Ecclesia foelix ex gentibus.	80
Ecclesia mater Iesu	42
Ecclesia triumphans	266
Ecclesia primitiua per mulierem designata	85
Ecclesia post passionem coepit ordinari	163
Ecclesia est mulier quae parit & c.	271
Ecclesia status praefiguratur per Mariam mag. & Martham.	217
Egestio desideranda in terra, quid significet	231
Electi de hoc mundo non sunt	172
Eloquentia etiam in diuinis eloquijs	20
Eloquentia magis apparet in rebus humanis quam diuinis	112
Eloquium aeternae sapientiae artificiosum	102
Encenia	210
Episcopi ante passionem Christi, non fuerunt apostoli.	162
Error Iudeorum duplex	106
Esse substantiuum deo proprium	173
Esse ex deo quid	188

Euangelium lege perfectius	15
Euangeliste omnes quare narrant negationem Petri	247
Euangeliste quod ad litteram discrepant	30
Euangeliste quomodo in concordiam redigendi	31
Euangelium Iohannis, margarita preciosa	1
Eucharistie tractatus ubi inebetur	128
Excusationes peccatorum male	264
Exhortatio ad compatiendum Christo	163
Exposulatio in pharisaeos	233
Exposulatio contra Iudeos	216
Exurgam diluato, quomodo intelligatur	297
Exultare ad horam de regno temporalis	114
Fabula Manicheorum	5
Facta Christi	259
Festum dedicationis templi	210
Fides Abrahæ	64
Fideles ex gentibus liberi	98
Fides perhibetur esse duplex	118
Fides Abrahæ absq; preiis signis	95
Fides gentium ex auditu	94
Fides cum baptismo, aperit regnum dei	56
Fidelium ordines sunt tres	305
Filius dei peccare non potest	112
Filius dei unicus, differt ab adoptiuis	144
Filius solus, altissimo similis	107
Filij Abrahæ diuersi	185
Filius manet in domo in æternum	179
Filio datum est omne iudicium	306
Filius hominis eo ascendit unde uenit	146
Filius eiusdem substantiæ cum patre	106
Filius non est conuertibilis	104
Filius facit omnia quæ pater	104
Filij dolent mortem patris	245
Filius eiusdem substantiæ cum patre	105
Filius quos uult, uiuificat	106
Filius hominis quomodo primus fuit cælo	147
Filius, dei imago	4
Filius quomodo honorificandus	108
Filius non potest a se facere quicquam	105
Filia non	229
Fletus erit risu prior	150
Flumina aquæ uiuæ ad gentes deriuata	161
Flumina duo spiritus sancti	162
Fons uitæ, Christus est	167
Formatio hominis quanto tempore in utero fit	50
Frater Iesu, eius propinquus	150
Premius Christi	219
Fur hereticus	206
G allianum quid significat post trinitatem Petri negationem	247
Gaudium nostrum in tribulatione	260
Gaudium plenum	273
Gazophylatium	171
Genealogia Christi scdm reuersionem	214
Gigas gemine substantiæ	2
Gentes filium dei maxime receperunt	8
Gentes facilius conuertuntur q̄ Iudæi	78
Gentes non spernende ab apostolis	84
Gentiles & Iudæi arrebat simul	297

Gentiles & Iudæi uiuificandi	106
Gladius & aras peccatorum	282
Gloria patris & filij equalis	192
Glorificatio Christi obedientiam mortis	162
Glorificare seipsum debet nemo	191
Gloriantes nobis non est de sanctitate parentis	8
Gratia Iudæos præeleget	194
Grabatum apostoli sunt & doctores	99
Gratiū mortuū multum fructum affert	231 & 233
Græd errant de proæssione spiritus	266
Gratia & ueritas per legem facta	14
Gratia conferitur uita æterna non merito	20
Gratia linguarum & prophætie tam bonis q̄ malis dicitur esse	23
Gratia pro gratia accepta	12
Gratis iurauit deus patribus	12
Habitus mysticus in Christo	282
Habitus summi pontificis	282
Heretia rebaptizantes	25
Heretia plantaria mortis	258
Heretia corui sunt	28
Heretia rationibus uincendi	184
Heretia negant corpus Christi in sacramento esse	145
Heretia quibus sagittis confingendi	2
Hereticorum temeritas ad uitam domini	292
Heresis Nestoriana refutatur	60
Herodes uulpes erat	286
Hereditas nostra uersa ad alienos,	253
Harundo in manu Christi, quid significet	288
Heli heli lama sapiani	176
Hieroboam in adorando peccatum	82
Holocausa deus permisit, non iussit	85
Homo similis factus iumento	37
Homo reatus Christianorum deus	2
Homo optima pars eorum quæ facta sunt,	5
Homo nescit an amore uel odio dignus sit	58
Homusiani exultabunt	3
Hora sexta mundi ætas	77
Homusiani atholia	213
Honorare deū, & inhonorare filij, sunt contraria.	190
Honor patrum, in honore filiorum	107
Humilitas gentium,	230
Humilitas fecit Christum descendere ad peccatores	46
Humilitas Christi	37
Hypocritis pharisæorum	287
Iesus quomodo habuit peccata	295
Iesus cur intrauit in hortum	282
Iesus Iudæis absconditus, gentes illuminauit	194
Iesus quis sit, Iohannes minutur	76
Iesus quomodo a deo derelictus	176
Iesus fatigatus ex itinere	77
Iesus quomodo abiit & abscondit se	234
Ignorantia affectum non excusat	65
Iesus quare interrogabatur de doctrina sua	285
Iesus quare primū ad Annā ductus	284
Iesus cur prostrauit inimicos	285
Iesus quare in sabbatis curabat	102
Iesus uarie ambulauit	31
Iesus cur proæssit obuiam cohorti	282
Iesus non declinauit a Iudæa causa metus	149

Iesus cur non respondit Pilato	287 & 290
Imagines rerum in anima	4
Immunitio uultus Dauid	145
Inuasis Lazari mirus	211
Incredulitas Iudæorum	95
Infirmities nobis oriuntur ex tribus causis	101
Infirmus Christi instanti morte	232
Ingratitudo primi hominis	129
Inimitie inter deum & homines	255
Insufflatio Christi, qualis fuit	302
Insidia Iudæorum contra Iesum	181
Intentio Pilati mala	292
Intrare per ostium quid	202
Iohannes quod sabbat, quid significet	31
Iohannes Baptista singulariter a deo missus	6
Iohannes cur uocatus	6
Iohannes contemptor inanis gloriæ	69
Iohannes non erat Christus, sed purus homo	69
Iohannes Bapt. quomodo Iesum uisabat	14
Iohannes a Christo illuminatus	7
Iohannes pro sanctis fidelibus scripsit	307
Iohannes recte aquila dicitur	1
Iohannes euangelista præcipue dilectus	239
Iohannes per speculum in enigmate uisus	1
Iohannes quare aquila dicitur	95
Iohannes designat Iudæos	297
Iohannes fide dignissimus	245
Iohannes rigdum animum contra uanam gloriam habuit.	15
Iohannes quomodo est Helias, & non est	15
Iohannes quomodo propheta	16
Iohannes q̄ sancte in deserto uixerit.	17
Ioseph a Iudæis non potuit reprehendi	296
Iohannes quomodo agnouit Iesum ad se uenientē	19
Iohannes Bapt. diuina inspiratione prædicauit	14
Ioseph non est pater Christi naturalis	49
Ioseph quomodo pater Iesu dicitur	35
Iudei maxime scripos intrinsecum	ibidē
Iudei carnaliter de regno Christo opinati sunt	20
Iudæa cui præerat Pilatus, quarta pars regni	68
Iudæi & Heretia differunt	5
Iudæi non ueri Moysi discipuli,	117
Iudæi credent in Antichristum	116
Iudæi quid de Messia credebant	53
Iudæi frustra querebant delere nomē Iesu mortui	171
Iudæi inexcausabiles, ob Iohannis testimonium	5 & 19
Iudæi homicidii & sacrilegium commiserunt	290
Iudæi magis rei q̄ gentes	5
Iudæi inexcausabiles de perfidia	115
Iudæi quare ad Iohannem miserunt	15
Iudæi quomodo de Messia opinabantur	15 & 64
Iudæorum sabbati odit deus	99
Iudæorum sensus fuit & est terrenus	136
Iudæi & gentes unus in Christo populus	328 & 279
Iudæi quomodo oppressi	287
Iudæi filij Abraham secundum carnem, non promissionem.	380
Iudæi cur signa querebant,	49
Iudæi irruentes in patria contra Iesum	91

Iudæi ob pernitiam male audiunt	90
Iudæi quare Christum Samaritanum dixerint	89
Iudæi testimonium de Iesu respuunt	168
Iudæi a fide patrum degeneres	95
Iudæi cæci & surdi	115
Iudæi resiliuntur, eo quod non ferunt nostra simula	62
Iudæi cur dispersi	65
Iudas Thaddæus	254
Iudas nebulo teterrimus	226
Iudas quare in ap̄lm a Christo sumptus	148
Iudas sanctis hominibus nequior	282
Iudas non interfuit sacre communioni corporis Christi	244
Iudas filius perditionis	242
Iudas apostolis admixtus	277
Iudas non poenituit, sed iracundie carbonibus combustus est	244
Iudas proditor filius perditionis	278
Iudas multos habet sibi similes	148
Iudæa sacre communioni interfuit	149
Iudæam facere, ad filium utinet	111
Iudæam Christi, iustum	202
Iudæam dei non fleatur humano affectu	112
Iudæam triplicem habet significationem	237
Iustitia	269
Iustitia in duo dilectionis præcepta diuiditur	260
Iustificatio Abrahæ per fidem	55
Languens sub portibus	96
Languidus quem populum designet	97
Lapis super quem dormiuit Iacob	56
Lapis per angelum sublatu	297
Laus maxima uerbi	5
Lazarus excitatur	220 & 221
Lazarus excauus, quid significet	222
Legis patris Christus & apostoli	501
Lex de Messia uenturo	84
Lex iudicij a Christo obseruata	167
Lex de uero propheta cognoscendo	215
Lex peccatum ostendebat, non tollebat	22
Liberatio a Pharaone, quid	19
Lignum uitæ ad nihil utile	258
Lignum scientiæ boni & mali	108
Linguae dispersitæ cur super ap̄los, & super Christum cur columba, apparuerit	26
Lucerna Iudæis extincta	282
Lucas ordinem uariat ab alijs	149
Lucrum animarum, deo charissimum	209
Lutherani & Pigardi confunduntur	135
Lux mundi a Iudæis extingui non potuit	168
Lux rationis in tenebris male consensu etiam lucet	5
Lux in homine duplex	5
Lux diuina cognitionis non omnes illuminat	7
Magister quando habuerunt reuelationem	214
Magister noster unus est Christus	59
Magistri in Israhel superbi	59
Maiestas uerbi	5
Maledictus omnis qui pendet in ligno	295

Maiores dederunt diem	65
Mancare in sermone Christi, quid sit	177
Mancare in tenebris, quid	236
Manichei acriosa persecutatio inderunt in errorem	187
Mandatum dei, uita aeterna	237
Mandatum nouum Christi	246
Mandata omnia in dilectione	261
Manducatio corporis domini, fit dupliater	135
Manducare corpus & sanguinem Christi, qd sit	142
Manna non praestabat mundo uitam	136
Manna non liberauit a morte	140 & 141
Maria quomodo sit mater Iohannis	292
Maria omnium Christi discipulorum matr	293
Manuetudo Christi	189
Maria magdalena	216
Mare rubrum diuisum, quid significat	163
Mare Galilea multa habet nomina	119
Mausoleum Ioseph	77
Mediator inter deum & hominem Christus est	272
Meditatio de passione Christi	175
Meditatio Christi sedendo	120
Mendacium custodientium militum	299
Mercenarius	207
Merita sanctorum male negantur	248
Messis spiritalis duplex	88
Messis spiritalis curam de terrena excludit	88
Miracula in quibus rebus non debeant fieri	222
Miseria natiuitatis humanae	73
Misericordia	167
Moderatio Christi in sermone	184
Moses mysticus	33
Moses quomodo signa fecerit	41
Mors Christi fructificatus	230
Mors in cruce apta, ad christi exaltationem	63
Mulier ex Bethania uenerunt	296
Mundus omnia mysteria christi cape non potest	307
Mulier que parit	271
Mundus pro genere humano ponitur	64
Mundus cur odio habuerit apostolos.	278
Mundus non accipit paraclatum	252
Murmuratio summum peccatum.	157
Mysterium incarnationis etiam Iohan. Bapti. impene trabile	18
Mysterium spirituale in corporibus opibus christi.	42
Mysterium numeri 38. annorum	97
Mysterium in actibus Iesu	91
Mysteria expositio passionis Christi	120
Mysterium sextae & septimae horae	95
Mysterium curatationis caecae	195 & 196
Mysterium de duobus hiras	288
Mysterium auris amputatae	283
Mysterium horae deaem	33
Mysterium uirgine in colubrum uersa	209
Mysterium tabularum confracturum	118
Mysterium ex factu Christi	100
Nathanael in lege peritus	35
Natiuitas hominis carnalis duplex	54
Nemo est sicut deus	143

Nicodemus ad huc timidus	164
Nihil ad patrem uenit nisi per filium	277
Noc uno inebriatus	43
Nos cythara & organum sumus	4
Nonitij in fide leniter tractandi	101
Numerus, 4. 6. in hac uoce Aaa designat corpus ecclesie.	51
Nuptiae spirituales inter deum & hominem	42
Nuptiae in Chana Galilee	39
Obedientia Christi in forma serui	21
Octo beatitudines sunt, septem dona spūs san. 2. 7.	21
Oculi septem spiritus domini	97
Odisse animam suam quid sit	230
Odiū Iudeorum non excusatur ignorantia	267
Odiū ueritatis excusauit Iudeos	204
Oculi Christi duo	205
Odiū mundi non erit perpetuum	263
Odiū diaboli antiquum contra filium dei	185
Opera quibus abstinendum	197
Opera nostra bona, sunt abus Christi	87
Opera Christi donec dies est	195
Opus Iudeorum de Christo	158 & 177
Opus dei preferendum patri & matri	40
Opus irisuriam diuiditur	197
Opus dei semper lianum	197
Oratio Christi cui congruit	275
Oratio Christi & nostra differt	125
Orationis quatuor partes	277
Ordinatio charitatis	261
Orphanī qui sunt	252
Osanna quid	228
Ossa Christi quare non debeant comminui	295
Ostium quis sit	203
Oues educande de foribus peccatorum	203
Oues pastore sequentur uelut ipsum Christum	203
Oues quae gemellis sunt foetibus	306
Actum sempiternum non arcuatio	56
Pactum dei cum hominibus triplex	56
Panis uitae patribus & gentibus est datus	141
Panis sanctam scripturam designat,	122
Panis sit corpus Christi	132, 133
Paracletus alius dabitur	251
Paracletus quare dicitur	252
Pater cur demonstrat omnia filio	104
Partus uitosus ex mensuratae coitu	194
Paruuli morte preoccupati, quomodo exarsentur.	142
Pascha Iudeorum ultimum	224
Pascha uetus plenum mysterijs	238
Pascha primi anni creationis Christi	95
Pastores alieni haereticū sunt	204
Pastor bonus quomodo ante oves suas uadit	204
Pater operatur usq; modo, quomodo intelligendū	102
Pater diligit filium	74
Pater habet uitam in semetipso	110
Patientia docetur	265
Patres in fide semini Abrahae saluati	107
Patres antiq; an comederint eam spiritalem	131
Pater suscipit & uiuificat	106
Pater non iudicat, quenq;	106
Patres in limbo quomodo baptizati	54
Pater hominem inuis, docet	139

Pater & filius quomodo omnia cooperantur	104
Patres quomodo deum uidisse leguntur,	139
Patres antiq; in cruce Christi primi baptizati sunt	23
Patri & filio omnia fere communia	107
Patria ingrata Christo	84
Pauperibus Christus peperit	48
Pax uobis, uous fuit saluatio	300
Pax duplex est	255
Pax uera, remissio peccatorum	301
Peccatum originale	269
Peccator, seruus peccati	179
Peccatum Ade sacrificijs non debetur	134
Peccatores omnes erant ante passionem domini.	248
Peccatum originale,	54
Pedes apostolorum quare a domino loti.	240
Pendere in ligno, quomodo intelligatur,	293
Persona spiritus sancti	265
Peruersitas Iudeorum.	198
Peruersitas Iudeorum summa	187
Petrus & latro in morte Christi baptizati	286
Petrus ceteris ardentior in amore	246
Petrus in quo loco confidentior fuit	306
Petrus maior Andrea	33
Petrus pra alijs a Christo honoratus	34
Petrus gerit typum gentium	297
Petrus iraxit solus rete ad terram	305
Petrus bonam habuit uoluntatem, sed imbecilles hume- ros	246
Petrus, eminus Christum negauit	285
Petrus primus apostolorum	240
Petrus quando mendax	247
Pharisaei inflati scientia	16
Pharisaei clerici Iudeorum	201
Pharisaei fures & latrones	202
Pharisaeorum fasces ac liuor	155
Philosophi filij noctis	3
Philosophia inanis mundi disciplina	77
Pilatus distimulator callidus	286
Pilatus eiusdem uoluntatis fuit cum Iudeis	288
Pilatus exilio damnatus, seipsum interfecit.	292.
Pisces & agnorum triplex ordo	306
Pisana gemino laeo	96
Pisana quem receperit	98
Pisana Iudeorum quid designet	97
Pontifices moderni comparantur Petro frigido & Chri- stum neganti	285
Poenitentia	216
Potestas remittendi peccata, quando data	302
Potestas omnis carnis.	276
Præcepta charitatis duo per Christum impleta	208
Prædestinatio	51
Prælati ecclesiae multi Iudei similes	226
Premium sequentis Christum	231
Præsentia dei non est causa peccandi	52
Præsentia dei an uoluntati nostrae uim inferat	235.
Præsentia omnia in diuinitate	193
Primæ pes insanebant a uino	286
Propheta omnes a deo missi	6 & 7
Propheta minor gratia baptizati.	24

Propheta omnes & Patriarcha de plenitudine Christi ac eperunt	11 & 12.
Propheta etiam de præteritis est	80
Propheta occulta cordis inspicere.	81
Propheta de seipsis testificati sunt	168
Proverbia quid	204.
Pueri cuiusdam praefiguratio	121
Pugna inter carnem & spiritum	57
Purificationes Iudeorum multiplicæ	41
Questiones de uoluntate & prudentia dei	3
Questio de bibendo calice a filijs Zebedaei	307
Quid figurata locutio	131
Rabbi Iudeorum in Iesum	102
Rabbi quid	52
Reatus Iudeorum	201
Recitatio testamenti.	238
Reconuatio nostra cui deo in lege praefigurata grā est	13
Reconuatio confert gratiam spūs sancti	25
Redargutio Iudeorum	190
Romana ecclesia	25
Remissio peccatorum non dabatur ante passionem	67
Remissio peccatorum quanta res sit	24
Remissio peccatorum & dona gratiae differunt	23
Remissio peccatorum ex baptismo	24
Regnum dei nemini præcluditur ob donum scientiae	36
Regulus qui Christum adijt	92 & 94.
Reparatio humani generis ab eterno præuisa	4
Repromissio ad tres prædixit facta.	214
Responsio simplicium contra hereticos.	204
Responsum pium Christi de pauperibus	227
Responsio Christi de diuinitate irreprehensibilis coram praeside	212
Resurrectio duplex, prima & secunda	111
Resurrectio neminem excludet	111
Resurrectio prima quae sit.	298
Reuelatio magis facta	214.
Rex Israel quid	228
Rex nobilis Christus	151
Sabbatum	157
Sabbatum cum lege simul ablatum	98
Sacerdotes recte seruiunt domino.	128
Sacerdotes quae excogitauerant lucra	48
Sacerdotium Anne & Caypae uenale	202
Sacerdos libertatis minister	180
Sacerdos ante passionem Christus fuit	162
Sacramentum cur, & unde dicatur	142
Sacrificium uerum non in uitalis	86
Sacrificia ueterum sanctiora q̄ manna	132
Salus quomodo ad gentes peruenit	97
Salus paruulorum	75
Salus per fidem filij dei	ibidem
Samaritani quid de deo credebant	55
Samaritani per Christum consolati	81
Samaritani a Iudeis uitabantur ob duas causas	76
Samuel occubabat unctionem Dauid	22
Sanguis & aqua quare simul profuxerunt de latere Christi	295


Sanctificari in ueritate quid sit	279
Sancti non habent aliquid impassibile sicut Christus	86
Sanctificare quid sit	279
Sathanas non debebat scire Christi primū aduentū	22
Scala quam uidit iacob	36
Senopcia octo durabat diebus.	149
Schismata periculosa animabus.	211
Sealium presens dicitur dies	194
Sem & Iaphet Catholica	49
Sententia Christi irreprehensibilis	167
Septem dona spiritus sancti in no bis	27
Septenario numero ecclesia figuratur	304
Sepulchri dominiā situs	299
Sermo dei indiat	237
Se qui Christum quid	231
Sermo dei ad quos factus est.	214
Sermo de dilectione	251
Sermo Christi ueritas est	279
Sermo dei uiuus & efficax	237
Seruus in scripturis quid.	262
Serpentis morsus, peccata sunt	61
Serpens aeneus, figura Christi	61
Seruus peccati, non semper filius diaboli	185
Seruus non manet in domo in aeternum	179
Simon quare Petrus uocatus	34
Simon ad mysticē & templo eijamur	48
Sola filij persona mediator dei & hominum	280
Sola fides non sufficit	143
Sol super bonos & malos oritur	5
Soluere corrigiam calceamenti	18
Spes dilat & Herodis frustrata	292
Spiritus sanctus interpres uerborum Christi	241
Spiritus a patre procedit	266
Spiritus sanctus uerus deus	28
Spiritus sanctus quare spirat ubi uult	58
Spūs sanctus quare in specie columbe apparuit	26
Spūs scētūs super nemine ut super Christum uisus est	26
Spiritus ab utroq; procedit	302
Spiritus sanctus maximum in baptismo.	17
Spiritus est deus.	83
Spūs scētūs quō in Christo, & quō in nobis maneat	27
Spiritus dupliciter in discipulos missus est	269
Stadium iude proditoris.	270
Sudarium Christi quid designet	298
Substantia Dei & uerbi una.	2
Superbia à deo uindicatur	170
Subuersio mensarum in templo, diuinitatis indiciū	47
Superstitio iudeorum in abis	85
Superbia iudeos excecavit	235
Syloa fons & c.	196
Syllogismus iudeorum fallax	165
Sychar, que & Sychem.	77
Synagoga iudeorum	267
Synagoga duplex	199
Tabule legis due	260
Templum Hierosolymitanum quādiu extractum	50
Tempestat tribulationum prafigurata	125
Tempus miserendi quando uenit	98
Tentatio phariseorum	199
Tentatio terminum habet à deo	247

Tenebrae apud inferos	254
Tenebrae erant in mentibus discipulorum	297
Terror extremi iudicij.	111
Thomas ut ceteri fuit incredulus.	302
Testimonia resurrectionis duo	305
Testimonium Iohannis quantum	6
Testimonium legis de Christo euidens.	116
Testimonium quomodo accipitur à Christo.	113
Testimonium Christi quantum.	72
Testimonium Christi mirabile	252
Testimonium exanimandum ab effectus	113
Testes duo contra iudeos	117
Testes Christi duo	16
Testimonia Christi de seipso	183
Timor seruilis.	253
Titulus cruas corrumpi non potuit.	292
Titulus cruas quō cōscriptus, & quare tribus linguis.	291
Transitus Christi ad gentes prafiguratus	160
Triplex ordo ad iudiciū futurum	109
Tria sunt iudeis ablata	291
Turba in Christum credit.	159
Turba palmarum ferebat.	228
Turba duplex	229
Verba Christi quae nam habuerint uirtutem.	147
Verbum dei uiuus omnium rerum imago	4
Verbum dei apud deum & in mundo simul	7
Verbum non est uersum in carnem	9
Verbum ut in patre & carne totum	9
Verbum totum hominem assumpsit	9
Verbum quomodo apud deum erat	2
Verba Christi, spiritus & uita sunt	147
Verbum omnia subiij, praeter peccatum	10
Verbum aeterna sapientia	4
Verba singulara ponderanda.	6
Veritas	167
Veritas non est tænda	192
Vestimenta Christi non erant uilia.	292
Uetus testamentum insufficiens	122
Uia ad patrem, Christus est.	248
Uia difficilis ad regnum dei.	58
Victime carnales aut ad tempus concessae.	84
Victoria Christi in disputatione	183
Uinum consecratione fit sanguis.	132
Uinea Zodomorum iudei.	293
Uirgines sacrae non debent interesse nuptijs	39
Virga Aaron	38
Uirginitas coniugio praefertur	37 & 38
Uiso Esaiæ	236
Uita duplex	218
Uita anime deus	219
Uitis quid significet	257
Uita actiua & contemplatiua in dilectione	260
Unguentum nardi pisticæ	225
Ungere caput & pedes quid.	226
Unio catholica	253
Uocare oues nominatim	203
Uoluntatem propriam scire, quid sit.	137
Vox spiritus sancti, i. Christus	38
Uulnera Christi quare in eo permanferunt	301.

F I N I S .

RVPERTI ABBATIS

TUITIENSIS IN EVANGELIUM IOHANNIS PROLOGVS.



DISCIPVLVS QVEM DILIGEBAT IESVS, QVI Iohan. 1
 & recubuit in cœna super pectus eius, uerum eide m dilectiori suo te
 stimonium perhibet in euangelio suo q̄ sit Christus filius dei, id est,
 q̄ non tantum homo in fine seculor; natus ex utero uirginis, sed ante
 omnia secula deus ex deo patre generatus sit. Et omnis quidem di
 uina scriptura diuinitus inspirata testimonium perhibet huic ueritati,
 si de huius maxime hoc propositū esse, tam causa quàm & ipse textus
 operis manifeste defendit. ¶ Causa uidelicet, quia misso illo in
 exilium à Domitiano, qui secundus post Neronem Christianor; per
 secutor extitit, irruerūt in ecclesiam heretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion,
 Cherinthus & Ebion, ceteriq; Antichristi, qui Christū fuisse negantes ante Mariā, simplici
 tatem euangelicā fidei, peruersa maculauerunt doctrina. Et inde compulsus ab omnibus pene
 tunc Asiae episcopis, & indicto omnibus ieiunio, dominum precatus, ac sancti spiritus gratia
 inebriatus, hoc euangelij scriptis, quo omnes hereticor; tenebras patefacta subito ueritatis
 luce dispulit. Textus uero operis, quia uidelicet talis omnino est, qualē legitimi postulat or
 do testimonij. Nam ascito secū teste alio, nō minus idoneo scilicet Iohanne Baptista, ut sint tes
 tes duo. Non enim minus q̄ in ore duor; testium stabit omne uerbum. Ascito ergo Iohanne,
 qui uenit in testimonij, dicens de semetipso in fine omnium. Hic est discipulus, qui testimonij perhi
 bet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonij eius. Testis itaq; filij dei singu
 laris hic est atq; praecipuus, qui in publico coeli & terræ auditorio cum ageretur non tam de
 terminis aut legibus regni, q̄ de ipsis natalibus regis nostri, testibus alijs defessis, & à clamo
 re contradicentiu uiolenter oppressis, repente in mediū profuit, & magno uocis euangelicę
 tonitru, uerbij choruscatis fulmine, omne conciliū uanitatis, cunctaq; ecclesie malignatium
 ubiq; terrar; perterritur ac dissipauit: aperte protestās de illo, q̄ filius unicus & cōsubstantia
 lis, ac per hoc hæres legitimus patris aeterni sit. Nostræ autē, id est, pupillo; omnium, q̄s ille
 hæretes suos testamento aeterno per suum sanguinē conscripsit, nostræ nimis spei, quę peri
 clitabatur, tantis aduersarior; derogatiōibus testimonij hoc magnifice suffragat. Quod em̄
 Quomodo ratum erit testamentū quo cœlestē nobis hereditatem legauit, si legitimus ipse
 possessor cœli nō fuit? Quomodo autē cœlum eius possessio fuit, si ipse de cœlo nō uenit, sed à
 Maria in uia fumpsit? Opportune ergo nostræ, ut dictū est, spei fidus hic testis subuenit, dum
 ingenui testatoris antiqua iura proloquens, nō solum eceitū, sed & oia quæ sunt, eius esse, imō
 oia per ipsum facta, & sine ipso nihil factū esse diffinit. Nobis igitur, qui testantes filij dei scri
 pturas testamur, & in uia testimonior; eius delectamur, sicut in omnibus diuitijs nobis omni
 bushoc praecipue testimonij scruandū, & in toto corde exquirendū est, hoc rota anima cō
 cupiscendum, atq; super aurū & topazion diligendū est. Nam si euangelici negotiatores su
 mus, & bonas margaritas querimus, ecce una pretiosa margarita inuenta est. Vbi em̄ illa, quę
 maioris pretij sit perituri potest? Hanc animar; uerus amator deus, dilectus Iohannis animæ
 pro monimēto dilectionis praecipuæ fixit in pectore, ut uerbum, q̄d Maria uirgo sola protu
 lit in carne, ipsum huius focia uirginitas pra; omnibus sanctis uiua mortalibus promeret uo
 ce. Danda ergo sunt oia, ut hæc sola margarita cōparari queat, omnesq; carnaliū sordes asse
 ctuum ab oculis cordis abstergendæ sunt eis, qui in schola Christi uenerabilibus student lite
 ris, ut hęc aliquatenus ualeat aquilā prosequi, quā cordis munditia uiuit, ut claritate solis eter
 ni plus cæteri diuinæ uisionis animalibus irruerberata possit mentis acie cōtemplari. Nam
 de eo, qui per munditiā uitam ad uerā tendit sapientiam, loquitur dñs per Esaiam. Iste in ex
 cellis habitabit, munimenta saxor; sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.
 Regem in decore suo uidebunt oculi eius, cernent terrā de longe. Imō quod ad rem euiden
 tiam attinet, hic, sicut ad b. Iob, alijs quidē uerbis, sed eodē sensu dictum est, ad preceptum dñi
 eleuabitur ut aquila, in arduis ponet nidum suum, in petris manet, & in pręruptis silicibus cō
 moratur, atq; in accessis rupibus, inde cōtemplatur escam, oculi eius de longe prospiciunt. Et
 quidem hæc omnia Iohannes huius uerbi ac sempiterni principij cōtemplator excelsus ma
 gnifice assecutus est, quia uidelicet eleuatus est ut aquila, apertostendens oculos in diuini
 tatis radios, & in arduis posuit nidum suum, id est, æterni huius euangelij sui munimentū in
 petris mansit, id est, in soliditate ueritatis, atq; inde cōtemplatus est escam, scilicet illam, quā
 & attingere meruit, huius uerbi sempiterni gloriam. Attamen sicut supra dictū est, oculi eius
 cernent terram de longe, ita & hic, inquit, oculi eius de longe prospiciunt, quia uidelicet sic
 quoque eleuata hæc aquila, necdum per speciem sed per speculum in ænigmatē uidet
 deum.

Christū esse deum & hominem.

Causa scribendi hoc euangelij.

Testes christi duo, Ioh. Baptista & Euangelist. Deut. Iohan. 21 Necessariū ac fidele huius euangelij testi monij.

Suffragij spei nostrę.

Heb. 9

Psal. 118

Matth. 13 Iohan. 14 garita una pretiosa.

Ioh. 1. recte aquila dicitur.

Esaiæ 33

Iob 39

Aquila ista nō p̄ speciem sed p̄ speculum in ænigmatē uidet.

1. Cor. 13

A

I. Johan. 12 deum. Nunc enim, inquit, filij dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus. Licet autem pulli eius lambant sanguinem, id est, auditores eius cognito tātum crucifixi domini cruore fatientur, eō quod diuinitatis arcana percipere nequeant non tamen omnino iure reprehenditur quod tantæ aquilæ uolatum aliquatenus prospicere conamur. Nam & pulli iccirco in nido suo aluntur, ut post matrem suam quandoq; ad eandem uolent escam. Igitur alta mysteria, quæ in hoc splendore euāgelij uelut grandis aquila peruolauit, magnus doctor Augustinus, nos eadem quidem uia sed non omnino eisdem uestigijs subleui enitemur: nam ille quidem alta montium peruolat cacumina, nos interdum & circa radices imas occupabimur. Ille præcelsæ arboris superiora quæq; poma carpere festinat, nos terræ quoq; proximos, quos paruulis reliquit, attingere conabimur euāgelicæ literæ ramulos, ut quia grandioribus in alta mysteriorum explanatione satis factum est, nunc paruus, id est, nostri similibus continuatio quoque literæ subueniat.

Autoris modestia, qua præfert & extollit Augustinum.

R V P E R T I A B B A

TIS TVITIENSIS, IN IOANNEM COMMENTARIORVM LIBER I.



Alia Iohannis per uerbum imprægnata. Psal. 94. Psal. 44.

Homo est rectus Christianorum deus.

Geminae gigas substantiæ duplicisq; operationis una persona est: in principio autem unius substantiæ uniusq; operationis uerbum erat, Christus igitur ante Mariam erat, quia in principio uerbum erat. Verbum autem hic non pueriliter, id est, iuxta etymologiam nominis, accipien dum est: sicut sicut apud Donatū pueri accepimus uerbum dici, eō quod uerberato aere plectroq; linguae formetur. Nam uerbum eiusmodi per aërem sonando transit: uerbum autem, quod in principio scilicet ante ipsum aërem & ante omnia quæ facta sunt erat, manet in æternum. Hoc etenim uerbum ratio perpetua est, sapientia sempiterna est, intellectus incomprehensibilis est, ueritas incommutabilis est. Cum autem apud nos, tam de articulata uoce, quam de tacto animi consilio uerbum æquiuoce prædicetur: cur non ipsa ratio sempiterna recte uerbum dicatur: unde nobis inest rationalitas, id est, uersa quæ nobis suppetit uerba faciendi facultas? Nolite ergo pueri effici sensibus, inquit Apostolus, quia uerbum, etsi non aërium, id est, uerberato aere formatū, uerbum, inquam, etsi non affectiuum, ut uerba nostra sunt, * aut substantiale, inquam, Christus in principio erat uerbum. ¶ Vbi autem erat hoc uerbum? Quis erat locus eius? Nescit homo pretium eius, sicut per b. Iob dicitur. Reuelante autem spiritu, paulatim cognoscitur, per ea que sequuntur, & primū per id, quod quasi locus eius, ubi iam tunc in principio fuerit, ostenditur, cum subditur: Et uerbum erat apud deum. ¶ Ecce sagitte domini istæ sunt, quarū in luce imus, hæc fulgurans eius hasta est, cuius in splendore gradimur, sicut ei per prophetam dictum est: In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulguratis hastæ tuæ. Nam eius sententiæ sagitta quam primum iecit, eos omnes hæreticos confixit, qui diuersis quidem blasphemijs, sed pari spiritu malignitatis, Christum ante Mariam, sicut iam dictum est, fuisse negabant. Hac autem sequenti, Patristianus percutit qui trinitatem abnegantes, patrem & filium & spiritum sanctum, unam tantum, nō tres esse personas asserbant. Ait enim euidenter: Et uerbum erat apud deum. Ut de personis nō dubites, dum alteram audis esse uel fuisse apud alteram. ¶ Magnifice huius uerbi dignitatem insinuat dicendo, erat apud deum. Nam apud deum erat, quid est, nisi in magno erat honore, in summa dignitate, in magna dilectione? Erat apud deum, sed nō quemadmodum apud diuitum aurum suum. Nam apud diuitem aurum est in arca, non in ipsius substantia misera atque uitiiosa, fortassis & leuissimum. Erat autem apud deum, quomodo apud sapientem sapientia, apud fortem fortitudo.

Qualis uerbum est Christus.

Esaia 40

1. Corin. 14

* at

Iob 17

Validæ sagitte contra hæreticos. Abacuc 3

Quo uerbum erat apud deum.

Iob 12

N IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. ECCE VERITAS, que de terra orta est, carnē de uirgine assumens, ut nos à diabolo liberaret, eadem de uirginali Iohannis anima generatur, uocem corpoream induens, ut pro nobis contra omnem hæreticam prauitatem dimicaret. Qui enim de corde suo uerbum bonum eructauit in uterū uirginis, ut deus inuisibilis uisibilis & uerus homo fieret: ipse castis complexibus suis ascitam dilecti Iohannis animam eodem uerbo impregnauit, ut uerbum ineffabile per uocem literarū eius audibile & intelligibile procederet. Ait ergo: In principio erat uerbum. Itaq;

non recentem adoramus dominū, sicut Cherinthus, Marcion atq; Ebion ceteriq; Antichristi mentiti sunt: falsum quippe est quod dixerunt, ante Mariam non extitisse Christum. Christus enim, qui nunc homo est in fine seculorum, in principio & ante secula erat uerbum. Non erat torum quod nunc est, scilicet caro & uerbum, sed erat tantūmodo uerbum. Nunc geminæ gigas substantiæ duplicisq; operationis una persona est: in principio autem unius substantiæ uniusq; operationis uerbum erat, Christus igitur ante Mariam erat, quia in principio uerbum erat. Verbum autem hic non pueriliter, id est, iuxta etymologiam nominis, accipien dum est: sicut sicut apud Donatū pueri accepimus uerbum dici, eō quod uerberato aere plectroq; linguae formetur. Nam uerbum eiusmodi per aërem sonando transit: uerbum autem, quod in principio scilicet ante ipsum aërem & ante omnia quæ facta sunt erat, manet in æternum. Hoc etenim uerbum ratio perpetua est, sapientia sempiterna est, intellectus incomprehensibilis est, ueritas incommutabilis est. Cum autem apud nos, tam de articulata uoce, quam de tacto animi consilio uerbum æquiuoce prædicetur: cur non ipsa ratio sempiterna recte uerbum dicatur: unde nobis inest rationalitas, id est, uersa quæ nobis suppetit uerba faciendi facultas? Nolite ergo pueri effici sensibus, inquit Apostolus, quia uerbum, etsi non aërium, id est, uerberato aere formatū, uerbum, inquam, etsi non affectiuum, ut uerba nostra sunt, * aut substantiale, inquam, Christus in principio erat uerbum. ¶ Vbi autem erat hoc uerbum? Quis erat locus eius? Nescit homo pretium eius, sicut per b. Iob dicitur. Reuelante autem spiritu, paulatim cognoscitur, per ea que sequuntur, & primū per id, quod quasi locus eius, ubi iam tunc in principio fuerit, ostenditur, cum subditur: Et uerbum erat apud deum. ¶ Ecce sagitte domini istæ sunt, quarū in luce imus, hæc fulgurans eius hasta est, cuius in splendore gradimur, sicut ei per prophetam dictum est: In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulguratis hastæ tuæ. Nam eius sententiæ sagitta quam primum iecit, eos omnes hæreticos confixit, qui diuersis quidem blasphemijs, sed pari spiritu malignitatis, Christum ante Mariam, sicut iam dictum est, fuisse negabant. Hac autem sequenti, Patristianus percutit qui trinitatem abnegantes, patrem & filium & spiritum sanctum, unam tantum, nō tres esse personas asserbant. Ait enim euidenter: Et uerbum erat apud deum. Ut de personis nō dubites, dum alteram audis esse uel fuisse apud alteram. ¶ Magnifice huius uerbi dignitatem insinuat dicendo, erat apud deum. Nam apud deum erat, quid est, nisi in magno erat honore, in summa dignitate, in magna dilectione? Erat apud deum, sed nō quemadmodum apud diuitum aurum suum. Nam apud diuitem aurum est in arca, non in ipsius substantia misera atque uitiiosa, fortassis & leuissimum. Erat autem apud deum, quomodo apud sapientem sapientia, apud fortem fortitudo.

Nam

Nam & per b. Iob dicitur. Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Aurum diuitis in marsupio eius. Verbum dei in corde eius. Vere ergo uerbum erat apud deum. ¶ Iam uero sicut personas distinguit dicendo: Et uerbum erat apud deum: sic contra substantiam coniungit subdendo: Et deus erat uerbum. ¶ Substantiam quippe breuiter unam esse testatus est in duabus personis, dei & uerbi sui, quod ægreferunt Sabelliani, moleste accipiunt Arriani. Nam illi quidem, id est, Sabelliani, mallent ut dixisset dei & uerbi sui, sicut unam substantiā, sic unam eandemq; esse personā. Isti autē, id est, Arriani, sicut duas personas, ita nihilominus duas ac diuersas uellent eum expressisse substantias. Solum enim patrem esse deum uel creatorem, filium uero creaturam esse uolunt, licet magnā atq; excellētem. Sed ueritas præsentis testimonij, tanq; uox fulgurantis tonitru, uerberat utriq; terram, id est, utrarumq; partium cauteriatam, æque confundit conscientiam. Exultent igitur Homouisiani, id est, confessores consubstantialitatis, neq; confundentes personas, neq; substantiā separantes: scilicet duas quidem personas, sed unam patriæ & uerbi substantiā cum tanti testis suffragatione contentes: Deus enim, inquit, erat uerbum. Protinus una sententia per pulchre cōplectitur, cuncta, quæ in tribus iam dictis expressit propositionibus. Hoc, inquit, erat in principio apud deum. ¶ Quid tādem uerbum ex eo, quod uerbum erat apud deum? Vel cur nō maluit euāgelista dicere, erat in deo uerbum: sed ait, in dō & secundo repetiuit, erat apud deum: Hac enim positiuula significat magnum aliqd se intendere negotium. Nam & nos quoties ita loquentes dicimus, personam aliquam apud aliam esse personam, in eo proprietates locutionis est, si significare uelimus certum aliquod interesse negotij. Quid ergo inter utrunque mediante utriusq; bonitate conuenit. Sequitur: ¶ Omnia per ipsum facta sunt. ¶ Hoc plane propter utriusq; bonitatem, quæ est spiritus sanctus, effectum est. Nam si queras, quis omnia fecerit: respondebitur, deus. Si queras per quid? ecce habes, per ipsum scilicet uerbum. Si interrogas, quare? responderetur, quia bonus est. Et hæc tota trinitas est. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. ¶ O quanta laude, quanta ueneratio ne dignum est hoc uerbum, per quod omnia facta sunt. Beneuoli spectatores leuant oculos cordis & corporis ad pulchritudinem eorum quæ facta sunt uisibilem & inuisibilem, & attente considerantes corde & ore conclamant, magnum atq; pulchrum esse artificis dei ingenium, quod non est aliud nisi hoc uerbum, per quod tanta, tam pulchra facta sunt. Per ipsum enim omnia facta sunt. Nam & alia scriptura testatur: quia dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, scilicet ea quæ ad laudem creatoris inuitabāt: omnes angeli eius, omnes uirtutes eius, sol & luna, stellæ & lumen, cœli cœlorum, & omnia quæ in eis sunt, terra & omnia quæ in ea sunt, mare & omnia quæ in eo sunt. Dixit ipse, ut alia quoque scriptura testis est, fiat lux, & facta est lux. Dixit, fiat firmamentum, & factum est. Dixit & de singulis cæterorum, fiat, & facta sunt: per uerbum ergo facta sunt, quia dicendo facta sunt. Dicendo autem non elementari sono uel uoce corporea, deus enim spiritus est, sed eo modo loquēdi, quo anima tua, quicumq; es homo, quam ille fecit ad imaginem suam, tacitam quum libet format loquelam. ¶ Attende quicumq; filius lucis es, & sicut telas aranearum ea cōtemne, quæ filij noctis, id est, philosophi huius seculi, somniant. Dixerunt enim materiam ex qua cuncta fierent, quam etiam appellauerunt Hylem, non à deo creatā, sed deo fuisse consempiternam: quia deus fit usus, ut artifex ligno utitur, dum mundū istum conderet sibi cōæternū. Qui etiam formulas fuisse sinxerunt, quas dicunt ideas: quibus intendens, ad earum cuncta faceret imitationem. Hæc ergo contemne uerbi æterni cultor & agnitor: quia nō sic habet ueritas, sed omnia per ipsum facta sunt. ¶ In hoc principio, id est, in hoc uerbo, creauit deus cœlum & terrā, & omnia quæ in eis sunt. ¶ Igitur ab eo quod infirmum est dei, à natiuitate carnis, ab angustijs præsepis, ab omni conditione mortalitatis, leua sursum oculos mentis supra Mariam, quæ & ipsa sine dubio per ipsum inter omnia facta est: & ex eo quod omnia per ipsum facta sunt, antiquitatem Christi, maiestatem uerbi dei, fideliter æstima, quicquid nondum audita uel intellecta ueritate tanti testis Christi uerbum ante Mariam non extitisse suspicaberis. Qui quanta intentione dixerit, omnia per ipsum facta sunt, acriter repetitione protinus inculcat, cum subiigit: ¶ Et sine ipso factum est nihil. ¶ Nihil, inquit, sine ipso factū est, nulla natura, nulla substantia, nulla omnino quamlibet mala. Nulla enim mala per naturam, nulla mala nisi per accidētē malitiam, nam & diabolus per uitium quidem malus est, sed substantia eius per naturam mala non est. Ex ipsa ergo est fabula Manichæorum de malo principio uel de tota nescio quā gente tenebrarum: quia, sicut iam dictum est, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequitur: ¶ Quod factum est in ipso uita erat. ¶ Adhuc nihilominus molesti ueritatis interpellatores urgere solent, maxime hi, qui mundum deo cōæternum, ut iam dictum est, fuisse suspicati sunt, & dicere: Cur noua deo uoluntas incidit? Cur nouum consiliū inijt? Nam si post infinitas æternitatis suæ moras, fecit quandoq; mundum, noua uoluntas est, nouumq; consiliū, fatiscq; hoc euidenter est mutabilitatis eius indicium. Item si constat, ante Mariam extitisse Christum, & omnia per ipsum facta sunt, unde noua uoluntas, ut post tot annorum milia ueniret

Iob 12
Vna substātia dei & uerbi.

1. Timor. 4
Homouisia ni.

Cur potius ait apud deum quam in deo.

Maxima laus uerbi, quæ ipsum omnia facta sunt. Psal. 72. 14 §

Gene. 1

Filij noctis philosophi Hyle.

Ideæ.

Maiestas uerbi.

Fabula Manichæorum.

Dux quæ uoluntate & prudentia dei.

ad reparationem hominum: Imò si cum faceret mundum, & formaret protoplastum, saluum uoluit esse genus humanum, cur non prouidit uel prae cauit, ne incurreret perditionis naufragium: Nam alterum quidem mutabilitatis, alterum imprudentiae potest argui. Has quoque partes contentionis aduersae, ueritas undique oculata, tanquam renascentia succidit hydre capite subiungendo, sicut sapientiae maiestate decet, tranquille ac breuiter. Quod factum est, in ipso uita erat. Sensus iste est: Quicquid factum est antequam fieret, in ipsius erat praesentia, quae uidelicet praesentia non est aliud quam uita. Diuinitati namque non est aliud uiuere, aliud scire, nec aliud est in deo uiuens sapientia, quam sapientis uita. Aliiter autem est in anima. Nam uiuit quidem substantialiter, sapit autem accidentaliter: deus uero tam uiuit quam sapit substantialiter. Nihil enim accidētium in diuinitate cadere potest. Igitur uita, id est, uitalis omnium quae facturus erat iam in ipso erat à principio scientia. Verum est, probabile est, necessarium est. Nam unde hoc habet anima rationalis, ut cum fabrilis uel architectonica quippiam componendum est structura, prius torum illud apud se intus uideat in arte, quam foris exhibeat in opere: Si enim arcam uel amplae domus fabricam struere uelit, eius apud se prius uerfat imaginem, iamque mens uel cogitatio talis est, qualis postmodum materialis situs operis uisendus est. Recte ergo dicas, quia quod faciendum est, iam in mente artificis uita est: Unde quae hoc habet anima rationalis, nisi quia creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum: Imago autem dei, splendorque, ut ait Apostolus, & figura substantiae eius est hoc uerbum, hic filius de deo deus, figura uidelicet per similitudinem dictus, quia pater cum hoc uerbo sic unus est deus, sicut aurum uel ebur & imago regis in eo sigillum unum esse dinoscitur. Nec uero secundum exteriorum hominem, sicut Humaniformi suspicati sunt, sed secundum interiorum nos hac figura signati sumus, unde & rationales, id est, doctrinae uel disciplinae perceptibiles, sumus. Si ergo tam pulchra sunt rationis liniamēta in ea quae formata est anima, quae clara, quae certa est ipsa ratio diuina, quae non est formata, sed ipsa forma: Si adeo uiuaciter artis luce cōposit est umbra, nonne multo magis in proposito uel opere suo prouida & constantis est ipsa ueritas: Plane incomparabiliter constantius atque perfectius omnium quae facienda erant, in hoc uerbo uiuebat ordo uel natura. Nec solum nouerat ab initio, quae uel qualiter omnia recederet, suorumque statum singula disponderet, sed etiam quae dam per dita qualiter ad suam gloriam recuperaret. Inde est quod suum certum seruat omnis natura cursum, nihilque sit sub sole nouum, quia uidelicet semel de immutabili uoluntate posuit praecipuum, semel & simul omnia creauit, qui uiuit in aeternum. Sic omnino insuperabilis manet altitudo diuini consilij quod habuit super salutem generis humani. Nec enim electos alios uocauit, iustificauit, & magnificauit quam quos ante secula praesciuit & praedestinauit, neque tanquam praesentis aut circumuentus à diabolo, nouum aliquid excogitauit, quando hoc uerbum misit incarnari, sed sic praefinitum est, sic omnino, quia pulchrum & speciosum erat, ante patrem completum est: ut inter inimicitias aduersantis diaboli semper in melius salutem nostrae prospiciens usque ad summum suae dispositionis beneficentia diuina perueneret. Quid ergo impotentis uel temeritatis deum arguis heretica temeritas: Quod factū est, hic subdistingue, ac deinde de sub-

Quod factū est in ipso uita erat, id est, uitalis scientia.

Imagines rerum in anima.

Filius dei, imago. Hebraeo.

Uerbum dei, uita uel forma.

Reparatio generis humani ab aeterno praesentis uita.

Eccl. 1.1. Eccl. 1.8. Roma. 9.

Uerbum, generis sapientia.

Pro uerbis.

Ludens coram eo omni tempore.

Similitudo ex arte musici.

Nos sicut cithara & organum sumus.

Psal. 150.

Psal. 150.

personat. Igitur quemadmodum natura musicae in anima musici uita est, quam instrumento ars imitata est, sic totius mundi compositio, qui ut dictum est, diuinae laudis instrumentū est, priusquam fieret, in hoc uerbo, uita erat, de qua & subditur: Uita erat lux hominum. Haec, inquit, uita, quae erat hoc uerbum per quod omnia facta sunt, haec ratio sempiterna lux est hominum: scilicet optimae partis omnium quae facta sunt: quia uidelicet solam in hoc uisibili mundo illuminat humanam naturam: id est, cum super omnia quae facta sunt, luceat suum ipsius imaginem in sola exprimit hominis anima. Omnium enim quae facta sunt, alia quidem sunt, ut lapides: alia & sunt & uiuunt, ut arbores: alia uero sunt & uiuunt & sentiunt, ut pecora. Homo autem post angelum solus in hoc honore est positus, quod ad quarendum & inueniendum creatorem suum factus est idoneus. Ergo quod ait, uita haec erat, uel est lux hominum, tale est, ac si diceret: rationalitatis lucem soli impertita est naturae hominum. Quod cum ita sit, potuit dicere sic: Uita erat angelorum, pariter & hominum. Vtranque enim naturam, scilicet angelicam, pariter & humanam, splendidae rationis nobilitas illustrauit: quam exinde percipimus, quod, ut supra dictum est, fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Verum non angelis, sed solis hominibus euangelium scribitur, nec enim propter angelos, sed propter homines tantū uenit Christus, quem qui non receperunt, in hoc maxime euangelio, & in caeteris apostolorum dictis arguuntur, arguente per illos sancto spiritu, iuxta quod de illo loquens ipse Christus: Ille, inquit, arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Bene ergo dictum est nunc lux hominum tantum: nam de angelis ad praesens non pertinet negotium. Quae lux hominum uniuersaliter dictum est: id est, bonorum pariter & malorum: quia uidelicet aequae tam boni quam mali in hoc lucent, quod rationales sunt. Nam licet homo malus peccando obtenebretur, fiatque noctis atque tenebrarum filius: non tamen ea, quae peccata praecellit, rationis luce priuatur. Est alia lux quae per malitiae tenebras potuit uel potest amittere: scilicet gloria similitudinis dei. Fecit enim deus hominem, non solum ad imaginem, sed ad similitudinem suam. Ad imaginem uidelicet, in eo quod rationale & aeternum: Ad similitudinem uero, in eo quod lux bonitatis imitatorum fecit eum. Et hanc quidem similitudinis dei lucem tunc amittit, quando peccando creatoris imitationem deserit. Illa autem, quam habet ex imagine dei, rationis claritate lucere non desinit. Quae per illam redarguitur à deo, qui etiam in hoc solem suum facit oriri super bonos & malos: quod rationis luce nec bonos priuat nec malos, lux igitur hominum est etiam malorum, propter quod inexcusabiles sunt. Unde & sequeitur: Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Lux, inquit, scilicet discretio supradictae rationis, lucet in tenebris: id est, in conscientia illorum, qui male agendo tenebrae facti sunt. Nam ut de ludaeis taceam, qui cum rationis luce lucernam quoque habuerunt sacrae scripturae de gentilibus, eiusmodi lucem non habentibus, dicit Apostolus: Quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim eius à creatura mundi, per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Lux ergo rationis est, quae lucet in quamlibet profundis peccatorum tenebris. Sed lucem hanc in seipsis lucem, cum tenebrae essent, ipsi non comprehenderunt: quia uidelicet cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Amplius autem rei sunt Iudaei: quia cum tam naturalis rationis iudicio quam sacrae legis testimonio lucem ueram possent agnoscere praesentem, magis obtenebrati sunt, & non cognouerunt eam. Clauerunt quippe oculos suos ne uiderent, & aures suas compresserunt ne audirent, & omnino intelligere noluerunt bene agerent. Ecce signum cui contradicebatur, quantis fragoribus intonantis ueritatis defenditur. Quid spiritus immundi contra hincere possunt ab interioribus haereticorum prorepentes in modum ranarum: Quae ueruntamen alij super sunt hostes, & contradictores huius signi, scilicet Iudaei, qui tanquam sub alio caelo positi non terrentur: quia non audiunt fragorem huius tonitru. Nam haeretici quidem quasi de suo caelo fulminantur, dum sequaces apostolorum se esse simulantes aliter enim non audirentur, nisi apostolici esse putarentur: simulantes ergo apostolicam se tenere uel proferre doctrinam, tanti apostoli testimonio desuper ut aduersarij feruntur. At uero Iudaei tanquam sub alio climate sunt, quia Christi apostolos non recipiunt, & propterea nihil ad eos pertinet, nihil eos mouet, quod tantam gloriam dei nostrum annuntiat firmamentum. Quae ergo: Nunquid excusabiles erunt: Nunquid non audierunt, uel se audisse dissimulare potuerunt: Imò primi audierunt, non undecumque, sed ex ore eius quem nec abscondere nec refellere uislatenus possunt. Audierunt quippe per Iohannem Baptistam, quem omnes dicunt esse prophetam, cuius non ex hominibus, sed de caelo fuisse testimonium negare ipsi nequeunt. Celebratum est enim & ab ipsorum historiographis nomen meritumque Iohannis, miraculum natiuitatis & sanctitas uitae mirabilis, dignitas praedicationis, uel autoritas baptisantis, testimonium quoque quod Christo perhibuit, & causa mortis. Qui ipse quidem nihil scripsit, sed cum tantus esset, ut Christus potuisset aestimari, quid dixerit, quem digito ostēderit, totus orbis audiuit, & hic sonus eius in omnem terram exiuit. Hunc ergo te-

Homo optima pars eorum quae facta sunt.

Cur hic non dicitur: Vita lux angelorum & hominum.

Iohan. 18.

Duplex lux in homine.

1. Thess. 5.

Solē oriet sup bonos & malos. Math. 5. Roma. 1. Lux ratiois etiā lucet in tenebris malae conscientiae. Psal. 118. Roma. 1.

Iudaei magis sunt rei gentiles. Ebraeo Acto. 28. Psal. 118. Lucae 2. Differentia inter Iudaeos & haereticos.

Psal. 118. Iudaei sunt inexcusabiles propter testimonium Ioh. 1. Bap. Matth. 21. Lucae 20. Vide Iosep. de antiq. lib. 18. cap. 10. Iohan. 1. Duo testes

idonei. Item tam idoneum hic dilectus Christo Iohannes assumit secum, ut in ore duorum testimonium legitime stet hoc fidei uerbum, digne frequens presteretur auditorium, tam propter testimonium uiam, quam propter testimonium constantiam cum quibus hunc assumit, alternatim positurus, nunc sua, nunc illius uerba Christo testimonium perhibentis, hoc modo, ostendens ante omnia quis uel qualis fuerit. Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes. Proinde cum de uerbi eternitate loquens, euangelista dixit, erat & erat nunc fuit homo dicit, de torta in preteritum perfectum tempus dicti uincula. Nam quia uerbi esse nec coepit nec desinit huius autem hominis Iohannis, utpote defuncti iam, esse preteritum, tam diu quippe recte homo esse dicitur, quam diu caro est cum anima rationali, prudenter ergo & proprie, de illo erat, de hoc dictum est, fuit: Etenim caeli peribunt, tu autem permanes, inquit Psalmista, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt. Fuit ergo, inquit, homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes. Singula uerba quasi statera ponderanda sunt, quia uidelicet de thesauris sapientiae prodeunt, cuius dicta tunc grauioris ponderis habentur, quando superuacue prolata non uidentur, praesertim in tanto tamque praecipuo negotio, ubi maxime semetipsum maiestas ueritatis agnoscere debet, ne effluere dignetur uerbi uideretur cadentibus. Cum autem sic dicit potuisset: Venit Iohannes in testimonium, superflue uidetur sic protelatum: Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes: Hic uenit in testimonium. Si quidem & alij prophetae homines fuerunt, & omnes a deo missi sunt, & nomine Iohannis multi homines aequiuocati sunt, quod diligentius ergo pensanda sunt, quia non exili elocutione, sed grandi declamatione prolata sunt. Videlicet tali in loco uel causa sic nominatus homo fuit, multum suspiciendus, longe dissimilis hominibus multis, utpote quo maior inter natos mulierum nemo surrexit, adeo magnus, ut longe ante per prophetam angelus dictus sit. Hic est enim, inquit dominus, de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum qui praeparabit uiam ante faciem meam. Homo igitur excellens & inclutus, ore rotundo plenasque euangelij uoce in omnium contentione hominum merito pronuntians Missus inquit a deo. Et prophetae omnes a deo missi sunt. Nam si a deo missi non sunt, sed semetipsi uenerunt, et si a semetipsis uenerunt & a semetipsis locuti sunt, fures sunt & latrones. Sed absit hoc a praecognitione ueritatis, absit ab his ad quos factus est sermo dei: de quibus spiritus sanctus, ego, inquit, dixi, dixi estis, & filij excelsi omnes. Igitur & sancti prophetae omnes a deo missi sunt, quia cum uerbo dei omnes uenerunt. Quod ergo dignum habet singulari tantae enuntiationis praecognitione, quod fuit hic homo missus a deo: Multum per omnem modum. Primum quidem, quia dies aliorum, qui missi sunt uelociore cursore fuerunt. Quia uidelicet cum sit cursoris officium uel tantillum expectare, donec uideat quid nuntiet eis ad quos recursum est, illi prius hinc per uia uniuersae carnis recurrerunt, praestolatum domini uidere mererentur aduentum. Hic autem eo tempore missus est quo illum uidere posset, ita ut eundem uiuens uiuentibus digito ostenderet: mortuus mortuis apud inferos paulo post affuturum nuntiaret. Deinde sic missus est, ut supra naturam ueniret, natus ex utero senectutis & sterili, quod non naturae usus, sed solius dei est opus, ut nasciturum in nascendo praeniret, praedicaturum praedicando praecurreret, baptizaturum baptizando praerit, moriturum moriendo praecederet. Singulariter ergo missus est, cui nusquam iudicare, nusquam diuertere, nullum uacauit cum seculo sermonem habere, non domum, non agrum possidere, nec affines agnoscere: sed urgente sermone dei, urgente negotio mittentis pariter & subsequētis, nudus & expeditus currere habebat ante faciem eius, uelut qui ad hoc solum factus erat & natus, ut pararet coram eo uias eius. Et huic nomen erat Iohannes. Non ab hominibus, neque per hominem, sed a deo per ipsius archangelum, non casu, sed certam ob causam, nomen illi erat Iohannes. Certam plane ob causam quia uidelicet totius praedicationis eius summa fuit, domini gratia. Quid enim praedicauit, nisi carnalem legem abolitam & spirituales exortam esse gratiam? Nam usque ad ipsum lex, quae per Moysen data est: a diebus autem ipsius gratia quae per Iesum Christum facta est. Et ex quo auctore eiusdem gratiae praetentio monstrauit indice, per eandem gratiam regnum caelorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Hoc autem scilicet domini gratiam, nomen Iohannis interpretati sonat. Igitur causa manifesta, causa fons est, propter quam illi nomen erat Iohannes. Sed Iudaeus hoc ignorat, quia uidelicet alia sunt haec, qualia uelamen, quod est positum super cor eius, admittere recusat. Veruntamen alia multa praestitit, quae & superius ex parte dicta sunt, quibus arguētibus testimonium eius uel baptismum de caelo uisibile negare nequeunt. Igitur demonstrato tanto hoc homine tanquam in conspectu concilij, in medio turbas, uel in seditione concitati aduersus Christum Iudaici populi, confiteri edidit. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederet per illum. Hic (inquit) tam magnus, tam expectabilis ad hoc uenit, ad hoc factus uel natus est, ad hoc positus, in sublimi ut ab omnibus uisus, a cunctis auditus, testimonium perhiberet de lumine, uidelicet aduersus tenebras, quae, ut supra dictum est, lucem in semetipsis lucem noluerunt comprehendere.

dere, dicentes: Nonne hic est filius fabri? quomodo ergo nunc dicit, quia de caelo descendit? Aduersus eos iste testimonium perhibere uenit, quia ipse esset lux hominum, quod esse eorum lumine testimonium perhibuerunt, sed differt atque praecellit huius testimonium, in eo maxime, quod illi uenturum esse testati sunt, hic iam aduenisse testificans, digito quoque, ne de persona eius dubitaretur, praesentem ostendit, dicens: Ecce agnus dei: Hic erat quem dixi. Quomodo autem indigebat lux hominum, uel quod sibi prospiciebat emolumentum, ut in conuentibus nostris tan topere sibi prouideret, tam magno praecognitionis testimonium? Ut omnes, inquit, crederent per eum: subaudis, quod ipse & non alius: ipse idem Iesus, Mariae filius, & Ioseph, ut putabatur, esset a principio dei uerbum, uerbum deus, lumen aeternum. Haec ergo erat intentio charitatis eius, quae non quaerebat ea quae sua, sed quae nostra sunt. Hoc lux illa intendebat, ut omnes crederemus, credendo accederemus ad eum, & illuminaremur, gratulamur & gratias agimus pro tam benigna diuinitatis beneuolentia. Non autem quod parum luceret lux ipsa, iccirco testimonium indigebat: imò non lucis ipsius, sed oculorum culpa erat, quod per semetipsum agnoscere non poterat. Lippientes enim, imò & pene caecati erant oculi hominum ex puluere terrena cupiditate, & iccirco lux uera quanto magis lucebat, tanto grauius illos offendebat. Eius ergo impatientes, sese auerterant, & quasi dorsum ad solis ortum dederant. Iohannem autem, uel ut montem, solis eiusdem radijs illustratum tolerabilis aspiciebatur. Hic placebat eis mons magnus decoro lumine uestitus, & intantum delectabat eos, ut putarent quod ipse esset Christus. Contra quam illorum opinionem mox subditur: Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Cur enim lux esse denegatur, nisi quia lux idem Christus esse putabatur? Sed non erat lux. Non, inquit, erat lux uera, non erat lux illuminans, non erat ipsa lucis substantia. Erat autem talis lux, qualis & apostoli, quibus dictum est: Vos estis lux mundi: scilicet alium de suscepta, lux non essentiali bono, sed accidentali dono. Sed Christus qualis lux erat? Erat, inquit, lux uera. Lux uera ueritas est, eius lucis, quae lucebat & Iohannes, efficiens causa. Nam sequitur: Quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Illuminat, inquit, omnem uenientem in hunc mundum, scilicet illustratione illa quam in Adam omnes homines perdidit. Quaedam enim luce, scilicet luce rationis, quam habent ex eo, quod ad imaginem dei facti sunt, omnes homines illuminati ueniunt. Quaedam autem illustratione, scilicet cognitionis diuinae, quam habere debuerant ex eo, quod nihilominus ad similitudinem dei factus est homo, priuati nascuntur in hunc mundum. Sed non omnes homines, non omnes omnino filij Adam, istam diuinae lucis consequuntur gratiam. Multi enim ab illa sunt iuste relictis, & errauerunt a uia ueritatis, & solus fructus non ortus est eis. Igitur quod dictum est, illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, idem est, ac si dixisset: Lux uera Christus erat, sine qua nemo illuminatur omnium hominum uenientium in hunc mundum: qui utique ex paterna praeparatione omnes obtinebrati ueniunt. Sciendum autem quia per propriam operationem spiritus sancti fit, quod illuminatur homines, ut sancti sint ad similitudinem dei: qui profecto quod rationales sunt conditi ad imaginem dei, proprii est filij, qui est, ut ait apostolus, imago dei inuisibilis. Veruntamen quod hoc ipsum, quod spiritus sanctus ad illuminandam mentem hominis eiusdem filij gratia fit qui eundem spiritum sanctum dare uenit, sicut ipse de seipso enuntiat: ignem mittit in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Lux ergo uera solus Christus, qui, ut dictum est, utroque modo illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si autem omnem hominem, utique & Iohannem. Sed hoc dictum est, quia lux ista Christus, lux uera dei uerbum, priusquam in testam carnem nostrae deueniret, erat apud deum. Quomodo ergo, inquit, & ante Iohannem illuminabat omnem hominem, tam longe a deo factum, tam longe uenientem in huius mundi exilium? Nam forte de Iohanne non mireris: quia quando illum in uero iam, iam lux ista in mundo uenerat, iam templo suo: scilicet uirginali utero sese infunderat. Forte & uerum dicas, quia descendens magna illius lucis substantia, simul & Iohannem in matris utero radiauerat, & leni concussu illam, cui gaudentes applaudimus, infantis exultationem effecerat. Illud quaeris, quomodo prius, cum adhuc esset apud deum, illuminabat omnem hominem uenientem in hunc mundum? sed hoc te non moueat: imò au di quod sequitur: In mundo erat. Et apud deum erat, & in mundo erat. Verbum quippe deus erat. Deus autem omnium creator, & in patre non est: quia ubique est. Verbum ergo deus, quia in circumscriptione lumen est, quia ubique est, & apud deum erat, & in mundo erat. Quid autem mirum, quod & in mundo erat? Audi quod maius est. Sequitur enim: Lex mundi per ipsum factus est. Mundum ergo implet ut regat, regit ut impleat, quem & implet de circumdat, & circumdando implet, & sustinet de transcendo sustinet. Igitur repugnantia non sunt ea, quae dicta sunt scilicet quod hoc uerbum, haec uera lux, & erat apud deum, & illuminabat omnem hominem uenientem in hunc mundum: quia uidelicet cum ubique sit, & apud deum erat, & in mundo erat, iam uero quid doloris, quid habet conuersionis, quod cum dixisset, & mundus per ipsum factus

Lucae 4. Iohan. 6. Marci 16. Maius testis monium Iohannis in alio oru applicat. Iohan. 1. Lucae 1. 1. Cor. 13. Lux illa a lippicibus absque testimonio uideri non poterat. Cur dicitur hic non erat ille lux. Aliter Christi saliter Iohan. Lux erat. Matth. 3. Luce diuinae cognitionis non omnes illuminant. Vna illuminatio Christi & spiritus sancti. Coloss. 1. Lucae 12. Iohannes & Christus illi minatus. Verbum dei simul apud deum & in mundo. Mundum regit & implet.

VIII. RVPERTI IN IOANNEM CAP. I.

Ingratitudo & casus primorum parentum. **Gen. 3.** factus est, protinus adiunxit: & mundus eum non cognouit. **O** cæcitas, & ingratitude. Ingrati namq; primi homines clauerant, dum se aperire putabant, oculos suos promittente mendacj patre diabolo, quod si transgredierentur mandatum, aperirentur oculi eorum, sicut renitj sicut dñs scientes bonum & malum id est, haberent, quod solius dei est, scientiã uniuersorum. At uero contra cæcati sunt, suamq; cæcitatẽ postea suis hæreditariã dereliquerunt: ut per cæcitatẽ eum non uiderent, qui in mundo erat, & per quem mundus factus est, cuius scientiã coguari procaciter affectauerant, & per ingratitude eum nec de tantillo, quantum ex operibus illum cognoscere poterãt, sicut deum glorificarent aut gratias agerẽt. **Quod ergo ait, & mundus eum non cognouit.** Exclamatio dolentis est. Amplius autem & hoc quod sequitur: **In propria uenit, & sui eum non receperunt.** **I**n propria namq; uenit, scilicet in hunc mundum, qui per ipsum factus est, uel in eo, quod apprehendit semen Abraham, de q̄ propagatus peculiaris illi fuerat populus Israël. Apprehendens enĩ semen Abraham: id est, assumens carnem de femine Abraham, in propria uenit, dum in gente illa conuersatus est cum hominibus, quam sibi magnis in propriã hæreditatẽ acquisierat beneficijs. **V**enit autem non localiter, deus quippe est: unde & constat quia ubiq; est. Venit sane nõ de loco ad locum transeuntis sed qui erat inuisibilis, uisibilem se exhibendo. Nam in mundo erat per diuinitatẽ, cuius est esse uel manere: uenit autem in mundum per humanitatẽ, cuius est ire, & de loco ad locum transire. **E**t sui, inquit, eum non receperunt. **P**arum est, non receperunt, in super & occiderunt. Nam qui sunt hi sui, nisi maligni illi & male per dendĩ agricolæ quibus ipse suam locauerat uineam: **q̄** Aptius namq; sic accipitur, in propria uenit, ut uineam illam in telligas, de qua scriptum est per prophetã: **V**inea enĩ domini exercituum domus Israël est, quam iuxta Psalmistã de Aegypto transtulit, eiecitq; gentes & plantauit eam. **C**ui septem circumdedit, quia uidelicet urbes muratas uel angelorum præfidiã præstitit, fodit in ea rotular, & turrimã edificauit: id est, altare & decus templi in ea sola gente habuit. **C**um ergo ad hanc uineam suam missus est, dicente patrefamilias: **V**erebitur filium meum, in propria uenit, sed mali agricolæ, mali operarij legis, non receperunt eum, imò eiecerunt eum extra ciuitatẽ & occiderunt, animosius & nequius quã seruus eius: id est, iustus & prophetas occiderunt. **Q**uotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. **I**n uerũ salĩ quidem enuntiatione dixit, sui eum non receperunt, sed non uniuersã liter dixit, aut dicere debuit nemo suorum recepit eum. Nam aliqui suorum, licet pauci, receperunt eum. **E**t quod maiori gratia dignum est, cum scirent se quoq; similitẽ efficiendos esse propter eum, tamen receperunt eum. **M**aximẽ autem de gente, quam nesciebat, de populo quem non cognouerãt, scilicet de uniuersitate gentium innumerĩ ad eum cõfluxerunt extra uineam suã proiectum, & suo sanguine cruentatum, qui & subiectis humeris deuote impositum ad suum transfudere diuersorum. **Q**uotquot ergo, inquit, receperunt eum, quotquot exierunt ad eum extra portã passum, quotquot de gentibus, quæ illum non cognouerãt, ad eum cucurrerunt, & improprium eius portare non erubuerunt, dedit eis magnã potestatem, in clytam potestatem: scilicet posse filios dei fieri, cum prius dei fuissent inimici. **T**alem ille potestate dedit ijs qui receperunt eum. **Q**uid sit autem recipere eum, ne nimis laxè accipiatur, diffinit euidentius, adiungendo: **H**is qui credunt in nomine eius. **A**c si dicat, non te cõducentibus, aut cibum apponentibus, potumq; miscentibus, & sic solummodo recipientibus ista potestas datur, ut filij dei efficiãtur. **N**am talia Iudas quoque exhibere, & diabolus esse potuit. **S**iquidem hoc modo caro sola reficitur, Christus autem non tantũ caro, sed & uerbum est, & maximẽ ex eo quod dei uerbum est, prædictã potestatem dare potest. **H**is ergo qui sic receperunt eum, quomodo recipiendũ est dei uerbum, dedit potestate, filios dei fieri: id est, qui credunt in nomine eius. **C**redere namq; est semen dei uerbi cum amore susceptũ, impregnata merte portare: q̄d tanq; uirtutis atq; potestatis est, ut animã substantiã in suũ uigorẽ transferens, de hominibus deos, de filijs ire filios gratiã faciat, fiatq; ut in loco, ubi dicebat, nõ plebs mea uos, ibi uocetur filij dei. **Q**ui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. **N**on ergo gloriatur quis, quod ex sanctis parentibus carnaliter generatus sit: uidelicet quomodo gloriari solent Iudei, quod semen Abraham sint. **N**on enim, quod illis uel illis parẽtibus carnaliter quis natus sit, iccirco magis aut minus computatur inter filios dei. **Q**uod maxime patet in duobus geminis Iacob & Esau. **N**am cum ex eisdem sanguinib; id est, ex cõmixtione eiusdẽ patris, eiusdẽ matris generati sint, cũ nati sint ex uoluntate eiusdẽ carnis: id est, scemina, carnem namq; euangelista pro femina posuit, iuxta illud: **H**oc nunc os est ossibus meis, & caro de carne mea. **E**t ex uoluntate eiusdẽ uiri, uidelicet sancti & patriarchæ magni. **C**um ergo ex eisdem sanctis parentibus ambo nati sint, non tamen Iacob ambo prædestinati uel uocati sunt in numerum filiorum dei, sed Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui, dicit dominus. **I**tem ex sanguinibus Christianor; parentũ, quamlibet fidelium & iustorum, qui nascuntur filij, nascendo accipere non possunt, ut sint Christiani.

Christiani: quamlibet nascatur, ut dictum est, ex parentibus Christianissimis, quia uidelicet parentes non ex eo, quod Christiani sint, sed ex eo carnaliter generãt, quod homines sunt: id est, non per Christi gratiam, sed per carnis naturã, atque ideo non in Christo generant, sed in Adam. **I**gitur non minus hi qui ex circumcisione, quã qui ex præputio, non minus qui ex iustis, quã qui ex iniustis parentibus nati sunt, opus habent ad catholicã proficisci ecclesiã, cuius per ministerium renascatur secundum nouum Adam, per quem & uerum patrem deum contingant: quia uidelicet prius ex qualiumcunq; parentum sanguinibus pululando nascebantur secundum ueterem Adam, per quem & præuicationis principem, diabolus contingebat. **I**gitur, ut in extrema conclusione ad superiora recurrat oratio, is qui (ut dictum est) illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, qui fete recipientibus, talem dedit potestatem, ut filij dei fiant, is ipse erat lux uera, Iohannes autem in cuius inorationem hæc dicta sunt, quia tantus erat, ut putaretur esse lux uera, testimonium ad quod uenit, de hoc eodem lumine, à quo & ipse illuminatus est, perhibeat. **A**d hoc enim illum hic euangelista Iohãnes, ut supra dictum est, asciuit: ut tam suo, quã illius testimonio lucem uerã possit defendere, aduersus tenebras, quæ noluerunt illam comprehendere. **P**rosequitur ergo de uerbo quod cõcepit, dicens: **E**t uerbum caro factum est. **I**ntra uerbum caro factum est, & ceteri Antichristi quid coniunctio & quæ hic ponitur, sibi uelint: continuandum est sic: **D**ixi superius: **I**n principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & omnia per ipsum facta sunt. **A**d idem regressus, postquam alium testem asciuit: **E**t uerbum caro factum est. **E**rgo audiant pupilli, audiant posthumi, generosã antiquitatẽ patris sui. **A**udiant & sciant, quia per Christum omnia facta sunt, & quia per ipsum factus est mundus, qui mundi origine tanto iunior dicebatur, ut ante Mariã fuisse negaretur ab hæreticis & Iudeis, nobilitatẽ filiorum inuidentibus. **C**um autem audimus, quia uerbum caro factum est, nõ idem esse quis arbitretur, ac si dictum esset, uerbum in carnem uersum est. **N**am hic sensus hæreticus est, hæc expositio à fide aliena est. **N**on enim uerbum in carnem uersum est, sed assumendo carnem carnalibus condescendere dignatum est. **E**t sic dictum est uerbum, quod erat apud deum, caro factum est. **Q**uomodo tu quoq; dum loqueris, recte dicere potes, uerbum, quod erat in anima mea, uocale factum est. **Q**uomodo ergo uoce tua proficiscente de ore tuo ad aures alienas id ipsum uerbum tuum in corde tuo permanet, quod per auditum in alterius quoque mentem profectum est: sic & uerbi carne uisibili ad publicos aspectus prodeunte, uerbum ipsum in corde patris totum permanet, quod totum nihilominus per eandẽ carnem ad nos transmissum est. **I**ta uerbum idem totum in patre, totum in carne, attingens à fili ne usque ad finem, idem à corde patris, ultra uel supra quem nihil est, quasi trames aquæ immensã de fluuio trans uniuersos angelorum ordines, descendens ad carnem nostrã, ultra uel infra quam propter peccatum in sepulchro putrescentem, abiectus nihil est. **I**llud quoque non prætereundum, quod hic cum nomine uel substantiã carnis anima quoque rationalis omnino debet intelligi. **N**on enim sicut Apollinaristę hæretici suspicant: totum uerbum dei sine anima carnem assumpsit. **V**enit quippe saluum facere quod perierat: totus autem homo perierat. **T**otus reuera, id est, & in corpore & in anima. **N**ã in corpore mortalis, & in anima iam mortuus, & in utroque æternaliter erat damnatus. **V**t ergo totum saluaret uerbum, totum nihilominus hominem id est, carnem & animã rationalem assumpsit. **A**lioquin si sola carnem sine anima uerbum deus suscepisset, ubi radicem suã fixisset: **S**olus quippe rationalis spiritus capax eius est. **S**iquidem uerbum hoc ratio est, sapientiã est, quam singuli quoque homines quantum ea participantur, non nisi mente uident, non nisi anima complectuntur. **M**ulto magis ergo uerbum uniuersum, quando carnem suscepit, congruum sibi exceptorium: id est, animã rationabilem non omisit. **A**bsit suspicio hæc à corde, absit ab ore omnium, in uerbo incarnatum spem habentium. **I**n anima quippe maxime scriptura illa facta est à deo patre, uerbum bonum eructante, de qua ipse in psalmo: **L**ingua, inquit, mea calamus scribæ uelociter scribentis. **I**nscripta namque est uerã & integrẽ hominis naturã uerã & perfectã uerbi huius naturã: id est, cõiunctã in unitate personæ absque confusione utriusq; substantiæ. **S**ic sic effectum est præclarum illud electrum, humani generis pretium atque ornamentum: in quo & diuinitatis aurum nihil de suo fulgore perdidit, & humanitatis argentum augmentum sui decoris obtinuit. **I**gitur quod ait: uerbum caro factum est, idem est ac si dixisset, deus homo factus est, more scilicet eo, qui in scripturis usitatus est. **S**olet enim nomine carnis interduo totus homo significari, ut ibi: **E**t uidebit omnis caro salutare dei, sicut econtra per animã totus homo significatur, sicut scriptum est: **D**escendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta quatuor. **E**rgo deus homo factus est, & habitauit in nobis. **I**n nobis plane per omnia, utpote de suis inuisibilibus ad nostra uisibilia profectus. **P**rimum in uerã natura nostrã carnis, in cunctis humanã naturã legibus, habitauit in nobis. **N**am hoc solummodo excepto, quod puerpera non secundum morem uniuersæ carnis ex uirili femine

Ex Christiã nis non generat Christianus, id est, filij dei, reuascendo Christiani fiunt.

Epilogus.

Verbũ gree nũ caro factum est.

Verbũ notũ est uersum in carnem.

Verbũ & I patre & in carne totũ. Sapient. 8 Caro hic etiã animã comprehendit.

Luce 19 Verbũ, totũ hominẽ assumpsit.

Psal. 44 electũ ex auro diuitiã, & argẽto humani tatis.

Et caro & anima pro toto hoie quandoq; ponitur.

Luce 7 Actor 7 Deº homo factus, hĩc uir i nobis.

Verum nō phantasti- cū corpus Christi ex uirgine.

Duplex hor- tor, unus à sensu, aliū à ratione.

Nō horruit uerbu uir- ginis uter- uerbu caro factū oīa humana p- ter peccatū subijt.

Pal. 18

Galat. 4

Lucæ 2

Matth. 4

Lucæ 4

Matth. 20

Iohan. 7

Philip. 2

Gloria mi- raculorum Christi.

Iohan. 2

Matth. 20

Lucæ 17

Matth. 8

Iohan. 11

Matth. 12

Iohan. 6

Matth. 9

Lucæ 9

Matth. 14

Iohan. 6

Matth. 17

Lucæ 24

Marci ult.

Iohan. 20

Iohan. 21

Marci ult.

Actoꝝ 12

Euangeliū Iohānis te- stimoniōꝝ turris.

Matth. 11

*arundo.

Iohā. Bap- timobilis fa- meꝝ con- temptor.

femine conceptum hominem adidit, nec partu uiolata est, sed uirgo ante partum, uirgo per- māsit & post partū, hoc sane excepto, toto ordine suo uera hominis natura cucurrit. ¶ Quod si iudæus uel detestandus calumniator Manichæus, dicēdo, si uirgo peperit phantasma fuit consequens est, ut primos hominum parentes, scilicet Adam & Euam, quia carnalibus carue- re patribus, non ueros, sed phantasticos fuisse homines arbitrentur. Longius quippe est, à na- tura nobis usitata formarī hominem de terra, quā cōcipi de scemina. Mirabilius est, plasma- ri uirum de inanimata & insensibili materia, quā generari uirū sine uirō de animata & sen- sibili imō & rationali substantia. Illud quidem mirabilius, hoc autem est uenerabilius. Illud diuinā est potentia, hoc opus potentia pariter & gratia. ¶ Iam quidam omnino abhorrent, quod sanctus sanctorum deus potuisse pati creditur, ut scemineis clauderet uisceribus. Sed quæso num sciunt ipsi modum sui horroꝝ? Est enim horror, aliū qui à ratione, aliū qui à sen- su proficiscitur. Si quidem à ratione est, quod uitium in comparatione uirtutis perhorresci- mus, cum tamen secundum sensum magis interdum uitio quā uirtute delectemur. A sen- su autem est, quod à serpente magis abhorremus tangere quā lapidem, cum tamen secun- dum rationem animatum & sensibile corpus serpentis, inanimato corpori lapidis indubitan- ter præferamus. Quoniam ergo modo sceminae perhorrent uiscera, sensu à ratione? Sensu utiq; non ratione, quia uidelicet ratio nullam substantiam uel naturam, nihil omnino eorum quæ fecit deus, potest abhorre. ¶ Deus autē uel uerbū eius, cum sit ipsa ratio, nullis nostris sensibus afficitur, nullam omnino creaturā uel naturā, quam proculdubio nemo aliū quippe fecit, sed solum naturā uitium aueratur & odit. Multo magis ergo, quod in corrupta uiscera uirginis, non abhoruerit, fideliter & pie credere expe- dit. ¶ Habitauit igitur in nobis uerbū deus, & in illo sceminae secreto naturæ, de quo nos nō sine peccato processimus singuli, no- uem mēibus absq; peccati contagione hospitatus est. Inde tanquam sponfus de thalamo suo procedēs, & in sole ponens tabernaculum suum, habitauit in nobis, tenens ut infans circum- datus carne, & uagitus emittens infantia, factus sub lege, subditusq; Ioseph & Mariæ, circum- cūsus & tanquam peccator legali hostia mundatus, passus famem & fraudes tentatoris perse- rens, persecutiones quoque hominum sustinens, & cōtristatus usq; ad mortem, de loco ad lo- cum fugiens, ad extremum autem factus obediens usque ad mortem. Sed hæc humilitas in- firmitatis quem ad finem tādem peruenit? Sequitur: Et uidimus gloriam eius, gloriam qua si unigeniti à patre. ¶ Gloria, inquit, eius uidimus, quā & iccirco attestari possumus, quia ui- dimus, & ab eo signo uidere cepimus, quo aquas in uinum conuertit ad nuptias inuitatus. Hoc enim fecit initium signorum coram discipulis suis, & manifestauit gloriam suam. Deinde uidimus cæcos oculos illuminantem, lepram tactu suo fugantem, febres depellentem, pu- tres mortuos suscitantem, linguam constrictam & surdas aures referantem, super undas am- bulantem, uentos sedantem, fluxum sanguinis constringentem & multa milia de paucis pa- nibus saturantem. Vidimus & transmutatæ faciei eius, reuelandam ipsis angelorum choris, gloriam. Vidimus ad extremum, quod maximum & gloriosissimum est, à mortuis resurgentem, uidimus in manibus & pedibus eius fixuram clauorū, uidimus, inquam, & insepimus, palpauius & manus nostræ contrectauerunt latus eius lancea confixum, manducauimus cum illo & bibimus, & in cælum gloriose ascendentem uidimus, & promissum ab illo para- cletum, spiritum sanctum accepimus. ¶ Hanc gloriam eius uidimus, gloriam quasi unigeniti à patre, id est, tantam gloriam, quanta nullus omnium dei filiorum glorificari dignus habitus est. Nam cæteri filij dei omnes adoptati sunt, hic genitus, imō unigenitus est. Cæteri sunt om- nes filij per gratiam, hic unus & solus per naturam. Iure ergo hic speciosus forma præ fi- lij hominum, differentem præ omnibus habet, quā uidimus gloriam. Supremam tandem huius capituli audiamus conclusionem. Quā gloriosum illum uidistis? L. Plenum, inquit, gratia & ueritatis. ¶ O magnum præconium, magnum & fidele testimonium. Quæ rebas cuiusmodi esset illa unigeniti gloria? Aurum est, aurum uerum, dignum nostræ captiuitatis pretium. Homo iste diues & nobilis de thesauro altissimi produit, corpusculum eius fac- culus est auri pretiosus, tene illum dum rescinditur per iniuriam mortis, & apprehende quod in illo est talentum gratia & ueritatis: Quā plenus autem sit Christus gratia & ueritatis uel quanti eadem gratia & ueritas sit ponderis, hic idem euangelista Iohannes subsequenti mox Iohannis Baptistæ testimonio declarabit, ubi dicitur est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Nam sicut in proœmio dictum est, hi duo testes in hoc euangelio lo- quantur, nec tam historicae paries textitur, quā testimoniorū turris inexpugnabilis erigi- tur. Ait ergo: L. Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens: Hic est quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. ¶ Iohannes Bap- tista, qui, sicut de illo testatur ueritas, nec arundine uento agitata, nec homo mollibus ue- stitus erat, stat fortiter in alto monte positus, ubi amplissime patebat magnis & crebris uenti uehementis incursonibus, nec frangendus aduersis, nec flexus laudibus suis. Non enim de- lectatus

lectatus famæ magnitudine, maiorem se quā est æstimari patitur, ipsum esse Christum exi- stimantibus turbis, quem solum nunc euangelista dixit plenum gratia & ueritatis. At ille qui dem gratia minister erat, sed solum plena gratia non erat. Verax quidē ac fidelis erat, sed ipsa ueritas non erat. Quod si uellet & gauderet uideri quod non erat, neq; gratiae particeps, ne- que ueritatis confors extitisset. Stans ergo, fortiter, ut dictum est, radicibus firmis, nihilq; mo- rus inanimibus uentis, tanquam cedrus Libani, totam popularem auram magno clamore reli- dit & dicit: L. Hic est quem dixi: Qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me e- rat. ¶ Ut per testimonium Iohannis maxime confirmet euangelista, hoc quod nouissime dixit, plenum gratia & ueritatis, iccirco hæc per anticipationem intulit. Nam post modum narra- terum est, quando uel ubi Iohannes dixerit ea, quæ se de illo dixisse nunc asserit. Hic, inquit, qui medius uestrum stetit, ubi uos nesciebatis, hic homo ipse est, quem dixi uobis, scilicet in Bethania trans iordanem, ubi eram ego baptizans, quando misistis sacerdotes & Leuitas, ut interrogaretis me, tu quis es? Tunc enim confessus sum, quia non sum ego Christus, & dixi de hoc, qui medius uestrum stetit. Qui post me uenturus est, ante me factus est, & cætera. ¶ Post Iohannem uenisse dominum secundum carnem in hunc mundum, nulli dubium est, quippe cuius conceptio dominicam annuntiationem, & nihilominus natiuitas sex mensibus domini præcesserat natiuitatem. Ergo quod ait Iohannes de illo, ante me factus est, ad carnis facturam, quā uerbum assumpsit, referri non potest, quia sicut iam dictum est, uix illa car- ne calcare se diuinitas cepit, & illic præco eius exultauit clausus, tanquam gestiens ma- terni uteri fores erumpere, & illum mox post se uenturum nuntiare. ¶ Hoc sciens Arrius, ho- stis fidei, inimicus gratia & ueritatis, dictum hoc ab ore Iohannis præripit: utpote qui insidia- tur in abscondito quasi leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem, & trahendo ad se, scindat Christi populū. Dei namque filium facturam esse contendit, & ideo dicit hoc, an- te me factus est, in defensionem suæ perfidia festinus inuadit. Sed uere furore cæcus quid fe- quatur non attendit. Nam iuxta sensum eius subuersum, quem locum habet ratio, quæ subie- cta est, quia prior me erat? ¶ Iamq; ut manifestius fiat, quā in conuenienter, imō uolenter li- teram hanc detorqueat, interim cum sensu eius Iohannem percunctari libet. Quare ante te creatus est ille d. Iohannes: quia prior me erat, inquit. Quæ est hæc ratio? Ideo creatus est an- te te, quia erat prior te? An iccirco clamas, & de ipso testimoniū perhibes, ut iuxta Arriū crea- turam illum esse annunties, & tam concinnam rationem propositioni tuæ subicias? Vane er- go impius furit, qui tam fragili ramusculo innixus, tam profundum præcipitium subter se nō metuit. ¶ Nam si Iohannes iuxta sensum eundem, quo dixit, ante me factus est, præfenti uel fu- turo tempore uti uoluisse, dixisset, ante me sit, uel ante me fiet. Idem est enim, ante me factus est, ac si dixisset, maior me effectus est, quia uidelicet eodem sensu hoc dictum est, me oportet minui, illum autem crescere, uel illud quod in figura eius dixit Daniel de lapide, qui abscondus de monte sine manibus, statim comminuerat. Lapis autem, inquit, creuit & factus est mons magnus & impleuit orbem terrarum. Lapis etenim Christus, qui comparatione Iohannis par- uus uidebatur, & super Iohannem & super omnes eiusmodi montes magnus factus est. Igi- tur qui post me, inquit, uenturus est, qui post me uobis predicaturus, uosq; post me in spiritu sancto baptizaturus est, ante me factus est, ante me positus, maiorq; me effectus est, me mino- rato creuit, me comite rex magnus incedit. ¶ Et hoc iure, quia prior me erat. Prior me longe, non quia secundum carnem ante me natus sit, cum ego sex mensibus natiuitatem eius præces- serim, sed inde prior me erat, quia apud deum erat, quia deus erat. Nam si uis scire quia tanto prior me erat, audi eidentius: L. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus. ¶ Omnes omni- no scilicet quicumque illuminandi in hunc mundum uenimus, omnes prophetae, uniuersi pa- triarchæ, omnes omnino quicumq; missi sumus, quicumq; donum aliquod de sursum accepimus. Ecce quomodo sibi consonant maxime tubæ duūm testamentorum, hic Iohannes præci- pius euangelistarum, & ille alius Iohānes maximus prophetarum. Ecce quomodo sese duo Cherubin mutuo respiciunt ueris uultibus in propitiatorium, hic in noui testamenti capite, ille consistens uel in extremo ueteris instrumenti marginethic euangelista & apostolus, il- le patriarcharum atq; prophetarum nouissimus. Ueris quippe uultibus in propitiatorium, id est, intentis animis ad perhibendum Christo testimonium, qui est propitiatio peccatorum nō stitorum, mutuo sese respiciunt, quia uidelicet idem sentiunt, consona dicunt. ¶ Namq; hic ait in principio erat. Ille subiicit: Prior me erat. Hic dicit: Erat lux uera, quæ illuminat omnē ho- minem ueniētem in hunc mundum. Ille autem, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hic plenum gratia & ueritatis. Ille autem gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, in- quit. Ergo, ut dictum est, mutuo sese respiciunt, & facies eorum similes sunt, ita ut ex alte- rius uisione promptum sit & alterum agnoscere. ¶ Igitur quod hic supra dixit, in principio erat, idem est quod ille nunc ait: prior me erat, magna & decenti grauitate cōtensus sic dixit- se, cum & ipse dicere potuisset: In principio erat. Sufficit enim hoc modicum mediocris enun- tiationis

Testimoni- um Iohan- Baptistæ.

Chrs scdm carnē post Iohannem uenit. Lucæ 1

Insidia Arrius ex hoc dicto Iohā. Baptistæ. Ante me factus est.

Psal. 9

Non quadra- drat ad seu- sum Arrii, rō textus.

Ante me fa- ctus est. i. maior me effectus. Iohan. 3 Daniel. 2

Quia prior me erat.

Ois ppheta & patri- archæ de Chri plenitudo accēperunt. Iacobi 1

Duo Iohan- nes sicut duo Cheru- bit. Exo. 27 Heb. 9 I. Iohan. 2 Cōsona u- triusq; testi- monia. Chrs ante Iohan. Bap- & ante Ma- tiam.

rationis flabellum, ad abigendas muscas hæreticorum, qui Christum fuisse negant ante Mariæ partum uel conceptum. Proposito namq; à Iohanne Baptista sic dicente: Prior me eras, assumit protinus consilia fere omnis Iudæa. Sed tuus exortus Iudæa. Sed tuus exortus, totis sex mēlibus prior erat. Concludit uniuersa Christianitas: Ergo Christus, eodem exortu suo quo secundum carnem exortus est, uel eodem conceptu quo conceptus est, prior erat. Sufficit igitur aduersus fordes hæreticas dixisse Iohannem, prior me eras, quia si ante Iohannem exiit, ab utero Mariæ Christus initium existendi non habuit. ¶ Quod si te altior enuntiatio delectat, & in hoc tanquam cœlesti modulamine iuuat magis acutas quam graues audire chordas, ecce altiorē quidem fed modi eiusdem chordam hic præcentor ueritatis eodem digito percudit. ¶ Et de plenitudine eius, inquit, nos omnes accepimus. Hoc profecto altius sonat. Nam si oēs impleuit, & omnibus proculdubio prior erat. Sed quid est illud, quod de plenitudine eius omnes accepimus? Vtq; ut cætera nunc omittam, totum illud ab ipso accepimus, unde uobis mirandi apparemus, unde præcipue ego Iohannes uideor magnus, quod sum ex utero senili & sterili comitantibus prodigijs progenitus, quod sum lucerna ardēs & lucens, ita ut in lumine meo uos exultare uolueritis, dicentes: Magnus hic est: Christus hic est: Ita nos omnes ab illo accepimus, singuli iuxta beneficium eius, ut alij ex nobis prophetali spiritu digni. Alij patriarchæ magni, alij reges electi in uetū sunt, uel præclari, iustitia insignes, longanimes in spe, obediētes in præceptis, creduli in promissionibus, futurorum præcij, uerbo portæ, miraculis effulgentes. Plenus quippe erat, ut nunc est gratiæ & ueritatis: Vnde & eiusdē gratiæ diuidua nobis fluētia de se metipso uiuo fonte profudit. Non enim sic plenus erat in finibus alium de petitis, sed sicut fons ex proprijs uenis erat, imò est plenus aquæ in uitam æternam salientis. ¶ Ne ergo dicatis, Moyfi locutus est deus: hic autem nescimus unde sit. Moyfes enim & ipse uerbo uisus ex nobis de plenitudine huius, hoc accepit, ut constitueret uerbo deus Pharaonis, ut eodem Pharaone superato, totaq; Aegypto cæsa plagis diuersis, tandem diuideret mare & ubrum in diuisiones, & educeret Israel per medium eius, & acciperet panem de celo, & aquam de petra interrupta in eremo, & hic est illa manus domini, cuius digito cōscriptam legem ille accepit in tabulis lapideis, & de hoc eodem ille scripsit. Ne ergo dicatis illi, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? quia uidelicet, antequam Abraham fieret, hic erat, imò est. ¶ Nam hic ipse uerbum domini est, quod ad Abraham uel ad omnes sanctos prophetas factum est. Omnino uniuersi nos, quibus dicit spiritus sanctus: Ego dixi dñi estis, & filij excelsi omnes, de plenitudine eius accepimus hoc ipsum qd dñi uocamur quia uidelicet ex eo dicti sumus dñi, quod factus est ad nos sermo dei. Hic autem ipse sermo dei est. Ex ipso igitur ut dictum est accepimus hoc ipsum quod dñi sumus. Sequitur: Et gratiam pro gratia quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. ¶ Oportet hæc quæ dicta sunt, sic intelligi, ut quàm maxime curat expositio cum præsentis intentione Iohannis clamantis, & de Christo testimonium perhibētis. Nam potest quidem & sic accipi: Accepimus gratiam pro gratia, scilicet gratiam æternæ salutis, pro gratia fidei præsentis: ad quam nos gratis, id est, nullis nostris præcedētibus meritis, per prædicatores suos ipse uocauit, et gratuita peccatorum remissione iustificauit, sed ut dictum est, ad præsentem Iohannis intentionem, propius accedendum est. Est autem hæc eius intentio, ut & sibi & omnibus sanctis, ipsi quoq; legislatori Moyfi dominū Iesum præferat, omnibusq; aduentum eius necessarium fuisse ostendat: eod quod lex, quæ per Moysen data fuerat, neminem eorum ad perfectum adduxerat. Ait ergo: Et gratiam accepimus pro gratia, ac si dicat: Antequam ueniret per corporalem præsentiam, de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, & eo per carnem apparente, pro eadem gratia accepimus gratiam. ¶ Accepimus autem meliorem gratiam pro bona gratia, quia uidelicet bona quidem gratia legis, sed quia nihil ad perfectum adduxit, hic ueniens adiuuante m dat gratiam euangelij, fitq; commutatio lucrosa, uelut si quis iubeatur omittere argentum ut accipiat aurum: fastidire aquam quàmuis limpidissimam, ut uinum bibat optimum. ¶ Legem autem gratiam hic recte uocari, facile comprobari potest. Dicitur enim gratia quod sit gratis data. Gratis autem, id est, nullis præcedentibus meritis, datam esse legem uel cuncta dei beneficia populo priori testatur Moyses cum dicit: Scito igitur quod non propter iustitias tuas dederit tibi dominus deus tuus terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ ceruicis populus sis. Sed dicta aliquid iam erat debiti: quia iurauerat deus patribus ipsos, quod daret illis terram fluentē lac & mel, iustitiamq; erat ut uerbum suum uel iururadum quod iurauerat, impleteret. ¶ Quærimus ad hæc, utrum hoc ipsum, quod iurauit, gratis an ex debito iurauerit: & proculdubio fatendum, quia nō ex debito, sed gratis iurauit, gratis promisit. Gratis omnino Abraham ceterisq; patribus apparuit uel innotuit, quippe qui peccantem primum hominem iuste priuauerat gloria paradisi, nihilq; debēs cunctis hominibus, utpote patris abiudicati filijs, iuste faciem suam absconderat ab eis. ¶ Hæc est ergo anterior gratia, quæ & simpliciter gratia dicitur, sequens autem euan-

De plenitudine eius nos oēs accepimus.

Luce 1 Iohan. 5 Oēs pphe. ta, patriarchæ & reges ab eo accepērūt. Iohan. 4 Moyses accepit ab eo accipit.

Iohan. 9 Exodi. 17 Psal. 135 Psal. 77 Exodi. 32 Iohan. 5. 8 Chrs est uerbum & sermo ad prophetas.

Psal. 91

Gratiā pro gratia.

Lucrosa gratiæ commutatio.

Lex gratia hic dicit.

Deut. 9 Gene. 17 Exodi 33

Gratia est dei patris iurasse & promississe. Gene. 12. 15 Gratia eua-

gelij

gelij gratia, non simpliciter gratia, sed gratia & ueritas nominatur. Hanc autem scilicet gratiam & ueritatem commutatam esse pro gratia Mosaicæ legis, testatur ipse Iohannes qui hæc dicit. Nam cū premisset, & gratiā pro gratia, protinus adiunxit exponēs quid dix erit: Quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. ¶ Et si quærās, in quo gratia & ueritas Iesu magis proficit quàm lex Moyfi, protinus subdit: Deum nemo uidit unquam. Iæcse imperfecti legis, quia uidelicet nemo unquam per illam ad uisionem dei rediit, quam in peccato Adæ totum genus humanū perdidit. Moxq; sequitur: LVnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Iæcse perfecte gratiæ & ueritatis, deum em filius enarrauit, utpote plenus, sicut iam dictum est, gratiæ & ueritatis: quia per suum sanguinem aditum aperiendo deum hominibus manifestauit. Igitur in eo quod dictum est, & gratiā pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Sensus hic rite procedit secundum intentionem Iohannis clamantis & testimonium de Christo perhibentis, quia uidelicet multum ad cognoscendam eius plenitudinem proficit, scire quod accepit ab illo populus eius primo gratiam, id est, legis & prophetarum sciētiam, per quam haberet ueri dei notitiam, gratis sibi datam: ac deinde gratiam pro eadem gratia, id est, ueritatem pro figura, rem pro umbra, spiritum pro litera. Sic em gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, gratia uidelicet, quia cum essemus inimici, cum essent, inquam, ipsi quoq; Iudæi, sicut Apostolus testatur, natura filij iræ sicut & ceteri, reconciliati sumus deo: per mortem filij sui, scilicet eiusdem Iesu Christi. Nullo modo namq; melius hic accipimus gratiam, quàm ut intelligamus nostram cum deo reconciliationem per Christum factam. Hæc autem gratia uel reconciliatio in legis ceremonijs. Verbi causa, in immolatiōe paschalis agni, ceterisq; eiusmodi præfigurabatur: non etiam cōferebatur: quia uidelicet quàmuis iusti uel sancti patres, omnes ubi dormierant apud inferos, licet in magna securitate & beata spe, detinebatur. ¶ Neq; per ullam legis illius iustitiam paries inimicitiarum solui poterat: quo ad uidentiam gloriæ dei, ob culpam paternæ præuicationis, impediabatur. Vnde & subdit: Deum nemo uidit unquam. In passione uero Christi paries ille solutus est, quia peccati chirographum ueroe eius deletum est. Qui & ueniens, inquit, Apostolus, euangelizauit pacem his qui longe & his qui prope erant, id est, Iudæis qui per priorem legis gratiam, propinqui, & gentibus qui per ueritatis ignorantiam ab eo fuerant nimium longinquæ. ¶ Vnde postquam dixit: Deum nemo uidit unquam, protinus adiecit, unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: Qui est in sinu patris: O quanta celsitudo, quanto decore patrem rursus contingit, filium testificans, præsens columna ueritatis dixit supra, quia prior me erat, nunc de eodem repetens qui est in sinu patris, inquit. Hæc ita omnino dicta sunt, ac si dixisset, quomodo de suo dixit euangelista: In principio erat & apud deum erat. Non sicutur oculis uisui & auris auditu. Oculis uidelicet eius, qui iuxta Esaiam cernit terrā de longe. Et auris eius qui cum Iezchiele audit interius ab animalibus sanctis sonum alarum quasi sonum sublimis dei. ¶ Hunc ergo sonum tam sublimem attento quæso discernamus auditu, quia non frustra sic dixit, qui est in sinu patris, cum dicitur potuisset, qui est apud patrem. Non enim nihil habet momenti dictio huiusmodi, imò per maximum reddit audienti splendorem diuinæ pulchritudinis, præsertim in hoc fortissimo themate quo in summo negotio legis & gratiæ quædam sit cōparatio siue oppositio, non sicut boni & mali, sed sicut perfecti & imperfecti, uidelicet, ubi dictum est, quia lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Percipiat ergo diligens auditus si dei, quid hoc supremo clamore uelit insinuare præco gratiæ & ueritatis. ¶ Quærebatur unde haberet Iesus Christus, ut faceret quod facere non potuit Moyses, quia de causa solus esset electus de tot milibus, qui gratiam & ueritatem inter deum & homines restitueret, id est, inimicitias solueret, pacemq; reformaret, ecce responderetur tibi quia ipse est in sinu patris. ¶ Quid est in sinu patris: In summa diligentia, in cura & custodia diligentissima est dei patris. Ad quid? Videlicet ut peccatum illum inuenire non possit, quod omnes homines inuenit ab initio seculi, quod omnes omnino animas persequens, inuenit foris & comprehendit unamquamque in mensuris suis. Foris inuenit sunt, quia uidelicet proiecti sunt, testante Esaiā, & dormierunt in capite omnium uiarum sicut bestia illaqueata. Quomodo ergo possent abiectos in gratiam reducere proiecti, soluere uinctos illaqueati? Propter quod paulo superius cum dixisset idē propheta: Consurge Hierusalem quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius, subsecutus adiunxit: Non est qui suscitauit eam ex omnibus filijs quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius quæ omnes filijs quos enutrit. Quia uidelicet omnes, ut prædictum est, exierat de sinu gratiæ dei, cum peccato primæ præuicatoris nati, & insuper actualibus peccatis nequaquam omni ex parte liberi, quamlibet magni & iusti. Hic autem foras non abiit, foris non stetit, foris non sedit, quando regionem nostram introiuit, Adā nesciuit, serpens ignorauit, Eua nec delectata est, nec doluit, sed solus pater deus uirginis cōscius fuit. Qui miro modo filium hunc, & in utero eius misit, & in sinu suo continuit, quem & nunc & semper tan-

gelij etiam ueritas dicitur. Euangelij perfectius legē.

Ephē. 2 Gratia est nostra cū deo reconciliatio in lege præfigurata. Exodi. 12 Ephē. 2 Per Christi reconciliatio nostra. Ephē. 2 Bene ponderanda uerba Iohānis.

Esaia 35 Ezech. 10. Qui est in sinu patris:

Christus fecit qd Moyses facere nō potuit. Coloss. 1. In sinu patris longe à peccato qd oēs tenebatur.

* Suscitent

Gracia & ueritas per se sum facta e Plal. 44

Speciosus forma prae filijs hominum Plal. 81

Diuinitas Chriftiforma non formata.

Diffusa est gratia in labijs tuis.

Testis Iohannes contra Antichristos. Mathe. 13

Testimoniū Iohannis Bapt. de celo non ex hominibus.

Diuina inspiratione uenit Iohannes Bapt. predicare. Lucæ 3. Quō Iohannes Bapt. nesciebat scilicet.

per tanta custodit cura, tanta confouet diligentia, ut tentator diabolus, nulla unquam intue- niat eius uestigia, ignoret unde ueniat, nesciat quo uadat. ¶ Quia ergo sic est in sinu patris, quia peccatum non fecit, nec aliunde contraxit, iccirco ad reconciliandos homines uultui pa- tris eiusdem assistere uenit, iccirco gratia & ueritas per eum facta est (sicut supra dictum est) iccirco deum, quem nemo uidit unquam, enarrauit, id est, reuelauit, uidentium hominibus reddidit: hinc est illud in Psalmo, quod idem pater, dum dicit, opera sua regi huic, dum lin- gua sua, id est, sancti spiritus potentia, ueluti calamo scribæ uelociter scribens, hoc uerbum suum, hanc sapientiam suam, potestiamq; uniuersam, humanæ naturæ inscribit, alloquitur est sic: Speciosus forma prae filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ¶ Speciosus namq; for- ma est prae filijs hominum: quia uidelicet non solum homo, sed & natura deus est. Nam & fi- lijs hominum sunt quidem aliqui per adoptionem dñi, sicut supra dictum est ex testimonio psal- mi dicentis: Ego dixi dñi estis, & filij excelsi omnes. Hic autem solus per naturam deus est, so- lus patri consubstantialis filius est. ¶ Cuius diuinitas hic proprie signatur hoc nomine quod est forma, diuinitas nanque forma est, forma utique non forma, quia uidelicet creata uel facta non est substantia dei, ac per hoc, ut dictum est, constat, quia non formata sed tantum for- ma est, formata quippe dicuntur & sunt ea quæ constant ex materia simul & forma. Verbi gratia, ut homo formatus dicitur, quia constat ex corpore & anima, ipsum quoque corpus solum, constans ex terra simul & dei plasmatura, uel etiam statua aliqua, constans ex materia lapidea uel ærea & artificis sculptura. Deus autem ex nulla constat materia, propter quod semper est idem quod est, non permutat nullisq; subiectis acceditibus. Quapropter diu- nitas non formata, ut dictum est, sed tantum forma est. Vnde IESV CHRISTI I diuinitas proprie signatur per hoc, quod dictum est: Speciosus forma prae filijs hominum, ac si diceret- tur: Ex eo quod deus es, speciosus & gloriosus es prae cunctis hominibus, quia puri sunt ho- mines. ¶ Igitur dicturus, diffusa est gratia in labijs tuis, recte præmisit, speciosus forma prae fi- lijs hominum, quod idem est, ac si dicat Iohannes euangelista: Iccirco plenus est gratia & ue- ritatis, quia in principio erat uerbum, & deus erat uerbum. Vel si dicat Iohannes Baptistam: Iccirco gratia & ueritas per illū facta est, quia prior me erat, uel quia in sinu patris est. LEt hoc testimonium Iohannis quādo miserunt Iudæi ab Hierosolymis facerdes & Leuitas ad eum, ut interrogarent eum, tu quis es? Hoc, inquit, est testimoniū Iohannis quod dixi, quod nūc perhibet, quod nūc clamat aduersus omnes Antichristos, qui ante Mariam Christum uis- se negant, imō & perhibebit & clamabit, quādiu hominis piscibus mali pisces permixti, cona- buntur rumpere retia fidei. Hoc uerum est eius testimonium. Quod quando uel qua causa commonitus perhiberit iam dicam. ¶ Multum enim attinet ad rem, scire tempus & causam, præsertim, cum exinde possit dinosci utrum ex hominibus an de celo testimonium eius sit, id est, ea quæ de Christo testatus est, utrum ex coniectura humana, an ex prophetiæ spiritu percepit. Hoc ergo dico, quia testimonium hoc quod præ dictum est, tunc elocutus est, quan- do miserunt Iudæi ab Hierosolymis facerdes & Leuitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Videlicet recensā deserto uenerat, ubi uitam eremiticam imō anachoreticam duxe- rat, adeo secreta & hominibus incognita, ut quando uenit CHRISTVS, aut Helias, aut unus ex antiquis prophetis, ex occultis & soli deo cognitis locis apparuisse putaretur. Quod nimirum palam suffragatur ueritati, scilicet quod non ex hominibus, ut præ dictum est, sed de celo testimonium eius fuerit. ¶ Non enim fama IESV excitus uenerat, quippe qui adhuc inter homines occultus degens, nihil famosum operabatur, neque ab illo per uis-ibilem aliquem nuntium fuerat euocatus, sed sicut Lucas refert, inuisibili diuinitatis inspira- tione iustus erat, ut ueniret prædicare & baptizare. Ait enim: Anno decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetracha autem Galiliæ Herode, & cætera us- que, factum est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto, & reliqua. ¶ Ita que nesciebat adhuc dominum IESVM secundum hominem, donec uidit eum uenientem ad se inter turbas, ut baptizaretur ab eo in Iordane, & tunc reuelante eodem spiritu, quo su- per eum factum fuerat uerbum domini, cognouit illum proprium esse templum eiusdem uer- bi domini, ante cuius faciem mittebatur, ut pararet uias eius. Vnde & post aliqua dicturus est: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me in aqua baptizare, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum dei descendente, sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui bapti- zat in spiritu sancto. Non enim nesciebat uenisse CHRISTVM, cum ob hoc utique à deserto illum expulisset spiritus, ut ueniens prædicando, & baptizando, insuper & mo- riendo, suæ coram illo præcurfionis officio fungeretur. Neque ignorabat uirtutem uel maiestatem eius, cum & minoris gradus prophetæ non ignorauerint, imō & non mino- ra quæ euangelium scriptis quoque suis, ipsi IOHANNES in non incognitis, de CHRISTO profectati sint. Sed secundum hominem nesciebat illum, ut dictum est, id est, cuius figuræ uel habitus esset, aut ubi uel quibus cum hominibus habitaret. Tanto ergo fidelius & omni

& omni acceptione dignius est testimonium, quanto ab omni humano favore purius, uel cōsie- turali præsumptione constat esse liberum. ¶ Igitur non ab re, ut iam dictum est, testimo- niū positū tempore uel causa, nunc ipsa uerba restant, eo quod ad idem testimonium peruen- tum est ordine, differenda. Nouerant Iudæi ex lege & prophetis, magnum regem Christum esse uerum, nec defecturum regem uel principem de Iuda, priusquam ueniret ipse qui mit- tendus erat. Sic enim dixerat pater ipsorum Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Iam uero sub oculis suis eam uidebant, scilicet ablatum esse sceptrum de Iuda, ducemq; de femore eius, præsertim cum in regno diuiso, ac dilacerato, quatuor alienigenæ per partes singulas principarentur. ¶ Igitur facile per suade- ri poterant, ut crederent uenisse Christum, ad omnem sonum arrecti semper, ac suspecti, nouumq; aliquid audire cupidi, utpote iuxta carnalem opinionē suam habituri aurē eam, ac gem- matam Hierusalem, & seculum carnale, regnumq; uictoriosum, ita ut iuxta prophetam capi- entes essent eos, qui se ceperant, scilicet Romanos, quorum sub ditione erant. Hoc statim ad prædicationem Iohannis facile suspicari poterant, intantum ut ipsum esse Christum æstima- rent. ¶ Veruntamen carnalem illorum spem non parum offendebat, quod humilitatem pec- nitentiæ prædicabat, & genimina uiperarum, faciendo fructus dignos penitentiæ, fugere à uentura ira communebat, & ita omnino regni dei leges, suis uitis, quibus libere inhærebant, contrarias illo prædicante fore, audiebant. ¶ Miserunt, inquit ergo euangelista, ab Hierosoly- mis facerdes & Leuitas ad eum, ut interrogarent eum, tu quis es? Tu, inquit, tu quis es? Tu, inquit, tantā autoritate nouum baptismi ritum inducis, quem te esse dicitis? Nimirum au- dire cupiebant ex ore ipsius, utrum ipse esset Christus, sicut uulgo existimabatur. At ille, nec arundo erat, sicut supra dictum est, ut uento aduerso posset agitari, & à ueritate deflecti, nec homo mollibus uestitus, ut mensurā suam excedentis famæ suæ præconia, quasi palparum manuum, molli assensu exciperet, uel uti faceret hi, qui in domibus regum sunt, quia potestatem habentes gratulantur, quod ab adulatoribus suis benefici uocentur. ¶ Interrogatus ergo, pro- tinus excutiens hirtas animi fetas, pilis camelorum, quibus exterius erat contextus, multo aspe- riores: Nō sum, inquit, ego Christus. Verax utiq; ueritatis præco, cauē sapiēter mortiferū diui- ni nominis adulteriū uelut qui cum paranyphū se esse sciret, clanculū ad sponsum uenien- do, sponsum se esse mentiri nollet. Notāda uero diligenter, nō frustra ore apposito circum- huius circumlocutionis exornatio, qua dicit sic: Et confessus est, & non negauit, & cōfessus est, quia non sum ego Christus. Res quippe, id est, eiusdem quæ in Iohāne est ueritatis & hu- militatis uirtus, quæ hic narrat, tanta est, ut digne elocutio eius plenitudinē sententiā, quā- si quibusdam oculis illustretur, ut attendamus, miremur, & eiusdem imitatione delectemur. Nihilominus notandum & hoc qd euangelista enuntiationem negatiuam, qua dicit, non sum Christus, confessionem esse affirmat, negationem esse negat. Nimirum hoc intēdit, ut hoc maxi- me loco Iohannem Baptistam quod omnino probabile uerum est, Christi confessorē esse sen- tias. Nam si Christum se esse dixisset, uel ita opinantibus consensisset, eum proculdubio, qui Christus est, Christum esse negasset. Igitur ex hoc opposito satis constans est, quia dum dicit pro testimonio Christi: non sum ego Christus, uno & eodē dicto, Christi confessor est: Chris- tum nō negauit, ac proinde uerus hoc loco Christi cōfessor claruit. Itaq; fidelis Christi testi- digne, ab euangelio Christi testimoniū recipit, pronuntiante sic euāgelica ueritate, & cōfessus est & nō negauit & subaudias Christum: quem profecto negasset, si aliud dixisset. ¶ Quid dicit, nō sum ego Christus. LEt in interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non. ¶ Non, inquit, iuxta sensum uel opinionem uestram in persona Helias ille ego sum qui in igneo cur- ru raptus est in caelum, futuro tempore referuandus: sed sum homo alius, ante annos circiter XXX, patre ueterano & matre sterili eadēq; prouecta, progenitus. Sic enim distinguēdum est quia uidelicet sine ulla exceptione Heliam se esse negare non poterat. Alioquin contrarium hoc esset ueritati, dicenti de illo ad turbas: Si uultis recipere, Iohannes ipse est Helias. Nunc au- tem quomodo non repugnet perpicuum est. Nam quod ait, dominus ipse est Helias, mysti- cum esse, & egere intelligentia sequenti sermone demōstrat, dicens: Qui habet aures, audiat. Videlicet in hoc est Helias, quod iuxta aliud euāgelij testimoniū, uenerit in spiritu & uir- tute Helias, & eandem sancti spiritus gratiam habuerit uel mensuram. Sed & uita: austeritas ri- gorq; mentis Helis pares sunt. Ille in eremo, iste in eremo, & uterq; zona cingebatur pællice. Ille quomodo regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere cōpulsus est. Iste quia Hero- dis & Herodias illiicitas arguit nuptias, capite truncatur. Vel iccirco Iohannes Helias uoca- tur, quia sicut iuxta Malachiam Helias præcessurus est, & uenturum iudicem nuntiaturus sic Iohannes in primo aduentu fecerit, & uterq; hic primi, ille secundi aduentus nūtius sit. Itaq; mysticum est, quod Iohannes à saluatore Helias dictus est. At illi mysteria non querebant, de persona tantum Helias requirēbant. Igitur contrariū non est sententiæ ueritatis qd Heliam se esse denegat quia proculdubio qd mystico intellectu, ut iam dictum est, uerum erat illorum

Cur ita dicit miserunt ad Iohannē.

Gene. 49

Opinio Iudaeorum de Messia. Mathe. 23

Prædicatio Iohannis. Mathe. 3

Tu quis es, Mathe. 11 Lucæ 7 Mathe. 20 Lucæ 22 Rigidus animus Iohannis contra uanam gloriam.

Confessus est & non negauit.

Quō Iohannes est & non est Helias.

4. Reg. 2 Lucæ 1 Mathe. 11 Lucæ 1 Mathe. 3 3. Reg. 9 Mathe. 14 Malachi. 4 Marci 1 Lucæ 3

Matth. 11
Luce 7
Iohannes
uirtute nō
officio pro
pheta erat.

Matth. 11

Iohan. 1

Matth. 11

Dux speci-
es inquisi-
tionis, inter-
rogatio sci-
licet, & per-
contatio.

Matth. 7
Inflati scie-
tia pharisei

Matth. 11

Ego uox cla-
mantis in de-
serto.

Ex lat. 40
Vox clama-
tis, ut audi-
atur: Ver-
bum caro-
factum.

sentu, qui interrogabant, si diceret: Helias ego sum, falsum erat. L. Propheta es tu: Et respon-
dit: Non. Et hoc plane uerum est, licet de illo dicat dominus: Quid exiisti in desertum uide-
re: prophetam? Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Iohannes enim uirtute quidem
propheta erat, sed officio propheta nō erat. Quod autem officio propheta non fuerit, palam
fiet ex ipsa diffinitione officij prophetici. Prophetarum officium fuit, uerbum domini, anteq̃
caro fieret, carnem assumpturum esse, dictis p̃signare, factis p̃figurare. Nam & si tunc uel
fuerit plurimi, qui diuersis in rebus prophetia spiritus per doceri meruerunt: eos tamen so-
los ecclesia sancta computat in catalogo prophetarum, qui de summis rebus, id est, de uerbi
incarnandi mysterijs sancti spiritus oraculum mente perceperunt, uoce & literis mundo an-
nuntiauerunt. Iohannes autem non hoc modo uerbo domini obsecutus est: quippe qui non
in umbra futurorū, sed in ueritate erat presentium neq; proferebat propheticum sermonem,
cui attendendū esset, tanq̃ lucernę lucē in caliginoso loco, sed digito p̃terito mōstrabat ue-
rum solem, exortum eis, qui toti a uersis, mortalitatis suę sequebantur occasum, Christi nanq̃
humanitati pene cōuus aderat: cuius exortum non plus q̃ sex mensibus ipse ortu suo p̃ce-
sserat. Igitur officio propheta nō erat, recteq̃ hoc denegat requisitus, uelut si dicat sponsus
paranymphus: Non ego legatus, ut ceteri, xenia tibi uel eulogias à sponso tuo detulit sed ipse
sponsus me architrachinū uel consecrētalem habens, ecce te nuptiali die conuenit. Virtute au-
tem, uel gratia propheta, imō plus q̃ propheta erat: quia uidelicet presentem prophetarum
omnium uerticem Christum contingens, ipsius mysteria prophetis omnibus familiarius no-
uerat. ¶ Sed dicit aliquis: Cur interrogatus, utrum esset propheta, cum de officio negauit, de
uirtute uel gratia reticuit? Videlicet quia cum hi qui interrogabant ex aduerso consistere, ut
quod & paulo post euangelista latenter innuit, cum dicit: Et qui missi fuerant, erant ex phari-
sais. Cum ergo iniqua uel insidiola intentione starent ex aduerso, non placuit Iohannis habi-
tatori spiritui sapientię, ut illis alio modo respondere dignaretur. Tantum ad interrogata re-
spondit paritate irreprehensibili: quia uidelicet nemo iure reprehendit, q̃ non respondetur
ultra uel aliter q̃ modus inquisitionis exigit. ¶ Duo nanq; modi sunt inquisitionis: Vnus, qui
proprie interrogatio dicitur: quo solo dialectici utuntur, quo cum aliquid inquiritur, semper
aut est aut non respondendi oportet. Hoc uidelicet modo nunc isti aduersarij sunt usi dicētes
Helias es tu? Propheta es tu? Alius uero modus inquisitionis est, qui nihilominus proprie per-
contatio dicitur: quem dialectici nesciunt, quo cum aliquid inquiri, multa ac diuersa pro uo-
luntate uel sensu respondentis subiunguntur. Quo item isti tandem utuntur, dicentes: L. Quis
es, ut responsum demus his qui miserūt nos? Quid dicis de te ipso? Quam diu ergo hi qui si-
bi sapientes & prudentes uidebantur, interrogationibus irreuerenter habitaculū tantę gra-
tię pulsauerunt, simplici negatione iuxta modū inquisitionis (ut par erat) cassati sunt. Vbi ue-
ro quomodocūq; ad percontationem descenderunt, dicētes: Quis es, ut responsum demus
his qui miserūt nos, quid dicis de te ipso? Tūc delectis illis sacerdotibus & Leuitis, hoc de se ip-
so respondit, quod interrogare ipsi non nossent, quodq; auditū p̃æ altitudinē mysterij nul-
latenus attingere, ac per hoc pede sui cōtemptus conculcare nō possent. Ait: Ego uox cla-
mantis in deserto, dirigite uiam domini: Sicut dixit Esaias propheta. ¶ Eant nunc magistri scri-
pturę, qui clauim scientię tulerūt, profitentes penes se magistrerij esse legis & prophetarū,
eant isti, & suo sensu, si possunt, perspiciant huius lectionis suę sacramentum: aut certe, si non
possunt, humiliter ab ipso solui postulent, à quo sublimiter est propositum. At illi sapientes ui-
deri magis quam esse uolunt, nescire quam discere malūt, nunc maxime, quādo ob hoc missi
sunt quia tales & stimabantur, qui possent comprehendere omne responsum, & de omnibus
quę dicerentur certum habere iudicium. Ergo prauē pudentes declinant animo retrorsum,
& hoc responsum dissimulatores callidi, quasi non audierint, surda aure p̃terierunt. Vnde &
rideant paruuli, quibus hæc & cetera talia reuelata sunt, abscondita autem à sapientibus &
prudentibus, qui humilem spiritus altitudinem per superbiam nescientes, deiciunt tur dum
extolluntur & circa uiles literę sarcinulas occupantur. ¶ Ex hoc enim, quod ait Iohannes: e-
go uox clamantis in deserto, ex hoc dicto solis paruulis, id est, humilibus intelligi datur, quia
contemporalem Christo se esse fatetur. Ac si aperte dicat: Sicut supra dixi, non sum ego Chri-
stus, sed ego ille sum, quem Esaias intentiori audiuit auditu clamantē uobis, ut parētis uias e-
ius: quia nūc ad est idem dñs, scilicet Christus. Clamo enī nunc uobis: Parate uiam dñi: quia uel
delicet dico uobis, p̃nitentiam agite, appropinquaret enī regnum dei. Cum ergo uox hæc
mea tāta sit, ut tanto antē tēpore audierit propheta tātus super custodia sua, imō super custo-
diam dñi, scās totis noctibus, & si aspiciēs à longe uidentēq; Christū, me q̃q; uidit & audiuit in
spiritu, & gaudio attonitus exclamauit, dicēs: Vox clamantis in deserto, parate uiam dñi: rectas
facite semitas dei nostri. ¶ Cum ecce tantus ego sim, ut de me quoq; sit p̃phetia: & hoies
me suspicati sint ipsum, quē expectatis, esse Christū: dignū est ut credatis mihi, cum uobis o-
stendero Christum. Sicut enim ad hoc fit uox, ut uerbum audiatur: sic ego ad hoc factus uel

natus sum, ut per ministerium meum Christus, qui est incarnatum uerbum patris, p̃sēns
agnoscarur. Et quid clamo? Parate uiam domini. In uia nanq; est dominus, uiam uirę p̃sēns
est ingressus, & qui secundum se semper idem est, secundum nostrę mutabilitatis uarieta-
tes ad grande opus proficiscitur. In uia nunc est: Ecce tanquam sponsus procedens de thala-
mo suo, exultauit ut gigas ad currendā uiam. Vnde & quo est iturus? A summitate celo egres-
so eius, & occurfus eius usq; ad summum eius. Nolite obuiare, nolite resistere, nolite offen-
dicula ponere. Nam super quem ceciderit, cōminuet eum: Vā illis, quorū scelere in mortē ca-
surus est: Dirigite ergo, inquit, uiam domini. At illi surda, ut p̃dictum est, aure clamorē eius
p̃terierunt, quasi nihil dixerit, dicunt in conclusione sic: Quid ergo baptizas, si tu non es
Christus, neq; Helias, neq; propheta? Poterant eadem memoria tenere id quod nouissimū au-
dierant, quā & superiora diligenter cōputant, nisi doctrinā mallet inuidere quam quærere.
Quod euangelista, ut supra dictum est, tacite innuit, cum subiungit: L. Et qui missi fuerāt erāt
ex pharisais. ¶ Ex pharisais, inquit, erant, uidelicet ex eis, qui nō dei, sed suam querebant glo-
riam, qui clauim scientię tulerant, & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebant. Quo uisio
nunc Iohanni infestebat, non solum non p̃nitentes, sed & alios inuitari ad p̃nitentiā non
ferentes, ac dicentes: Quid ergo baptizas si tu nō es Christus, neq; Helias, neq; propheta? ¶
Igitur, ut dictum est, quando miserunt Iudej ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, & illi sic
eum interrogauerunt, sic percontati sunt, tota expectante synagoga Iudæorum & pharisæo-
rum, à quibus missi sunt: tunc perhibuit Iohānes de Christo hoc testimoniū, quod magna ex
parte suprascriptum & expositū est. ¶ Tūc exaudita est uox clamantis in deserto, imō à deser-
to uenientis, ubi solitarius & Helia: per similes uitam aluerat, qualē decebat esse legitimi & im-
maculati testis, ne oculi, qui uisuri erant p̃sentiā uerę lucis, quippiam haurirent de omni
quę in mūdo esse concupiscētia carnis, neq; uelut digitus, quo p̃terito demonstraturus erat agniti-
onē dei, uel manus, quas subiturū & à quibus baptizā dum erat caput, reuerē dum potestatis an-
gelicis, aliquid tangerēt de omni massa picis coquinantis, & pulchritudo oris, à quo primū
audiendum erat testimoniū gratię & ueritatis, aliquo modo defloresceret. Loquendo aliquid
uani aut otiosi sermonis. Tunc illa audita est uox magna, uox p̃clara, à deserto uenientis:
imō & illo deserto clamantis, ubi quondā iustitia habitauit, nunc autē homicidę, quos eadē
iustitia deserentes elegerunt, quos ex conuentu erant hi, quibus, ut supra dictum est, inuisti-
bus hoc modo respondit: Ego baptizo in aqua, medius autē uestrum stetit, quem non nesci-
tis. ¶ Ego quidem, inquit, non ab re, non absq; celesti autoritate, nō ueniens à me ipso, sed mis-
sus à deo, baptizo in aqua: & proinde sum omnibus admirationi, & quis sim ego tanto pere-
graritis, quia nō de medio uestri, nō de cōuersione communi sed à deserto ueniēs, cum uo-
ce p̃dicationis, actum & habitū p̃fero sanctitatis. Et hæc quidē nōnulla sunt, sed medius
uestrum stetit, id est, in frequentia plebis iam dudum ambulauit, in conuictu hominū assuefa-
ctus est, & habitacione cōmuni quem tamen uos nescitis, quem scire expedit, quem quærere
oportet, quem inuenisse prodest, in quem credere salus est. L. Ipse est qui post me uenturus est,
& qui ante me factus est. ¶ Et cetera quę supra exposita sunt, quę hoc ordine ingressus fide-
lis orator elocutus est: auditores magis habens attentos, q̃ dociles aut beneuolos, curiositate
uidelicet propria magis attentos q̃ beneuolentia. Et extunc ipse quidē minui, Christum autē
Iesus crescere cepit: sed sic diminuēdo se coram hominibus, tantū creuit coram deo, ut ultra
illum crescere nullus potuerit homo. Ego, inquit, baptizo in aqua. ¶ Iam in hoc diminutiōis
eius magna est humilitas, quod cum dixisset, ego baptizo, ad didit in aqua uidelicet ut subau-
diās id quod paulo post dicturus est: Ille autem in spiritu sancto baptizat. Et quidē Christus
sunt qui testimoniū dant in baptismo Christi: Spiritus, aqua & sanguis. Horum, ut dictū est,
aqua minimum est, in qua sola baptizabat Iohānes, ante quam glorificato Iesu datus esset spi-
ritus, imō & antequam lanceato Iesu suffus esset sanguis eius. Maximum est spiritus, in quo so-
lo peccatorum remissio datur, quam Iohannes dare nō p̃ualens, baptizando in p̃nitenti-
am baptismo Christi populū p̃parabat. Christus enim per aquam & sanguinem ueniēs,
non in aqua solum: sed in aqua & sanguine, solus in spiritu baptizat, testificans q̃ modo Chri-
stus est ueritas, qui solus remissionem peccatorū dat, aqua signatam, sanguine emptam, spiri-
tū sancto effusam. ¶ Sic ergo diminutionis causa hæc ab ipso maioris ac minoris tam longe dif-
ferens oppositio facta est. Amplius autem ac manifestius ex eo quod sequitur, semetipsum di-
minuit, ut crescat & estimatio magnitudinis Christi. Ait enim: Ipse est qui post me uenturus
est, qui ante me factus est. Hoc superius expositū est: scilicet in eo post Iohānem uenire Chri-
stum, quia natiuitatē, p̃dicationem, baptisimū, quoq; & mortē eius, ipse nascendo, p̃dicādo,
baptizando quoq; & moriendo secutus sit. Et in hoc ante illum factus est, quod illi p̃sē-
tus est. Sed hoc est magnū ac p̃clare humilitatis speculū, quod subssecutus ait: L. Cuius ego
non sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. ¶ Hoc etenim dicto p̃sēntibus qui

Psal. 18
Matth. 11
Luce 20

Luce 11

Sāctitas Io-
hānis in de-
serto.

Lego & ex.

Iohā. in ere-
mo, Chūs
in medio
populi.

Iohan. 2
Aqua minū
est in
baptismo,
spūs sc̃tus
maximū.
Iohan. 5
Iohan. 7

Iohan. mi-
nuit se ipsū,
ut crescat
& estimatio
Christi.

Soluere cor-
rigia calcea-
menti.
Deut. 25
Ruth 4
Iohan. 9
Alia expo-
sicio eiusde
Psal. 59
Incarnatio-
nis myste-
riū etiā Io-
Bap. impe-
netrabile.
Iohan. sym-
bolice.
Eccles. 3
Esaia. 52
Eius calcea-
menta por-
tare.
Matth. 3
Psal. 118
Apostoli
calceamen-
ta illa por-
tauerūt in
omne terrā
Acto. 17
Iohā. Bap-
t. euāgelii
ordinatus.
Matth. 11
In Bethāia
trās Iorda.
Matth. 21
Matth. 3
Lucā 3

aderant nota similitudine, iuxta quod audire uel capere poterant, cum maxima sui diminutio
ne, Christi commendat excellentiam, & nobis de pectore se cuncte gratie per pulchre signat
illam, quam nunc uidemus uidentiam uel abiectionē synagogæ. Mos enī apud ueteres fuit,
ut si quis eam, quæ sibi competeret, accipere uxorem nollet, ille calceamentū ei solueret, qui
ad hanc sponsus iure propinquitatis ueniret. Cui autē magis competeat, ut uxor esset syna-
goga quam Christo, cuius tota patris hæreditas, uel uniuersa quæ est ab initio usq; ad finem
seculi ecclesiæ: Quis enim patri propinquus magis quam filius? Sed hic competenti sibi uxore
eam ducere recusat, quia quondam deo coniunctam synagogam repudiat. Non ergo putet,
eamdem synagogam, quod à Christo pro uitio suo, repudiata, Moysen aut prophetas habere, uel
delicet, quia sicut Iohannes de seipso testatur, nemo propinquorum Christi dignus est, soluere
uere corrigiam calceamenti eius, id est, nemo patriarcharum aut prophetarum apud illam re-
manere, uel eandem saluare potest, quæ Christi coniunctione indigna est. ¶ Quod tamen &
aliter intelligi potest. Nam quia calceamenta ex mortuis animalibus fiunt, in carnatus domi-
nus quasi calceatus apparuit: quia in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit.
Vnde & per prophetam dicitur: In Idumæam extendam calceamentum meum, id est, gentibus
innotebam per incarnationis meæ mysterium. ¶ Sed hoc ipsum incarnationis eius mysterium
oculis penetrare non sufficit, inuestigari enī nullatenus potest, quomodo corporatur uer-
bum: quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterū matris animatur, quomodo is qui
initium non habet & existit & concipitur: Iohannes ergo soluere corrigiam calceamenti ei-
us non ualet, quia incarnationis eius mysterium nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc per pro-
phetiæ spiritum agnouit. ¶ Sed & tu Iohannes, ueritatis & gratiæ symmistes, nunquid non
saltem hoc scire potes, quam ob causam illa corrigia ligata est? Nunquid igror, quod uel qua-
li in diuersorio diuinitas calceata est? Nunquid in quacumque uerbum caro factum
est? Ignorasti cœlestis paranymphus & sponsi amicus, quod nos paruuli ecclesiæ filij non
ignoramus? Cur ergo filius de hoc uox clamantis in deserto? Cur non hoc euangelizas, & uo-
cem exaltas? Videlicet, quia tempus non dum est. Tempus enim loquendi & tempus tacendi.
Tempus hæc loquendi tunc erit, cum filius hominis à mortuis resurrexerit. Non ergo ab re
gemit affectus amantis, & magno desiderio clamantis, suæq; imputat indignitatis, quod tem-
pus non habiturus sit, ut curat cum speciosis pedibus super montes euangelizantis & præ-
dicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis: Sion regnabit deus tuus.
¶ Hunc affectus eius clamorem uehementem, euangelista Matthæus alijs uerbis non minus
ex primit dicens: Qui autem post me uenturus est, fortior me est, cuius nō sum dignus calcea-
menta portare. Quis enim est calceamēta eius portare, nisi prædictum incarnationis eius my-
sterium palam mundo annuntiare? Fecerunt hoc apostoli, quos propheticus beatificans spi-
ritus: Cœli, inquit, enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.
Non sunt loquela: neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et quis sonus? quæ uerba eorum? In
sole, inquit, posuit tabernaculū suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo,
& cætera. ¶ Hoc etenim facientes apostoli, calceamenta eius in Idumæam, & in omnes alieni-
genas extensa portauerunt, pro quibus & cōtumeliam pati & mori digni sunt habiti. Iohan-
nes autem in spiritu præuidet enarrada: illius gloriæ temporis, se nō esse seruandum, magnus
quidem, & nullo minor apostolorum, sed de seipso humiliter sentiens, & gratiam, quæ in se est,
comparatione illorum, qui illam dei gloriam enarraturi sunt, paruam ducens. Scit namq; quia
priusquam Christus illa per passionem calceamēta deponat, suisq; electis per totum mundū
portanda imponat, ipse in angustijs Iudææ consummandus, & ad inferos descendurus sit: ut
illuc quoq; officium suæ peragat præcursoris. Gemit ergo profitens, quod calceamēta eius
portare uel corrigiā eius soluere indignus sit, id est, mysterij incarnationis Christi gloriamq;
resurrectionis non mereatur cum beatis annuntiare apostolis. ¶ Veruntamen nō Macheron-
ta Galilææ oppidulum, non carcer Herodis adulteri tantum caput continere potuit, quin per
omnem mundum quadrigis emicans euangelicis, cum firmamento cœli enarraret gloriā dei:
id est, cum beatis apostolis altisonum ferret testimonium uerbo dei, sicut usq; hodie persona-
re non definit in euangelio eiusdem filij dei, notus & inclytus, maxime ex illo famulo testimo-
nio, quod ei Christus ipse perhibuit, quia nemo inter natos mulierū maior eo surrexit. L. Hæc
in Bethania facta sunt, trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans. ¶ Quia locus quoq; quæ-
ri solet in causis, scilicet celebris an desertus sit is, in quo actum quid uel dictum afferitur: be-
ne locum quoque euangelista, in quo tanta uox clamantis insonuit, subiicit dicens: Hæc in Be-
thania facta sunt, trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans. Ac si dicat: O uos scribæ & pha-
risæi, testimonium hoc, quod de cœlo esse, non potestis diffiteri, latere quenquam uestrum
non potuit. Nam & propinquus erat locus, ut pote tantum quindecim stadij distans ab Hie-
rosolymis, & tunc nimium celebris, quia uidelicet ibi erat Iohannes baptizans, & egrediebatur ad

tur ad illum (ut alijs quoque euangelistæ referunt, & uestri non tacent historiographi) omnis
regio Iudææ & Hierosolymitæ uniuersæ & baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua.
¶ Excusabiles igitur uos esse non finit uerbum domini, quod trans Iordanem tam prope ad
uos accessit, & tali in loco talem per hominem, eo tempore quo missis ad illum, testimoni-
um perhibuit ueritati. Sed uos quidem non credidistis ei, at ille in Bethania, id est, domo obe-
dientia, scilicet in ecclesia quæ est domus Christi, obediens fidei eius, itidem clamare non de-
sinit, uos impietatis accusans, nos in fide Christi suo testimonio corroborans. Interea nemo
qui ambigat, Iohannis animam desiderio suspensam, cœlo inhærere, & eum, quem intus ar-
gouerat, foris quærere oculis intendens & animo iugiter orante. Nam spiritu sancto edoctus,
iccirco à deserto uenerat, & confluentes ad se turbas excipiens baptizabatur eum, qui pec-
cata mundi tolleret, uenientem inter peccatores, (quod proculdubio futurum erat) & ipse
agnosceret, & cæteris palam ostenderet. Sic enim & ipse paulo post dicturus est: Et ego ne-
sciebam eum esse, ut manifestaretur in Israël, propterea ueni ego in aqua baptizans. Cum er-
go staret in excelso speculator, omni mundo sublimior, desiderio uulneratus, & cœlum pul-
sans gemitibus, salutem suam uidere sitiens, ut eam & uiuis ostenderet, & mortuis nuntiaret.
L. Altera die uidit eum uenientem ad se. ¶ Altera, inquit, die, postquam tanto clamore præ-
co ueritati obsecutus est, præmium recipit fides, deuotio remunerata est. Magnum utique
recipit præmium, illud scilicet, quod ipse, qui sanctorum omnium corona est & præmiū, pro
magno re promittit dicens: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ma-
nifestabo ei meipsum. Quomodo enim Iohannes uidens agnouisset eum, nisi aliqua ex parte
Iesus manifestaret ei seipsum? Nunquid agnouisset eum, si ueniens solam manifestasset ei ser-
ui formam, quam omnes uidebant? Non utiq; quia, sicut iam dictum est, secundum hominis
formam, ut Iohannes ipse testatur, nesciebat eum. Vidit igitur in forma hominis illam, qua spe-
ciosus erat præ filijs hominum, speciem & pulchritudinem, uidit mundo corde illam, quam
protestatus fuerat per eum factam esse, gratiam, & ueritatem. L. Vidit illum & ait: Ecce agnus
dei, qui tollit peccata mundi. ¶ Hoc plane, quod dilatata mente uidit, hac breui enuntiatione
mirabiliter expressit. Suauitatem dei, quam ex corporali pariter & spiritali eius aspectu du-
pliciter delectatus degustauit, nobis protinus degustandam, gratulationis uoce refudit. Qui
enim exultauit infans in gaudio, cum adhuc esset paruus in utero, quod in aulam uirginem
rex seculorū descendisset: quanto exultauit tripudio iuuenis prædicans, cum idem rex Chri-
stus coram alloquendus adesset? Et qui tam digna, quæ supra elocutus est, de illo sentire me-
ruit, dum sola mente uidens exterioribus illum quæreret oculis: quanto magis ubi illum in-
uenit, dignum aliquid exclamando effari debuit aut potuit? ¶ Exclamauit igitur, magno cō-
cussus impetu sancti spiritus, & prioribus uerbis quasi auro mundo gemmam pretiosam su-
per addidit, dum gaudio mētis in uocem erumpente, dixit: Ecce agnus dei, qui tollit peccata
mundi. Cuius nancq; superior sermo eius, quasi aureū subsellium rutilat in euangelica Chri-
sti quadriga, hoc uero dictum tanquam pretiosissimus lapis ad augmentum decoris acce-
dit, quod sancta ecclesia certatim rapiens in fronte & in pectore suo præfixum, frequentius
concelebrat in laudibus Christi. ¶ Ecce, inquit, agnus dei: Vbi agnum audis, euidentem ma-
gnisacramēti aditum inuenis. Notum quippe est, quia per immolationem agni liberatus est
ab Aegyptiaca seruitute populus dei, & Pharaonem cum omnibus Aegyptijs, quorum duri-
tiam decem plagæ nō uicerant per manum Moysi, solus agni cruor, & uespertini mystica uir-
tus sacrificij contriuit, cæcis omnibus primogenitis, filios quoque Israël per mare Rubri tran-
sire fecit, submerso Pharaone cum curribus & equitibus suis. Hæc umbram futurorum, in ue-
ritate Christi mox adimplendam, Iohannes propheta & plus quam propheta, digito demon-
strat: Ecce, inquit, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, ac si dicat: Non plagæ decem
præceptorum, quæ per Moysen data sunt uerberauerunt sufficienter usq; ad plenam uictori-
am spiritualem Pharaonem, libertatis & uitæ nostræ exterminatorem usq; ad plenam uictori-
am, id est, hominis innocentis, qui nullum omnino peccatum fecit, agni ueri absque macula,
quem nec originale nec aliquid ad actuale peccatum offuscat, liberos nos ab illo mortis præpo-
sito & principe tenebrarum, transire faciet in illam, quam in primo parente perdidimus, pa-
triam lucis & ueram terram re promissionis. Non enim in decem præceptis tanq; in decem pla-
gis resistit deo spiritali Pharaoni, neq; in carnalibus sacrificijs, potuimus ad perfectum in cruce, ri-
tuo sanguinis & aquæ, de latere suo profluentis, uniuersam ecclesiam suam emundabit, quan-
tum est uel erit ab initio usq; ad finem seculi. ¶ Hoc intendens hic ipse Iohannes Baptistæ,
secundum alios euangelistas dicebat: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Debebat e-
nim tam ipse quos electi baptizari in sanguine Christi: quia uidelicet hæcenus excubabat fo-
ris uniuersa ab origine mundi ecclesia, nō admittēte summæ iustitiæ celsura, ut cœlestis sanctua-
riū ingrederet antiquæ præuaricationis delicto mēstruata. Vnde dicit unus ex sanctis illis, scilicet

Marcus
Inexcusabi-
les Iudæi.

Quo Iohā-
nes agnouit
Iesum
ad se uenit-
tem.

Iohan. 14

Lucā 1

Exclama-
tio Iohānis
Baptistæ.

Ecce agnus
dei.

Exodi 12

Exodi 14

Mysticæ sei-
sus de liber-
tatione à
Pharaone
spiritali.

Ego à te de-
beo bapti-
zari.
Marchus
Lucā 3

Esaie 64 magnus Esaia propheta: Facti sumus ut immundi omnes nos, omnes iustitiae nostrae sicut
Vita aeter- **pannus menstruatae.** Ergo quod ait Iohannes, ego a te debeo baptizari, hoc tam de se quam de
na ex gra- **omnibus, quod quot praeordinati sunt ad vitam, ueraciter sensit.** Per solam quippe gratiam ad
tia est dei **regnum caelorum reducimur, quod nullis operum nostrorum meritis comparare possumus.** Nam
no ex meri- **& Abraham potuit quidem per fidem suam uel iustitiam, paterni reatus euadere poenam: sed**
to nostro: **nullis meritis illam, qua in primo parente iuste exheredatus est, potuit redimere gloriam.** Res
Nam & id **est non meriti, sed gratiae, magnitudo uel aeternitas caelestis gloriae.** Gratis data est beatis an-
ex gratia e **gelis, gratis nihilominus data fuit primis parentibus humani generis, gratis omnino, id est,**
Roma 7. 11 **per solam Christi gratiam redditur nobis, quicunq; per ipsum suum reconciliationem accepimus.**
Qui tollit **Igitur solus & uerus hic est agnus dei qui tollit peccata mundi. Quo dicto mirabilis**
peccata **pro eo ueritatis breuiter utranque in una persona Christi substantiam, scilicet dei & hominis,**
mundi. **ostendit: utranq; id est, passibilem humanitatis, impassibilem uero diuinitatis, naturam confi-**
Esaie 53 **tendam exprimit. Nam ex eo quod homo est, potuit quasi agnus manus reus portari ad uicti-**
Exodi 12 **mur, & lanis eius operiremur, & confixus atq; lanceatus est, ut sanguine eius postes nostrarum**
Gene. 49 **frontium signarentur. Ex eo autem, quod deus est, potuit tollere peccata mundi, ascendens ad**
praedam, & rugiens apud inferos ut catulus leonis, non ualente resistere antiquo praedone,
tyranno mortis, & nunc morte superata sedens ad dexteram patris, credentium in se potenter pec-
cata dimittit. Bene ergo hic euangelista, cui propositum est, testimonia congerere diuinitatis
Christi, dictum hoc non omittendum putauit, praesertim cum tanti sit splendoris, ut ab hoc esse
qui, id est, ab eo qui tollit peccata mundi, maxime comprobetur id quod superius dictum est, ple-
nam gratiae & ueritatis. Sequitur: Hic est de quo dixi, qui post me uenturus est, ante me fa-
ctus est, quia prior me erat. Ac si dicat: Ne alium suscipiatis in nomine Christi, tanquam ipse sit
Christus, neq; seducamini, quando dicent uobis, ecce hic Christus, aut ecce illic: quia hic &
non alius, hic, inquam, est Christus, de quo dicebam uobis: hic est qui uenit benedictus in no-
mine domini: alius cum uenerit in nomine suo, uidete ne illum suscipiatis. Hic Iesus (ut puta-
tur filius Ioseph) Christus est, tempore certo & praefinitis diebus natus in Bethleem, ex semine
Dauid: scilicet, quando ablato sceptro de Iuda, & duce de femore eius, alienigena Hero-
des in regno Dauid principabatur. L. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur in Israel, pro-
pterea ueni ego in aqua baptizans. Neque uero fatis ammirari rerum omnium artificem, omnem
habentem uirtutem, omnia prospicientem dei sapientiam: quomodo summus in negotiis non
dedignatur comitem habere secularem eloquentiam, sic utatur illa ueluti ancilla, sic se cum il-
lam abducatur ut magnitudine sua totam operiat: adeo ut non nisi ad diligentissimos internosci
queat garrulae huius pedissequae praesentia. Ecce enim dum sapientes in astutia ipsorum compreh-
enderet & gefit, euidentissime syllogismum fecit. Supra namq; per hunc Iohannem Baptistam, si
delemus uoluntatis interpretem proposuerat prouide, de absente Christo dicens, quia prior
me erat, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, & caetera. Quia Con-
cessit auditor omnis populus, imo & libenter accepit, Christum magni fore regem, magnum
& in clypeum ducem, habiturum coronam regni in capite suo, & dominaturum a mari usq; ad ma-
re, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Haec enim una erat omnium sententia de Chri-
sto, & sic prophetae indicauerant de illo. Tanto ergo attentius audierant, & tanto procliuus
testificanti Iohanni concesserant, quanto carnalibus subditi affectibus, uoluptates corporis &
omnium rerum affluentiam, & per omnia carnale seculum, Christo regnante, sibi non defuturum
esperabant. Igitur constante apud auditores tanti praeconis propositione, ueniente tan-
dem Iesu inter alios homines ad Iohannem, assumit spiritus sanctus per os eius dicens: Ecce
agnus dei qui tollit peccata mundi: hic est de quo dixi, & caetera. Ad haec auditor, qui supra
nullatenus coquefuit, imo quantis potest argumentis depugnando contra dicit: Iesus enim ho-
mo Galileus erat, inter eos, ut caeteri hominum, haecenus ambulauerat, tanquam in patria sua. Sed
profecto uerum est illud, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Oportet ergo ut hic,
qui assumpsit, colligat in eadem assumptione sua, quod & facit, ualidius utens testimoniis, & ad ul-
timum concludens sic: Et ego uidi & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Igitur cum di-
xisset, ecce agnus dei, & caetera: prout ad confirmationem sui sermone, & consultationem
aduersarij, sumptum de caelo testimonium infert, cum dicit: Quia uidi spiritum dei descendere
tem sicut columbam, & manentem in eo. Et ut purum esse ostendat testimonium suum, ab omni
humano favore uel gratia, & ego, inquit, nesciebam eum. Ac si aperte dicat: Cur me aeternae
gratia uel fauore humano conductum, hoc illi perhibere testimonium? Ego nesciebam eum,
quippe qui cum in deserto anachoreta essem, nullam ante hac habueram cum illo conuersa-
tionem, nullumq; colloquium. L. Sed ut manifestaretur in Israel propterea ueni ego in aqua
baptizans. Id est, non ueni a deserto, eo quod scirem eum, sed ueni ego iccirco, ut scirem eum. Sed
dicis mihi: Unde uel hoc nosse poteras, quod in aqua baptizans inuenires eum, nisi quia sciebas
eum?

Hic est de quo dixi, scilicet uerum Christum. Matth. 24. Lucae 17. Matth. 21. Lucae 3. Gene. 49. Bloquentia etiam in diuini eloquijs. Iob. Carnalis opinio Iudeorum de regno Christi. Psal. 76. Matth. 13. Lucae 4. Validum est monium Iohannis Baptistae de Christo.

eum: Ad haec inquam, L. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me in aqua baptizare, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Itaque non uoluntate humana, sed autoritate diuina ueni in aqua baptizans. Et quomodo mittebatur Samuel in Bethleem, sciens esse in filijs Isai, quem ueneret in regem, sed quis filiorum eius esset nesciens, sic & ego ueni ad Iordanem, Christum iam uenisse sciens, sed in persona quis Christus esset nesciens. Et sicut idem Samuel ex occursum faciei Dauid agnouit, erat enim rufus & pulcher aspectu, decoraq; facie, certior autem factus est, dicente domino: Surge & unge eum, ipse est enim, sic & uenirem hunc ad me, & reuelante spiritu agnouit & dixi: Ecce agnus dei, & ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Certior autem factus sum ueniente super eum spiritu in specie columbae. L. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei.

Similitudo inter Iohannem Baptistam & Samuelem. 1. Reg. 16.

FINIS LIBRI PRIMI.

RVPERTI ABBA TIS TVITIENSIS, IN IOHANNEM COMMENTARIORVM LIBER II.



TRIA SVNT QVAE HOC LOCO DISTINCTA diligenter consideranda sunt, scilicet, baptismum Iohannis, de quo ipse ait, sed ut manifestaretur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Baptismus quoq; Christi, de quo ad ipsum Iohannem dictum est: Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & columbae species, in qua spiritus sanctus supra dominum descendens, eidem Iohanni ostensus est. Haec, ut iam dixi, diligenti consideratione digna sunt, quia uidelicet magna sunt & alta: quorum intellectum fides pascitur, spes enutritur, charitas accenditur, totusq; homo interior, uel ut matutinae lucis infusione serenatur. Illud igitur diuinae gratiae praeuio lumine, primum quaerimus quae causa uel intentio fuerit ut Iohannes Christi gratiam, nomine signans, officio praedicans ueniret, ut ipse ait, in aqua baptizans. Et quidem causa illa protinus occurrit, quod iccirco uenerit baptizans in poenitentiam, ut hoc modo illi uiam pararet, qui ueniens post ipsum baptizaret in remissionem peccatorum. Sed nunquid adeo necessarium erat baptizare in poenitentiam, quia si glorificato deo Iesu nemo posset nisi sic praeparatus baptismi eius percipere gratiam: Hoc certe omnino alienum est a fide. Nam contra pauci admodum de gente illa cui baptismum poenitentiae praedicatum est, baptismum Christi consecuti sunt, ad nos autem absq; baptismum poenitentiae transmigravit gratia baptismi in remissionem peccatorum. Quid ergo interdit spiritus sanctus, qui prophetas oes misit, suo quocunq; tempore, dum Iohannes a deserto expulsi, ut iret ad praedicandum baptismum poenitentiae: Non enim sterili Iudaea ualde dignos attulit poenitentiae fructus, Nec uero frustrari potuit in hoc facto quocunq; fuit intentio eius, quem proculdubio misit spiritus sanctus, cuius in situ quaecunq; coepta sunt, nullo profus impedire ualere perficiuntur. Eri-genda est igitur consideratio ab illa exili poenitentiae populi, quae profecto quantalacumq; fuerit, nihil dignum attulit tanto molimine uocis clamantis in deserto, dirigite uiam domini. In ipso namq; deo nostro causam eandem, qui quaerit, hoc modo inueniet. Nemo fidelium, qui dubitet Christum Iesum iccirco uenisse in carne, ut peccata mundi tollerent, & in se transferret, iuxta prophetam dicentem: & dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum, & pro nobis dolet, & disciplina pacis nostrae super eum. Hanc autem ueram & summam esse poenitentiam pro omni mundo celebratam, res ipsa ostendit, ratio sentit, fides sancta constat. In ipso namq; habitu poenitentis, hunc dei filium prophetae idem, qui supra in tuos, & ascendit, inquit, sicut uirgultum, & sicut radix de terra sicuti. Non est species ei, neq; decor, & uidimus eum, non erat aspectus, &c. Igitur ad agendum pro christo mundo poenitentiam, qua peccata cunctos expiaret dominum nostrum uenisse dubium non est. At ipse iuuenilem iam attigerat etatem, & cum sciret se ad hoc uenisse, ut tanto pro cunctis ut dictum est, officio fungeretur, humiliter apud se latebat, expectans in forma serui iuben-tis patris imperium, uidelicet in totum opus suum non uoluntatis propriae, sed uere atq; perfecte foret obedientia. Dandum quippe nobis in semetipso nouerat exemplum, ne quis nostrum de sanctitate uel scientia confidens, praeripere audeat munus ecclesiasticum, maximeq; sancti ac uenerabilis sacerdotum gradum, quod uidelicet eiusdem Christi domini peccata mundi tollentis, proprium est ministerium. Unde Apostolus ait: Nec quisquam sumet sibi honorem, sed qui uocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut

Altera Iohannis, alius Christi baptizans. Cui Iohannes uenit baptizare in aqua poenitentiam. Matth. 1. Responsio. Esaie 53. Ibidem. Obedientia Christi in forma serui. Hebraeo. Psal.

XXII. RVPERTI IN IOHANNEM CAP. I.

pontifex fieret, sed qui locutus est ad deum, filius meus est, ego hodie genui te. ¶ Illo ergo, sicut dictum est, legitimam atque ordinatam suimet expectante promotione, uenit Iohannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae & dicens: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Hanc autem Iohannis praedicationem huius esse uocationem testatur idem Iohannes Baptista, in hoc Iohannis euangelio dicens, quia ut manifestaretur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. ¶ Igitur causa cur Iohannes uenit in aqua baptizare, & praedicare baptismum poenitentiae, non est alia quam haec, ut ille sanctus sanctorum, qui solus erat idoneus ferre poenitentiam pro peccatis omnium electorum aduentum eius ab origine mundi expectantium, hac uoce publica uocatus accederet palam ad coeleste sanctuarium, in conspectu dei patris & sanctorum angelorum, ubi eodem spiritu in specie columbae super se descendente, designaretur pontifex, quo dudum in Mariam superueniente, idem sanctus & immaculatus homo conceptus est, non aliam habiturus quam offerret hostiam, nisi carnem propriam quam statim quadraginta dierum & quadraginta noctium ieiunio, deinde omnibus poenitentiae modis afflictam, tandem pro peccatis nostris oblaturus erat deo patri hostiam in odorem suauitatis acceptam. ¶ Hoc autem totum sic oportebat fieri, quatenus & curiosam diaboli malitiam totamque eiusdem Satanae synagogam consilium dei pro tempore lateret, & de ipso latibulo suo crebris intermicans beneficijs, eius sapientia simplicibus proficeret. Propositum namque erat utiliter, ut primo aduentu occultus ueniret filius dei. Nam secundo idem deus noster manifeste ueniret, & non silebit. Bene ergo Iohannes, ex consilio sancti spiritus ministerium suum, quo solus quarebatur Christus, mittit in turbam, palam uniueris baptismum praedicans, cum ceterosque baptizans in poenitentiam: ut dum idem pluribus cernitur, occasio disertandi de uno ad praesens subtrahatur. ¶ Sic profecto Samuel, de quo supra dictum est, missus ungeret regem, quem prouiderat sibi deus in filijs Israhel, & timens ne audiret Saul, uitulum tulit de armento ex praecipio domini, ueniensque Bethleem admirantibus senioribus & dicentibus, pacificusne est ingressus tuus? pacificus, inquit. Ad immolandum domino ueni. Sacerdotes autem & uenire mecum ut immolent. Et eduxit eos ad sacrificium. Sic nimirum & illic unctionem electi regis, & hic manifestationem saluatoris, diuina prouidentia in magna frequentia secretam esse uoluit, resque effecta est consilium magis quam occulte. ¶ Quia uidelicet incircoscisa est ut sciretur in suo tempore. De his, qui baptizabantur in Iordane ab eodem Iohanne, ut ait Lucas, peccata sua confitentes, & dignos fructus poenitentiae facientes, nulli dubium esse debet, quin peccatorum illorum hic in innocentia poenitens, & in poenitentia innocens super se tulerit cum peccatis omnium, qui illum apud inferos expectabant, ita uidelicet, ut postmodum per passionem Christi saluarentur, quod quod ex eis ab hac uita decederent ante reuelatum eius baptismum, cuius definitio uel regula est baptizari, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Nam quotquot ex eis peruenientes ad illam plenitudinem temporis, in qua dictum est, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non receperunt hoc lauacrum gratiae & ueritatis, nihil profuit illis baptizatos fuisse baptismum Iohannis, nec omnino saluare potuit illos poenitentia fidei Christi non admixta. Iohannes enim baptizauit in aqua solum poenitentiam indicens, ea causa uel intentione missus, quae iam pro posse dicta est, non etiam peccatorum remissionem tribuens. ¶ Christus autem baptizauit semel quidem in aqua simul & sanguine de latere suo profluente, baptizauit nihilominus, imo & nunc baptizauit in spiritu sancto, cum aqua & eiusdem sanguinis sui sacramento, perfectam tribuens peccatorum remissionem, quae extra baptismum eius, postquam regulam eius deprompsit, nulli deinceps tribuitur. De quo eius baptismum iam nunc dicendum est, sicut supra propositum est. Super quem uideris, inquit, spiritum descendente sicut columbam & manentem in eo, hic est qui baptizatur in spiritu sancto. ¶ Notandum diligenter, quod cum propria posterum appellacione designare, & dicere, hic est Christus, uel quod magis est proprium, hic est unigenitus dei filius, maluit descriptione uti, dicendo, hic est qui baptizatur in spiritu sancto. Primo definiendum est, quid sit baptizari in spiritu sancto, ac deinde dicendum, cur maxime hoc loco dicere uoluit, qui baptizatur in spiritu sancto. ¶ In spiritu sancto baptizari, est gratiam accipere spiritus sancti, quae non modo quid sit peccatum ostendat, sed & auxilium aduersus peccata praebear, deleto praeterita, repellendo instantia, atque ita de seruis peccati faciat filios dei, de filijs uero filios gratiae, de ignotis & aduenis genus regale & sacerdotale. Baptismus enim Christi unctio est regalis & sacerdotalis, quae ipse unctus praecunctis participibus suis, Christus nuncupatur, & Hebraice Messias, Graece Christus, Latine dicitur unctus, quae ipse plenarie solus sic unctus est, ut particulariter ungere alios, & facere possit adoptiuos filios, & a se, qui principaliter unctus est, unctos, id est, a Christo uocari faciat Christianos, quod designatur per hoc, quod dicitur hic est qui baptizatur in spiritu sancto. ¶ Hoc ante Christi aduentum nullatenus effici poterat, quia uidelicet lex, quae data fuerat, peccatum ostendere tantum, non etiam auferre ualebat. Unde patres antiqui quamlibet iusti ad inferos descendebant, ueterem patrum praeparacionis

Solus Christus idoneus fuit ad agenda pro nobis poenitentia.
Matth. 4
Eph. 5
Occultatus erat faciem primus Christi aduentus.
Psal. 49
Sic Samuel occultabat unctioem David.
Baptismus Iohannis quod conuulit.
Luc. 7
Matth. ult.
Baptismus Christi solus abluit peccata.
Quid est baptizare in spiritu sancto.
Roma. 6
Eph. 2
1. Petri 2
Baptismus est unctio.
Psal. 44
Lex per quam ostendebat non collebat.
Roma. 7

tionis portantes ignominiam, actualium quoque peccatorum non omnino effugientes ceenum, quin aliquam contraherent sordem uel maculam, quam carnis taurorum aut sanguine hircorum emundari impossibile erat. ¶ Hoc erat opprobrium Israel, quod exprobrabat iugiter hostis incircuncisus, scilicet diabolus, insultans patribus antiquis quamlibet iustis & quodammodo dicens: Quare uenistis parati ad bellum? eo quod legis mandato uelut arma tenentes, nihil fortiter agerent, nec de se uirum dare possent, qui pro cunctis iniret singulare certamen. Frustra namque uarijs baptismibus & iustitijs carnis, opprobrium suum delere conabantur, eo quod non habent sacerdotem, qui spiritum sanctum dare possent, cuius gratia uera & sola peccatorum remissio est. Cum ergo Iohanni signum datur, quo Christum agnoscat, dicitur illi: Hic est qui baptizatur in spiritu sancto. Quod idem est, ac si diceretur, hic est, qui auferit opprobrium ab Israel, uidelicet peccatorum remissionem tribuendo, quae non datur omni nisi in spiritu sancto. ¶ Et hic baptismus non unius tantum potentiae, sed duplicis operationis est. Baptizatur enim Christus in spiritu sancto, primum, ut dictum est, peccatorum remissionem tribuendo. Baptizatur nihilominus & secundo, diuersarum ornamenta gratiarum conferendo. De gratia namque remissionis peccatorum ipsa die qua resurrexit, dicit ipse insusflans discipulis suis, quos utique iam lauerat a peccatis eorum in sanguine suo: Accipite spiritum sanctum, quem se illis dare in remissionem peccatorum testatur ipse, protinus adiungens: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Et quorum retinueritis, retenta sunt. De illa uero donorum largitate, qua diuersarum, ut praedictum est, confert ornamenta gratiarum, dicit ipse, Luca referente in Actibus Apostolorum, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. ¶ Vtrumque datum huius baptismi hic idem Iohannes Baptista apud euangelistas Matthaeum & Lucam exprimit cum dicit: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Baptizatur enim nos spiritu sancto, cum in fontem baptismi descendente inuisibili gratia eiusdem spiritus sancti, omnia peccata eorum qui baptizantur, dimittit. Baptizatur & igni, cum eiusdem sancti spiritus feruore accensos, fortes in amore, & in fide constantes, uel scientia lucentes, & zelo bono calentes efficit. ¶ Et in remissione quidem peccatorum nulla diuisio est, sed aequaliter atque uniformiter una eademque omnibus gratia remissionis adest, deponens omnes iniquitates nostras, & proiciens in profundum maris omnia peccata nostra, in donis autem gratiarum non eadem omnibus quantitas impenditur, sed quodammodo diuiditur mare rubrum in diuisiones, dum alii datur fides, alii sermo scientiae uel sapientiae, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum, & cetera: quae omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. Et in sanctis quidem noui testamenti haec baptizantis dona, haec baptismi gloriosi praecleara uidemus insignia, quae nemo illorum antequam in remissionem peccatorum baptizaretur perceperit legitur, praeter Cornelium, & eos qui cum ipso erant, super quos adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus, & erant loquentes lingua, & magnificantes deum. ¶ Patres autem ueteris testamenti nonnulli operationes uirtutum & plurimi prophetiam perceperunt, & baptizati non erant in remissionem peccatorum. Certum est enim, quia tunc omnes baptizati sunt, quando mortuus in cruce Christus fluuuium sanguinis & aquae de suo profudit lanceato latere, in emundationem uniuersae ecclesiae, quantumque fuerit ab origine mundi usque in ipsam horam mortis suae, a primo iustorum scilicet Abel usque ad latronem, qui in cruce nondum effuso de latere Christi tantae tamque salutiferae inundationis fluuio, dominum confessus est, regnumque eius futurum credens, eadem celeri confessione mercatus est. Positum est autem extunc eiusdem baptismi sacramentum, ad primas eiusdem sanctae ecclesiae fores, ut quisquis ecclesiam ingredi cupit, quomodo illam baptizata est, & ipse baptizetur siue genilis, siue Iudaeus. ¶ Cum ergo ueteris testamenti patres eadem gratiarum dona consecuti sunt, antequam Christus baptizaret, quae idem Christus ascendens in altum dedit hominibus noui testamenti, certa discretionem opus est, ut non ignoret Christiana fides, quid nouis amplius quam ueteribus, imo quid nouis pariter ac ueteribus in Christi baptismum collatum sit. Nam ubi causa postulat, ut de gratia Christi uel sancti spiritus sermo habeatur, fidelem atque catholicum in dictis suis aduersarius, haere facit obiectionibus suis, qui & si non sensu, inter dum sermone deficit. Tanta enim per patres antiquos idem deus operatus est, tanta idem spiritus per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius locutus est, ut obloquente aduersario, nouos ueteribus conferre, contentiosum, praeter uero difficultillimum sit, si non animaduerso prius rei puncto, uerborum agere circuium coeperit. ¶ Primum ergo dicendum, illam baptismi CHRISTI gloriam, quo sancti apostoli post ascensionem eiusdem domini glorificati sunt, accipiendi diuersarum dona gratiarum, maximeque genera linguarum, quae in signum sunt non fidelibus sed infidelibus uel prophetiam, qua maxime ueteres sancti claruerunt non eius esse uirtutis, ut in eis salus perfecta sit, praerertim cum illa & boni, & mali habere possint. Multi enim (inquit dominus) dicent mihi in illa die: Domine nonne in nomine tuo prophetaui-

Roma 7
Hebraeo. 9
Vetus opprobrium Israel.
1. Reg. 17
Marci 7
Duplicis uirtutis & operationis baptisimi.
Iohan. 10
Acto. 1
Baptizati spiritu sancto & igni.
Matth. 3
Luc. 3
Differetia inter remissionem peccatorum & dona gratiarum.
Psal. 135
1. Cor. 12
Acto. 19
Patres antiqui qui in cruce Christi prius non baptizati sunt.
Luc. 23
Quid amplius habet Christiani quam antiqui patres habuerunt.
Eph. 4
Acto. 2
Luc. 1
Gratia linguarum & prophetiae tam bonis quam malis data est.
1. Cor. 14
Matth. 7
mus.

mus, & in nomine tuo multas uirtutes fecimus, & tunc respondebo eis, non noui uos, recedite a me operari iniquitatis. Etenim Saul quoque prophetae & malus esse potuit. ¶ Nonne filij Israel omnes in Moysae baptizati in nube & in mari, panem quoque de caelo & aquam de petra consecuti & alijs mirabilibus glorificati, postmodum quam plures reprobati sunt, alij uiuentes absorpti, alij a serpentibus consumpti, & alijs multis modis, praeter paucissimos omnes in deserto prostrati? ¶ Imò ut ad nouos ueniam, quando conuocatis dominus Iesus duodecim apostolis, de dit illis uirtutem & potestatem super omnia daemonia, & ut languores curarent, misitque eos ad predicandum regnum caelorum, nonne Iudas erat unus ex illis, quem ipse qui mittebat eum, diabolus ante traditionem suam nominauit, quia nec dominicus oculis fidem exhibere potuit? ¶ Cum ergo non soli boni, sed etiam & mali, huiusmodi charismatum dona potuerint consequi, non nos dubios reddat claritas mirabilium, quae in antiquis facta sunt, non caecos uel caecutientes nos faciat ad considerandam maiestatem nouae gratiae. Christus quia uidelicet & horum potentiam, & illud sine quo nihil haec profunt, scilicet remissionem peccatorum, hic qui baptizati in spiritu sancto, nobis & illis dedit. Et huius quidem muneris, id est, operationis uirtutum uel caeterorum huiusmodi, de quibus iam supradictum est, huius secundum muneris non inchoatio fuit, sed adiectio largitatis, cum in die pentecostes discipulos dominus spiritus sanctus impleuit, sed eius quod maximum opus maximae uirtus est, baptismi Christi, scilicet remissionis peccatorum, inchoatio simul & perfectio est mors Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit in odorem suauitatis, in qua morte baptizamur, sicut Apostolus dicit, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus, consequi cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. ¶ Nam in morte sua sanguinem & aquam, ut iam dictum est, de latere suo fundens, lauit uniuersam ecclesiam a peccatis suis, dans uiuis & defunctis spiritum remissionis, sicut mox, ut apparuit illis uiuis ostendit, dicens: Pax uobis! Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Hoc solum munere baptizati paruuli, morientes transmigrant in regnum dei. ¶ Illo autem cuius in die pentecostes adiectio fuit, sic potuerunt antiqui patres clarificari, & apud inferos propter originale peccatum detineri, quomodo potuit & Iudas, cum eodem munere fungeretur diabolus uocari, & esse fur oculorum domini, & habere locum in profundissimis inferni, in quem abiret, praeparatione peccata, filius perditionis. ¶ Ipsum dominum in forma serui dona haec recepisse, propheta testat, qui haec in persona eius loquitur: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me. Nam haec de praesenti unctione sua dicta esse, qua spiritus sanctus uiuus est super eum in specie columbae, testatur et ipse qui, ut Lucas narrat, plenus spiritu sancto regressus à Jordane, & actus in deserto, consummata omni tentatione regressus in uirtute spiritus in Galilaeam, introiit in synagogam, & traditus est ei Iesai prophetae. Quem cum reuoluisset inuenit locum praedictum, & cepit dicere ad eos: Quia hoc die impleta est scriptura haec in auribus uestris. ¶ Non ergo ea tantum causa, ut signum parentur Iohanni, spiritus sanctus in dominum Iesum descendit, sed ut euangelizandi officio & summi sacerdotij ordine fungeretur unita deo natura hominis. Nam sicut non à seipso uenit filius dei, sed pater illum misit, ut omnium dominus, formam serui assumere dignaretur, sic in eadem serui forma non à seipso filius hominis euangelizandi officium preteripuit, sed à spiritu sancto impositum sibi onus humiliter suscepit. Sic enim decebat eum implere omnem iustitiam, ut qui obediens fuerat homo factus, obediens nihilominus ad predicandum mitteretur per eundem spiritum, qui caeteros mittit, quicumque salutis ministerij digne sortiuntur, ut quidam apostoli, alij prophetae uel euangelistae in ecclesia ponantur. ¶ Tunc ille magnus atque conspicuus magni consilij angelus, stetit iuxta aram templi, scilicet uocatus ad sacrum ordinem summi sacerdotij, apparente super caput eius in specie columbae spiritus pietatis, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad dominum, & repropitiaret delicta populi. Accedit igitur dona in hominibus creator omnium deus, ad ministrandum missus, quae, postmodum ascendens in altum & captiuam duceus captiuitatem, mittendis ad idem ministerium daret hominibus, & sic plenus spiritu sancto (ut praedictum est) à Jordane regressus est. ¶ Plenus sane, non quod tunc primum spiritum sanctum acceperit, quippe qui ab ipso humanitatis suae initio eiusdem spiritus operati one conceptus est. Quid ergo nunc actum est, unde diceretur spiritus sancto plenus à Jordane regressus? Nimirum plenitudo, quae in illo iam erat superficiei, id est, usque ad ipsos exteriores actus, sese diffudit, ut in deo acciperemus, quomodo si plenitudo uisus & in deficientis aquae, & in altissimo puteo sursum ad superficiem oris ascendat, ut paruus quoque infantibus haurienti uel bibendi detur facultas. Ita nimirum usque ad exteriora se diffudit plenitudo, quam habebat intrinsecus, & diffusa est gratia in labijs eius ut audiretur in uerbis, & uideretur in miraculis abundantia eius, qua plenus erat gratiae & ueritatis. Peccatores autem remissionem non accipit, quam (ut supra dictum est) baptizatio in spiritu sancto hominibus dedit, quia quod maius est

1. Reg. 19
1. Cor. 10
Exodi 16
Exodi 32
Num. 16. 21
Matth. 10
Lucae 9. 10
Iohan. 6
Iohan. 12
Remissio
peccatorum
res longe
maior q̄ a-
lia chari-
smata.
Actoꝝ 2
Ephē. 5
Roma. 6
Iohan. 19
Remissio
peccatorum
ex baptis-
mo.
Iohan. 20
Donū pro-
phetiae mi-
nus ē q̄ gra-
tia baptis-
mi.
Ynctio
Christi.
Esaia 61
Lucae 4
Lucae 3
Lucae 4
Christus ut
homo ac-
cepit offici-
um euāge-
lizandi & sa-
cerdotij spi-
ritus sancti.
Phillip. 2
Matth. 3
1. Cor. 12
Apocal. 6
Hebraeo. 2
Psal. 67
Ephē. 4
Quo à ba-
ptismo re-
gressus di-
cit plenus
spiritu.
Matth. 11
Psal. 44

est, de spiritu sancto conceptus est, ut peccatum nec originale haberet, nec actuale admitteret. ¶ Sed dicit aliquis: Baptizari quoque debuit in remissionem peccatorum, non suorum sed no-
strorum, ut illo baptizato fieret peccatorum nostrorum remissio. Hoc plane oportet conce-
di, sed de illo duntaxat baptismum suo, de quo ipse iam baptizatus à Iohanne, dicit: Baptismo
habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur? Quod uidelicet de passione sua
dixit, in qua tota ecclesia, quae est corpus eius, baptizari habebat. Alioquin si in Jordane, ba-
ptizato illo, facta est peccatorum nostrorum remissio, quid nobis necessaria fuisset eius passio.
A' nullo ergo homine baptismum accepit remissionis peccatorum, sed ipse nobis per passio-
nem suam fons remissionis factus est. ¶ Unde recte sancta Romana ecclesia, non in die Epiphania-
norum, sed in sacrosancta solennitate Paschali communiter atque uniuersaliter baptismi sa-
cramentum celebrare consuevit. Quia uidelicet, sicut supra dictum est, quicumque baptizati
sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Igitur hic est qui baptizat, hic est qui
solus peccatorum remissionem dat, hic est qui probrosam atque ignobilem, ex peccato acci-
dentem, naturae nostrae inopiam, copiosius per spiritum sanctum donis diuinitatis suae solatur
& munerat. Cur autem hoc loco uel tempore tam certum tamque euidentis de autoritate bap-
tismi datum sit iudicium, iam dudum catholicae ecclesiae bene cognitum est. ¶ Primo sciendum est,
quia magnus hic homo qui missus est à deo, magnus meritis, & secundum suam magnitudinem
magnam habens intrinsecus in corde uocem sancti desiderij, leuabat oculos mentis ad deum
& clamabat fortiter in caelum, orans iugiter, ut uideri sibi daretur citius illam quam prope esse
sciebat, quamque in utero matris saluauerat, consolationem Israel. Non enim minus erat desi-
derium huius desiderij beatissimi senis Simeonis cuius internum clamor & uociferatio gran-
dis, tetigit aures altissimi, ut non contineret se miseratio dei, responsum dante illi spiritu san-
cto quod non esset uisurus mortem, nisi prius uideret Christum domini. Ergo hic & claman-
do magnis desiderij uocibus & orando iugiter, hoc à spiritu sancto obtinuerat, ut responsum
dans illi diceret, super quem uideris hoc signum, hic est qui baptizat. ¶ Et huius signi ratio-
nem catholica, ut praedictum est, iam dudum bene nouit ecclesia. Futuros namque sciebat col-
lumba illa quae Iohannem mittebat, & omnes prophetas miserat, futuros illa sciebat coruos
atque miluos, qui inuicem se rostris laniantes & unitatem scindentes, dicerent, contra alteru-
trum erecti & spiritu proteruo tumentes. A' nobis quod datur sanctum est. Hic ab illo ebri-
so, ille autem ab illo fornicario baptizatus in dignus est. Tu ab illis uel illis baptizatus, inquit
Donatus, à nobis, si sapias rebaptizandus es. ¶ Clamat contra hos collumba illa, rannum uirentis
olivae semper in ore suo portans, id est, ueram pacem & unitatem semper amans & praedi-
cans, clamat ecce de summo uertice illius altissimi capitis nostri & dicit: Hic est qui baptizat,
ac si dicat: Quid uos d' milui rapaces & corui litigiosi baptismi gratiam tam pertinacibus ro-
stris in tot auctores distrahitis? Vnus est qui baptizat, unus & solus, hic est qui sanctificat. Vnus
est fons, unus est riuus baptismi salutaris, qui per qualecunque canales influat, hic est qui ba-
ptizat, de cuius ore profluit ipsa uis sacramenti purificans, emundans, uiuificans totum fide-
lem hominem & sanctificant. Tu forte fontem uiuum nesciebas à mortua palude, uel cenosa
discernere cisterna. Ecce sicut dixi tibi, super quem uideris spiritum descendentem sicut colum-
bam, hic est qui baptizat, sic & nunc dico tibi, ubi uicunque audieris uerbum hoc integre pro-
latum: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti, ibi est absque dubio hic ipse,
& hic ibidem baptizat. Quid enim Paulus? Quid autem Apollo? Quid uero Cephas? Mini-
stri sunt in hoc sacramento Christi, ministri isti sunt, non auctores serui, non domini: canales,
non fontes. Vnus enim hic est fons, ut praedictum est, unus dominus, unus auctor, qui bap-
tizat quidem in aqua per ministros, baptizat autem tantum per semetipsum in spiritu sancto.
¶ Quod si sub sacramento praedicti nominis morticinum foetet alicuius haereticae putredinis,
nec sic tamen irrita iudicabitur inuocatio diuini nominis, sed baptismus talis est duntaxat, qua-
lis qui mortuos fieri potuit, de quibus Apostolus dicit: Habentes quidem speciem pietatis, uir-
tutem autem eius abnegantes. Nam palmites quidem sunt, sed à uite praecisi. Membra fue-
runt uiuentis corporis ecclesiae, sed uita caret, quia praecisa sunt à corpore. Speciem ergo so-
lam pietatis, quam habent, baptizando contulerunt, sed quam non habent uirtutem eiusdem
pietatis, conferre non potuerunt. ¶ Quapropter hi qui à talibus baptizati sunt, quando ad ca-
tholicam ecclesiam redeunt, non eis repetitur lauacrum carnis, ut perficiatur, sed quod deest
inferuntur catholicae matri, ut per eius reconciliationem spiritus sancti gratiam percipere me-
reantur. Nam in illa sola spiritus sanctus datur, quia uidelicet in scissura mentium deus non est,
sed in unitate & pace quae perfectionis uinculum est. ¶ Et hi quidem quasi thoro minus legi-
timo procreati, tamen reputantur filij. Nam ex omni tribu filiorum Israel numerati sunt filij
deo cogniti, ubi signantur serui dei nostri in frontibus suis, scilicet tam ex tribubus Gad &
Assur, qui de ancilla nati sunt, quam ex tribubus Iuda & Ioseph, qui ex legitimis coniugibus
orti sunt. Igitur nulli hominum attribuenda, neque secundum hominem metienda est bap-
tismi gra-

Christi du-
plex bap-
tismus; unus
aqua, alter
passionis.
Lucae 12
Ephē. 1. 5
Ecclesia
Romana-
Roma. 5
Desiderij
Iohannis
sicut Sime-
onis.
Lucae 2
Contra haereticos re-
baptizates
Colluba spi-
ritus sancti
Gene. 8
Hic est qui
baptizat.
1. Cor. 3
Baptismus
haereticorum
specie pie-
tatis habet
non uirtutem.
1. Timot. 3
Reconcilia-
tione datur
gratia spiri-
tus sancti.
Coloss. 2
Apocal. 7
Gene. 28

Cur in specie colubæ uisus est spiritus sanctus. Iohan. 3. Ephe. 4. Iohan. 4.

Charitas blanditur & sequitur.

Sup. nemine sicut super Christum uisus est spiritus sanctus. 1. Reg. 16. 1. Reg. 10. 4. Reg. 2.

Actoꝝ 2. Cur super apostolos dispersa lingua, super Christum integra colubæ apparuit. Iohan. 3. Coloss. 2. Oia dona scilicet spiritus in Christo simul. Ephas. 11.

Spiritus sapientie. Lucæ 10.

Cant. 5. Matth. 4. Spiritus in intellectu. Matth. 13.

Gene. 3.

Marc. 5. Matth. 7. Spiritus cõ filij. Matth. 11.

fmi gratia, quia solus hic est qui baptizat & in nomine eius solius baptizatur, qui solus pro omnibus nobis est crucifixus, sicut columba de capite eius ostensa testatur. ¶ Quia in specie cur spiritus sanctus apparere uoluerit diligenter in quantum ipse aperire dignatur, iam nunc inuendum est. Spiritus sanctus omnium quæ circa salutem nostram acta uel agenda sunt, dominus & arbiter, imò & efficiens causa est. Cur enim nisi propter charitatem suam pater filium misit in hunc mundum, uel ipse filius patri suo nos, cum inimici essemus, reconciliavit per sanguinem suum? Quid autem spiritus sanctus nisi patris & filij charitas est? Hic igitur spiritus sanctus super autorem nostræ salutis apparet, congruum satis gratiæ suæ secundum tempus iudicium præbuit, dum assumptam columbæ speciem, corporaliter humanis ostendit oculis. Columba nanque auis simplex & mitis est. ¶ Et charitas sequitur quidem & zelatur, sed primo blanditur, ita ut in neminem sequatur, nisi in eum quem non sectantur blandimenta, nunquam in uirga uenit, nisi ad eos à quibus sua mansuetudo fuerit cõtempta. Vtrunque in CHRISTO sic eadem charitas ordinauit, ut primus aduentus eius ad nos in mansuetudine fieret. Secundus autem in fortitudine zeli futurus sit. Venientem ergo ad nos in spiritu mansuetudinis, recte idem spiritus super ipsam apparet uelut auis mansuetæ designauit. ¶ Sciendum autem quia super neminem sanctorum ante CHRISTO I aduentum spiritus sanctus apparuit, neque post eius aduentum super ullum in hac specie uisus est. Ante quidem dona dabat, ut supra dictum est, & eorundem quantitatem siue qualitatem congruentibus nonnquam signis indicabat uelut cum prophetam supra dictum misit, ut in regem ungeret electum suum Dauid, non lenticulam, sicut ad inungendum Saul, sed cornu olei tollere iussit, uidelicet significans doni sui magnitudinem simul & fortitudinem, id est, throni eius firmitatem & prophetalis gratiæ celsitudinem. Item, cum Heliam in cœlum tollere uellet, quem huius diuini amoris zelum feruentissimum habuisse notum est, ad significandam eius boni zeli dignitatem, curru igneus cum equis igneis, quibus tolleretur, missus est. Sic & in alijs plerisque sanctorum dona, quæ dabat figuris competentibus exprimebat: super ipsum autem ipse, ut dictum est, ante CHRISTO I aduentum apparere uisus est. ¶ Post ipsum uero super apostolos apparet uisus est, non quidem ipsa eius substantia, quæ inuisibilis est, sed ignis, præsentia eius index, ita tamen, ut ex ipso igne dispersa linguæ uiderentur, quia, uidelicet nulli cuncta dabantur, sed pro uoluntate eiusdem spiritus sua cuique mensura gratiæ diuidebatur. Super ipsum autem dominum & ipsa sancti spiritus substantia inuisibilis adest, & quod foris uidetur, non pars aut partis signum, sed quiddam totum est atque integrum: quia uidelicet hic & solus est, cui non ad mensuram dat deus spiritum, quia in ipso, inquit Apostolus, habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Corporaliter dixit, non quod deus corporeus sit aut localis, sed quia sicut corpus quodlibet quo uis in loco cum omnibus membris suis diuisum est, ita spiritus sancti diuinitas tota cum omnibus donis suis in CHRISTO præsentialiter adest. ¶ Quam eius plenitudinem propheta longe ante intuens, ait: Egredietur uirga de radice Jesse & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus consilij & fortitudinis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hæc enim sunt cuncta sancti spiritus dona, uelut cuncta unius corporis membra, quorum CHRISTO I nullum deesse testatur, tam prædictum præconium prophetæ, quam præsentis integra atque indiuidua species colubæ. ¶ Etenim sapientiæ spiritus in eo plenarie requieuit, quem primus homo non habens, imò per superbiam à se repellens, noluit attendere uel subesse meliori, ueram que lucem relinquens, se que sibimet lucere confidens, latrones, quasi per noctem incidit, à quibus spoliatus & plagatus semiuiuus relictus est. Hic autem homo secundus, uelut columba residens, iuxta fluentem plenissima, diuinitati sibi insitæ semper inuendit: in cuius siquida maiestate prospiciens, uenientem infidiosum accipitrem uidit & euasit, dum tentationes eius omnes in deserto sapientiæ responsione cassauit. ¶ Spiritu quoque intellectus iste repletus, sciuit, quibus aperiret mysteria regni dei, quibus uel loqueretur in parabolis. Quo primus homo fraudatus, non discreuit in statera rationis, quanto fideliores essent comminationes dei promissionibus serpentis, cum diceret, eritis sicut dii. In felle quippe amaritudinis erat, positumque sibi esse præceptum, tumens superbia spiritu, indigne ferebat. Hic autem uelut columba, omnino eiusmodi felle carēs, & sano cordis palato cuncta discernens, nec demones admittebat, cõfidentes ipsum esse filium dei, nec indignis loquebatur mysterium dei, imò prohibebat sanctum canibus dari, & margaritas ante porcos mitti. ¶ Spiritu nihilominus habens consilij, abscondebatur hæc à sapientibus & prudentibus, ut reuelaret ea paruulis. Quo penitus carens primus cõtaliter sermonem cum aduersario, nec se in humilitate abscondit ab eo. Hic autem propositum suum omnino secretum habuit à diabolo, ut licet sciret ipsum esse filium dei, nesciret tamen per crucem & passionem eius facturum esse salutem generis

generis humani. Eodem consilij spiritu euangelizans pauperibus, nec Samaritanos nec gentiles à misericordia sua repellebat, imò & infirmos eorum curabat, uelut columba, quæ interdum pullos fouet alienos, & eis ab oriente & ab occidente uenturis, sinum Abrahe ad recumbendum sese aperire promittebat. ¶ Spiritu quoque fortitudinis incescit, quo relicto primus homo uictus intemperanter gula succubuit, & seipsum uenalem fecit, imò gratis uenundatus semetipsum, omni præsidio destituit & perdidit. Hic autem uelut columba in petris nidificans, quo serpentes accedere non possit, credentes in se tuto præsidio collocauit. Verbi gratia, cum diceret, nemo potest rapere de manu patris mei. ¶ Spiritu scientiæ, similiter abundauit, quam primus homo perdidit, dum plus scire appetiuit, promittente hoste antiquo, quod transgressor præcepti factus, habiturus esset scientiam boni & mali: Hic autem acerrimum omnium scripturarum habens penes se, quomodo columba de magno tritici aceruo grana congerit candidiora, sic de omni scriptura temporali uel rei congruas proferebat sententias, ita ut mirantes dicerent eius aduersarij: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? ¶ Spiritu pietatis omnino plenus fuit, quo nihilominus primus homo nudatus erat, quando seipsum & posterum suos æternæ morti addixit, nec post culpam requisitus, animæ suæ condoluit, ut penitentiam ageret, imò in deum retorfit malum quod perpetravit, dicendo: Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi, & comedit. Hic autem non solum neminem occidit, uelut columba, quæ nihil uiuum comedit, uerum & eo semper intentus fuit, ut uitam daret mortuis. Nam filius hominis, inquit, non uenit animas perdere, sed saluare. ¶ Spiritus timoris domini super illum requieuit, quem primus homo à se repulit, à prima suggestione diaboli usque ad consummationem peccati. Hic autem, sicut columba pro cantu gemitum habet, ita pro delicijs habuit cum uoluntate patris saturari opprobrijs, dicens per omnia ab initio suæ incarnationis, dicens pro parte non solum uerbis, sed & factis: Pater, non mea, sed tua fiat uoluntas. ¶ Igitur spiritus domini, qui hæcenus in magna sylua generis humani requiem non inuenerat, tandem super hunc florem requiescit, in quo æterna statione permanens, nullam alicuius uitij repulsam aliquando pertulit. Quam eius requiem & in hoc loco diuinum oraculum non tacuit. Cum enim dixisset super quem uideris spiritum descendentem, sicut columbam: protinus adiunxit, & manentem in eo. Et apud nos quidem & in nobis est, iuxta promissum eiusdem saluatoris nostri, hic idem spiritus, sed longe præstantius, multoq; præsentius in ipso capite nostro manere dicitur. ¶ Nam apud nos ita quidem manet, & ita in nobis est, ut nunquam desint in ecclesia, qui huius gratiam spiritus habeant, uel aliquod donum eius, id est, fidem sapientiæ, uel scientiæ sermonem, interpretationem sermonum, uel discretionem spirituum, & his similia. Rarus autem quisque est, qui adeo profecerit, ut eius intrinsecus anima uel ad momentum, illum huius spiritus contactum sentiat, qui per sibilum aure tenuem significatur in Helia, dicente: Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dominus. Est enim intimus quidam circumscriptæ ueritatis sensus illa significatione expressus, quem sancta mens in contemplatione rapta, subita interdum illustratione degustare meret. At ille sic eodem spiritu plenus est, ut in ipso habitat corporaliter, ut supra dictum est, semper mansueti pectoris eius mansione contentus, nullòq; unquam carnalium affectionum strepitu inquietatus. ¶ Spirituum supra dictoꝝ plenitudinem quasi prima eruclatione nobis ipse refundit, dum primum sermonem, quem post hanc manifestacionem turbis ad se confluentibus habuit, hoc modo incepit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & cætera. ¶ Hic enim nos ad hoc inuitat & informat, ut simus ad ipsius imitationem, iuxta quendam supernæ dispensationis modum, per timorem dei humiles, per pietatis studium mites, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum prouidi, per sapientiam maturi. ¶ Sed propheta de cœlestibus loquens, gradus istos descendendo magis quam ascendendo numerauit: uidelicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Constat enim proculdubio, quia à timore ad sapientiam ascenditur, non autem à sapientia ad timorem descenditur: quia nimirum perfectam habet sapientia charitatem, initium uero sapientiæ timor domini. ¶ Dominus autem, quia nos à terrenis ad cœlestia subleuat, eisdem gradus ascendendo numerat à timore incipiens, qui per pauperatem spiritus intelligitur, dicendo: Beati pauperes spiritu. Deinde pietatem commendat, dicendo: Beati mites. Mitescere nanque opus est pietate, neque resistere diuinæ scripturæ: siue intellectæ, dum aliqua uita nostra percutitur: ne non intellectæ, quasi nos melius sapere, meliusque præcipere possimus. Deinde uenitur ad tertium scientiæ gradum, dum dicit: Beati qui lugent. Nam ille timor, quo cogitat de iudicio dei, & illa pietas, qua non potest nisi credere & cedere diuinæ scripturæ, cogit eum seipsum lugere. Vera nanque scientia bonæ spei, hominem non se iactantem, sed lamentantem facit. Tunc esse incipit in quarto gradu fortitudinis, de quo dicit: Beati qui esuriunt & sitiant iustitiam: Fortitudinis nanque est, animum adeo ab omni mortifera iucunditate rerum transseuntium extrahere, ut uacet ei iustitiam esurire ac sitire. Deinde in cõsilio misericordiæ purgant animam

Iohan. 4. Matth. 15. Matth. 8. Spiritus fortitudinis.

Iohan. 10. Spiritus scientiæ.

Iohan. 7. Spiritus pietatis. Gene. 3.

Lucæ 9. Spiritus timoris dñi.

Lucæ 22. Spiritus scilicet in Christo manens, re quiescit.

In nobis nota manet spiritus sanctus.

3. Reg. 19.

Coloss. 2.

Sermo dñi in monte.

Matth. 5. Septem dona spiritus sancti nobis.

Duplex ordo in septem donis spiritus sancti.

Psal. 110. Octo beati tudines sunt septem dona spiritus sancti, & Pietatis.

rumultuantem, & quodammodo obstreperēte sibi, de appetitu inferiorū conceptis sordibus. Vnde & sequitur: Beati misericordes. Hinc ascendit in sextū gradum intellectus, ubi iam ipsum purgat oculū, quo uideri deus potest, inquantū potest ab eis, qui huic seculo moriunt, inquantū possunt. De quibus subdit: Beati mūdo corde. In hoc gradu ita purgat oculū sicut seipsum. Vnde & subditur: Beati pacifici, quoniam filij dei uocantur. Octaua beatitudo eadem quæ prima est. ¶ Dum ergo hæc dicit, is in quo manet & requiescit uel ut columba spiritus septiformis, hoc nimirum intendit, ut eodē spiritu regenerata ecclesia, talis sit, de qua ipse merito dicit in Canticis: Vna est columba mea, formosa mea, immaculata mea: una quippe colūba est, dum ex quamlibet multis hominibus collecta, unum habēs spiritū, unanimis est ecclesia, id ipsum dicens, id ipsum sentiens, nec se per sectarū scandala diuidēs. ¶ Nam quicumq; alio spiritu aguntur, corui sunt, corui rapaces, corui litigiosi. Talis fuit Macedonius, qui in membris columbæ, id est, ecclesię cōputari indignus, dixit, quia spiritus sanctus nō est deus. Hic uere coruus, horribilifacie de aquis baptisimi, totus niger & sinister euasit nec cum columba illa, quæ super dominum apparuit, donoz suorum aliqua parte respexit, sicut scriptum est: Spiritus enim sanctus discipline effugiet sanctum, & auferet se a cogitationibus quę sunt sine intellectu. ¶ Columba uero, id est, spiritus sanctus de illa mōsione sua in qua requiescit satis firmo probat argumento, quod deus sit. Si enim deus non esset, quomodo humano uel angelico spiritui capabilis esset? Creatus nāq; spiritui alieno se infundere nullatenus potest. Valer quidem malignus spiritus occultas corporis cauernas irrepere, & hominis animam furis agere: unde & dicitur homo dæmonio plenus esse, ipsam autem substantiam suam illius substantiæ nullatenus potest infundere. Solus nāq; creator spiritus subtilitate sua capabilis est rationali spiritui, ueluti creaturæ suæ: ille autem nullus est capax, nisi diuinæ atq; creatricis substantiæ. Hic autem spiritus repleuit orbem terrarum, & ipsum quoq; repleuit, quem totus non capit orbis terrarū, sicut supra dictū est, quia Iesus plenus spiritu sancto, regressus est a Iordane. Et ne forte obijciat hæretic⁹, quia carnem eius impleuit, nō mentem, meminisse oportet, quia hic spiritus domini, spiritus est sapientiæ & intellectus, consiliū & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris domini. Vbi autē sapientiæ & intellectus, ubi cōsiliū uel fortitudo, nisi in mente inhabitat? Vbi scientia uel pietas, siue timor domini, nisi in corde regnat? Igitur hic qui rationali mente capitur, qui omnia scrutatur, spiritus deus est. ¶ Quapropter & hūc scilicet Macedoniū, & ceteros omnes, quoz quorū coruini generis, una columba, id est, sancta ecclesia, respuit, & eorum laniantia detestans oscula, cōmunionem nullam patitur habere cum illis. Pacem amat, pacem amplectitur, utpote cui columba prior sanctus spiritus ramum artuliz uirentibus folijs, faciendo pacem per Christum, per quem nos deo reconciliauit. Sed iam, tribus his quę præposita fuerāt, pro posse explicitis, audiamus quid Iohannes, testis & decertator ueritatis, euidentibus roboratus indicijs, ad summum libere proclamet, in spiritu fortitudinis. **L** E t ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. ¶ Non, inquit, solam famam ad diuī, nō ex incertis coniecturis didici: sed ego uidi columbam uenientem de caelis, ego uidi spiritum dei non sola columbæ oscula porrigentem, sed totum seipsum huic homini inferentem. ¶ Et in hoc templo suo manet, unde ultra migratus nō est, nusquam inuenitur, nisi in hoc accubitu suo quo in magna quiete mansurus receptus est. Et miro modo sic in hoc templo suo manet, ut in de semper egrediatur, uidelicet ad hoc, ut de huius plenitudine omnes accipiamus, haurientes aquam, quæ iuxta Ezechielem egreditur de hoc templo a latere dextro. Templum enim magnæ ciuitatis, quæ illi ostensa est, templum uerum sanctæ ecclesiæ, hic ipse dominus est, sicut & in Apocalypsi testatur euangelista Iohannes: Et templum nō uidi in ea, dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. Hoc ergo templum, ut prædictum est, uelut columba ingressus, uelut aqua uiua mundans & saluans, egredi propheta ostendit: scilicet, ut, sicut iam dictum est, de plenitudine eius nos omnes accipiamus. Hoc, inquit, uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. ¶ Dicat hoc dignus orator, amicus regis, & curiæ celestis archisenerator nobilis, dicat quia uir iste, qui, ut supra dixi, post me uenit, hic est filius dei. Nihil enim libentius audiunt ciues supernę urbis, nullum citharcedum audire malunt pueri probi, cantandi dociles, & ad bonum canticum saltare docti. Nam quis manifestius hoc præcentorem dixit, hominem post se natum euidenter expressit. ¶ Et magnificentiū agnum dei uirum, quam hominem dixit, uidelicet eo respectu, quo de agno typico in lege dictum est: Erit autē agnus absq; macula, masculus anniculus. Agnus nāq; masculus est hic homo, nulla molitie reolutus, sed omni uirtute constans, solidus atq; perfectus. Virum ergo dicens, ueram cum integritate uirtutis expressit naturam hominis. ¶ Nunc autē testificās quia hic est filius dei, uerā nihilominus cōfiteatur in illo naturā diuinitatis, Filiū nāq; alterius naturę esse, quam pater

Ecclesia in spū scō co lumba. Cant. 7. 6

1. Cor. 1 Hæretici nō colūba, sed corui sunt.

Sapient. 1 Spūs scūs uerus deus

Sapient. 1

Lucæ 4

Ecclesia hæ reticos detestatur.

Christus cē pli sancti spiritus.

Ezech. 47

Apocal. 11

Hic est filius dei.

Math. 11 Christus uir & agnus masculus.

Exodi 12 Christus filius dei natura

pater est qui illum genuit, rationabiliter non potest intelligi. Quando enim homo aliud generat quam hominem? Sic & omne animal non aliud quam quod ipsum est aliquando generat. Sed nec ulla herbarum semen affert, nisi iuxta genus suum, neq; lignum faciens fructum suum in semine aliquando excedit speciem. Sic enim creator omnium, illa statuit, præceptūq; posuit & non præteribit. Quanto magis ipse creator non aliud quam quod est ipse, genuit id est, deus deum, lux lumen, immensum immensum, omnipotens omnipotens! Istum quippe non adoptauit, sed genuit sicut hic ipse Iohannes euidenter exprimit, in eo quod superius ait: Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. ¶ Claro igitur lumine nobis lucerna hæc ardens & lucens, lucem ueram Christum deum & hominem esse ostendit, quam nō comprehendunt tenebræ, scilicet Manichæus atq; Fotinus, ille uerum deum, hic uerum hominem esse negans hunc Iesum Christum. ¶ Sed rursus cauendum nobis est, hæretis Nestorianæ monstrum biforme, asserentis, sicut duas naturas uel substantias, sic duas nihilominus in Christo, confitēdas esse personas, ut alius filius dei sit, alius uero filius hominis. Hoc sane nec ratio, nec ipse communis nostræ locutionis usus admittit, quod maxime norunt dialectici. Non est enim nomen aliquod speciale aut generale, præter hoc quod generalissimum est, scilicet substantiā, quo simul deus & homo possunt appellari generaliter. Verbi gratia: Quomodo Moyses & Aaron duo sunt homines, & hic bos & ille, uel duo sunt animalia, siue duo sunt animata corpora. Non aliquo sic pariter deus & homo prædicari poterunt uno speciali uel generali, nisi tantum eo quod generalissimum est id est, substantiæ uocabulo. Neq; enim de deo uero, & que ut de homine, potest animal prædicari quia uidelicet deus uerus, corpus nō est, quapropter nec animatū corpus, aut animal est. Cum ergo masculino genere de Christo deo & homine prædicaueris duos, quod subiectum secundum hoc prædicatum appones? Desiderat enim prædicatum habere subiectum, siue (quod pueri quoque norunt) semper mobile quærit sui generis, numeri quoq; & casus eiusdem, habere fixum. Et utiq; non quod diuersas species aut diuersarū indiuidua specierum significet, quod fieri in genere masculino impossibile est. Nam, uerbi gratia, hominem & equum, quia diuersarum nomina sunt specierum, uno masculino generis substantiā nomine proferre nō potes. Quapropter de homine & equo melius dicitur hæc duo, quam hos duos: quia uidelicet equus cum homine personarum non facit numerum, licet pluralitatem faciat substantiarum. Quid ergo subijcies, cum in Christo deo & homine prædicaueris duos? Nunquid Christos subijcies? Nempetale hoc est, ac si de uno equo & seiore id est, uncti. Fuerunt & alij, de quibus ipse ait: Nolite tãgere Christos meos, sed hic, in quo habitat plenitudo diuinitatis, ut supra dictum est, præcōsortibus suis unctus est. Imò multo magis in æqualia sunt deus & homo quam equus & homo. Nam ueri dei & hominis hoc solum commune est, quod de utroq; prædicatur, substantiā de homine autem & equo, non solum solum substantia, sed & corpus communiter prædicatur, & animal. Si ergo persona se dētis in equo, sic equi personam absumit, ut cum ipso equus, cui tamen unctus non est, personarum numerum facere non possit: quanto magis in Christo persona dei, sic hominis personam absorbet uel absumit, ut nequaquam dicantur aut sint duo Christi, siue duo filij, præsertim cum homini deus inseparabiliter unctus sit. Igitur salua duarum ueritate substantiarū unus, id est, una persona, est Christus unus, hic est uir siue filius hominis, unus idem, quæ hic est filius dei. ¶ Cuius specię & pulchritudine delectatus ipse deus pater, dignum illud memoria uerbum de celo super eum locutus est: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Hoc utique à principio non dixit, cum uniuersa cōderet, cum cœli fabricam extenderet, uel mari terminū poneret, & omnia uisibilia siue inuisibilia mirabilis artifex cōponens, suo singula loco, uel ordine distingueret. Et quidem placebant illi cuncta quæ fecerat, quia erāt ualde bonas edidit: quæ in omnibus illis seipsum sibi complacuisse insinuat. In hoc autem uno sibi complacet & dicit: In te mihi complacui, quod longe aliud, quam si dixisset: tu mihi complacui. Attendamus ergo quid in Christo factum sit, & uidebimus, quod uere, pro magnitudine uel qualitate operis, recte pater in illo sibi complacuerit. Videlicet cum omnia fecisset, deus, nihil omnino simile sibi uel æquale fecerat, nec enim fieri poterat, ut increato deo similis uel æqualis formaretur creatura. Non ergo beneuolentiæ creatoris sufficiebat, quod ea, quæ fecerat, erant cum cœta ualde bona: quia nihil inter omnia sibi simile uel æquale uidebat. Sed, ut iam dictum est, tale quid omnino, qualis ipse est, creati non poterat. Quapropter multitudo creaturæ infirma, utpote de nihilo facta, partim corruerat, neq; suis uirtutibus ullo modo restaurari ualebat. Suggestit igitur ipsa, quæ nunc apparuit in specie columbæ, mitis & beneuola partim charitas, quatenus ipsam uirtutem, ipsum uerbum, per quod omnia fecerat, quoniam nihil æquale sibi cōdiderat, facturæ suæ uniret, & sic unum quid, cui nihil deesset, in ordine uel natura creaturæ produceret. ¶ Quo facto, gratulatur omnipotēs bonitas, & applaudit sibi merito dilectio columbina, omnis inuidentiæ nescia, quod ope sua compar sibi facta sit humana creatura dignū lau

nō adopti one. Gene. 1

Psal. 144

Christ⁹ deus & homo Iohan. 1

Non duæ p sonæ in Christo.

Christ⁹ nō mē officij. Psal. 10 Coloss. 2 Psal. 44

In Christo pater complacuit sibi Marci 1 Prouer. 8 Gene. 1

Exaltatio naturę hu

manæ in Christo.

discrepantia ad litteram hic inter euangelistas. Matth. 4. Marci 1. Lucæ 4. Iohan. 1.

Iohan. 3.

Quo cõcordantia inuenitur.

Ezech. 1.

De primo anno Chri prædicatis, tres euangelistæ tacuerunt. Marci 6. Lucæ 9.

In euangelio nõ est tẽpõris & rẽtũ cõtinuatio eadẽ quẽ lĩterã est. Lucæ 4.

Ibidem.

de iudicans, quod inopi naturæ eius, de suæ naturæ diuinitis adeo subuenerit, ut totũ regnum patris regere, uniuersam omnino cœli ac terrę rem publicã disponere, & in throno eius domi nari, æque, ut ipse deinceps idonea sit. Hoc opus suum adeo collaudat, & in hoc sibi cõplacet intantũ, ut cuiuscunq; nõ complacuerit, quicunq; cum laude & gratiarũ actione nõ aspexerit, eum, uelut ingratiũ & uere superbũ & inuidũ, à salute sua, & ab eiusdẽ Christi filij sui regno repellat. Sed iam narrationis euangelicæ, sequentia uideamus: L. Altera die iterum stabat Iohãnes, & ex discipulis eius duo. Hoc loco recte quaritur, qualiter hic euãgelista Iohannes cæ teris tribus euangelistis præsentĩ narratione nõ discrepet. Matthæus enim, statim post ieiunium dñi & tentationem diaboli, ita subinfert: Cum autẽ audisset Iesum, quod Iohannes tradi tus esset, secersit in Galilæam. Item & Marcus, cõtinuo post eiusdẽ tentationis narrationem, postq; autem, inquit, traditus est Iohãnes, uenit Iesus in Galilæam. Hoc isti cõsonanter asserue re uidentur, quod anteq; Iohannes traditus esset, in Galilæam non uenerit Iesus. Lucas intere rim de traditione Iohannis tacet, ita incipiens: Et consummata omni tentatione, diabolus re cedit ab illo usq; ad tempus, & egressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam, & cætera. Hic autem, scilicet euangelista Iohannes refert, quia nondũ tradito Iohanne, uenies in Galilæam, uocauit Philippũ & Nathanael, & tertia die inuitatus ad nuptias in Chana Galilææ, de aqua uinum fecit, & manifestauit gloriã suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Et post multa di cit sic: Erat autem & Iohannes baptizans in Enon iuxta Salim, quia aquæ multæ ibi erant, & ueniebant & baptizabantur. Et protinus subinfert: Nondum enim missus fuerat in carcerem Iohannes. Queritur ergo quomodo non discrepent, quos contrarios esse sibi met nemo dice re audet, nisi qui animæ suæ contrarius est: ¶ Et quidem solutio quæ stionis nimium difficilis esset, si Christus in Galilæam semel tantum uenisset, uel si cunctis euangelistis singillatim, cun ctos eius actus, cunctos eius egressus uel regressus describere propositum fuisset. Consi at au tem euangelica narratio, quia plus quam semel dominus noster, salutis nostræ minister, iuit & rediit, & nulli euangelistarũ, cuncta quę gessit comprehendere, quod impossibile esset, propositum fuit. Sed unum quodq; animalium cœlestium, ante faciem suam graditur, id est, unumquisq; euangelistarum de innumerabilibus factis uel dictis eius tantum describere pro posuit, quantum & fidei testificandę sufficeret, & lectori fastidium non afferret. Et Matthæus quidem, & Marcus, Lucas quoq; de primo anno tacuerunt, quo, adhuc prædicante Iohanne, miracula quidem fecit Iesus, & seorsum aliquos docuit: sed publica prædicatione non adeo turbis innotescere uoluit. Alioquin unde illa opinio nata fuisset, ut quãdo publice prædican do innotuit, Iohannes putaretur surrexisse à mortuis? Sic enim in Marco scriptum est: Er au diuit Herodes rex, manifestum enim factum est nomen eius, & dicebat, quia Iohannes bapti sta surrexit à mortuis, & propterea uirtutes operantur in illo. Lucas quoq; sic ait: Audiuit re m Herodes Tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, quod quod diceretur à quibus dam, quia Iohannes surrexit à mortuis. ¶ Igitur de primo anno tacuerunt, & à publica prædi catione eius, quam cœpit, postquam traditus est Iohãnes, narrationes suas orditi sunt. Quod manifeste ex subsequenti bus Matthę uel Marci animaduertere promptum est. Nam uterq; cum dixisset, uenit Iesus in Galilæam, statim apostolorũ subijcit uocationem, Lucas uero pau lo tardius. Nam apud illum, ante uocationem apostolorũ, Iesus frequenter est in synagogis, & docet sabbathis. In hoc uero euãgelista Iohanne, forte ad suscipiendã illã quę dicta sunt, scri pulum mouet illud, quod ante quam traditus esset Iohãnes, ad iudicium eiusdem Iohannis, Andreas sequitur Iesum, & adducit ad eum, Simonẽ fratrem suum, & ipse Iesus in Galilæam exiit, uocat Philippũ, & Philippus adducit Nathanael. Sed amoto omni serupulo, certius pe dem figat ratio: quia profecto nõ est hæc ipsa, quæ citius quidem, ut dictũ est, apud Matthẽũ & Marcum, tardius autẽ apud Lucam occurrit, apostolorũ uocatio. Nec enim cõsequens est, ut quia sequentes eum, uenerunt & uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo, iam perfecti, iamq; apostolico fastigio sublimati sint. Nam tunc quidem cognoscere illum cœ perunt, non autem iam tũc eundem, relictis omnibus, secuti sunt. ¶ Oportet ergo primum ut sensum illum ab animo suo lector attẽtus amoueãt, qui fere omnĩ, euangelicam scripturam audire incipientiũ, animos cõfestim ultro præoccupat. Nam quia post tentationẽ supra me moratam in cæteris euangelistis, statim subiungitur prædicationis Christi narratio, sicut lite ra coniungitur, uerbi gratia, cum dicit Lucas: Et egressus est Iesus in uirtute spiritus in Gali læam, & uenit Nazareth ubi erat nutritus sic temporis quoq; uel rerũ continuatam fuisse suc cessionem, negligẽter opinantur. Quod profecto nõ ita esse, ex eiusdem Lucæ uicina subiu ctione manifestũ est. Dicunt enim illi uenienti Nazareth ubi fuerat nutritus. Quanta audiui mus de te facta in Capharnaũ, hæc & hic in patria tua. Antè hunc ergo regressum eius in Gali læam, à quo cæteri euangelistæ, præmissã tentatione, prædicationis eius narrationem incipi unt, manserat & signa fecerat in Capharnaum. At uero postq; discipuli Iohannem, loquentem audientes, secuti sunt Iesum, imò post miraculum, quod in nuptijs aqua conuersa est in uinum facta

facta sunt illa signa in Capharnaum. Hoc enim fuit initium signorum, quo factõ descendit Ie sus in Capharnaum. Sic enim hic euangelista subiungit: Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & discipuli eius. ¶ Igitur hoc recte sentiẽdum est: quia ille regressus Iesu in Gali læam, à quo cæteri incipiunt, ille est quem Iohannes longe inferius commemorat dicens: Ut ergo cognouit Iesus, quia audierunt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit & baptizat quã Iohannes, quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. ¶ Cum autem tam multa miracula eius audire, imò & uidere, Petrus & Andreas potuerunt, priusquam de nauicula uocati, eundem redemptorẽ sequerentur omni bus relictis: dictum est tamẽ à prificis doctoribus de his principibus & patribus nostræ fidei, nulla hunc facere adhuc miracula uiderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis au dierant, & tamen ad unum domini præceptum hoc quod possidere uidebantur, oblitii sunt, Quod nequam uerum dicitur debet uideri esse contrarium. Nam hoc dictum est, res pectu eius narratiõis, cuius secundũ Matthæum talis textus est: uelut, quod ante uocationẽ ipsoꝝ nulla doctrinẽ eius uel miraculoꝝ mentio facta sit. Itaq; nihil à cæteris hic euangelista dissonans, post manifestationem Christi, quæ in baptismo facta est, narrationem suam sic in choat, imò prosequitur ea, quę cœperat, diuinitatis eius testimonia. ¶ Stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo. Quod stetit Iohannem asserit, iuxta litteram quidem fixum hominis in dicat stantis, & aliquid, quod officij sui esset, in tranter agentis uel dicentis. Iuxta alio uero uer o sensum, magnam, ac femper suspenam eius intentionem insinuat, qua uidelicet ei, quem su pra dicto modo cognouerat, domino nostro, nõ solum exterius officio suæ prædicationis de feruebat, sed & interius erecto mentis affectu iugiter astabat. ¶ Nam ubi illum baptizauit, & spiritum sanctũ super eum in specie columbæ descendẽtẽ uidit, statim idem spiritus expulit eum in desertũ, & erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Quod hinc euangelista, ut cætera multa, omittit, uidelicet hoc intendens (ut in initio dictũ est) quatenus testimonia proferat de diuinitate filij dei, atq; ideo, quasi de magno uer uo eoz quæ dicta uel facta sunt, tantũ modo splendidiora colligens, quæ intentioni in acer posito suo magis idonea cognoscit. ¶ Nec uero dubiũ est, quin ad reditũ domini nostri idẽ Iohannes toto affectu tenenderit, ut iterum uideret eum; quem uidere, salus agnoscentis, gloria prædicantis, gaudium erat demonstrantis. Stabat ergo in altitudine cordis speculator uite & salutis, nũtius redemptionis & pacis, iudex gratiæ & ueritatis. Stabat plane altior solis præfor e Lucifero, solem iustitiæ prospectans in nube latentẽ, id est, Christũ, expectans, in deser to tentationũ obiectiones perferentem, uel iam uictõ tentatore, adhuc sese in umbra humili tatis suæ continentem. Incertũ autem est, utrum ante hæc à deserto regressum illum Iohãnes uiderit. Stabat & duo ex discipulis eius cum eo, qui uidelicet magistrũ suũ statu mentis imi tabant, & erant primitiæ plebis illius, quam non sibi sed dño parabat ille præcursor eius. L. Et respiciens Iesum ambulante dicit: Ecce agnus dei. ¶ Notanda diligenter narrationis series, in superficie quidem breuis & lucida, intrinsecus autem (quod paruuli necdũ attingere præ ualent) mysterioꝝ pondere grauida. ¶ Quid enim est ambulans Iesus, nisi mutabilitatis nos træ particeps factus dei filius? ¶ Qui hominibus non ante cognitus, ex eo cognoscit atq; diligi cœpit, ex quo ambulare cœpit, de cœlo ueniens in uterum uirginis, de utero in præsepe, de præsepi ad crucem, de cruce in sepulchrum, de sepulchro rursum in cœlum. ¶ Extunc ille no tus esse cœpit & dilectus, sicut eidem in Canticis Canticorũ dicitur: Oseum effusum nomen tum, ideo adolescentulẽ dilexerunt te. Quid enim oleum effusum nisi uerbum de corde pa tris eructatum? Si ergo nostræ animæ iam adolescentulẽ sunt, iamq; uelut in adulta ætate Iohannis, semper cum discipulis eius firmo gradu stare & dicerunt per iudicium ipsius in hoc euangelio loquentis, agnoscent Iesum ex eo quod ambulat, & sequentes eum tandem perue niunt ad quod idem ipse per diuinitatem manens inhabitat. Quod pulchre nobis inuinitur ex profectu conuersionis eorum dem discipulorũ eius. ¶ Ait enim secũstantibus illis: Ecce agnus dei. Secundũ naturam hominis, eum, ut superius dictũ est, agnũ uocat, quia uidelicet sicut per immolationem agni Pharaõ quondam superatus, & seruitus filiorum soluta est, quod per ma num Moyõ & Aaron, plagis immixtis perfici non potuerat, sic per passionem Christi prin cepts tenebrarum diabolo uictus, & redemptio generis humani facta est, quod per legis antiquæ præcepta, ueteris quę sacerdotũ sacrificia perfici non poterat. L. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. ¶ Non soli auditu corporis audierunt, sed soli tunc obaudierunt, & testimonium eius receperunt. Ille nanque ut testis fidelissimus, ea sem per intentione de illo loquebatur, ut illum potius quã se auditores sui sequerentur, sicq; fie ret ad gloriam dei, quod dixerat ipse, me oportet minui, illum autem crescere. Hanc ergo eius intentionem duo discipuli audierunt, & testimonium eius, ut iam dictum est, receperunt dum loquentem illo sequuti sunt Iesum. ¶ Quando autem quisque conuersus, dominum Iesum am bulantem, ut prædictum est, mente & pñ affectus mobilitate sequi incipit, meditando

Iohan. 2. Regressus Chersin Galilæam. Iohan. 4. Quod partũ dicta de Petro & Andrea intelli gi debent. Matth. 4. Quod sta bat Iohannes. Christus in deserto. Lucæ 4. Iohãnes ex peccans rediit Christi ex deserto stabas. Variẽ am bulauit tes tus. Oleũ effu sum nomen tum. Cantic. 1. Ecce agnũ dei. Exodi 12. Fidelis in te tio Io. Bap. Iohan. 3. Sequi Chri sum.

scilicet & memoriter humanitatis eius uestigia tenendo, non continuo cōuertitur, & faciem suam illi ostendit Iesus, id est, maiestatis suae diuinam praeſentiam, secundum quam nusquam ambulat, non statim in initio cōuersionis sequentibus aperit, quae per faciem intelligitur, sed eundem est & ea quae de illo ad tempus fuerunt, iamq; praeterita sunt, & sine haberunt, scilicet quae in carne gessit uel passus est, tenaci memoria tam diu ruminanda sunt, donec altissima eius diuinitas sese à sequentibus quæri sentiat, & huc unde excessit quasi post dorsum suum respiciens, occulta inspiratione faciem suam aliqua ex parte ostendat. Nunc enim caelo praesentibus, magis sentit perseverantiam sequentium fidem, quam olim inter homines ambulans sentiebat turbam comprimentem. Sequitur ergo: **Conuersus Iesus uidens eos sequentes dicit eis: Quid quæritis? Et dixerunt: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister. Vbi habitas? Bene Iesus conuersus esse dicitur, quia uidelicet, antequam supra dicto modo ambularet à summo caelo regressus, totus erat auersus, id est, propter peccatū hominis uniuerso generi humano iratus. Vnde clamat ingemiscens Propheta: *Peccauiimus, & tu iratus es, & auertisti faciem tuam. Conuertitur autem, dum singulos eum in fide quærentiū respicere dignatur. De qua eius conuersione dicitur in psalmo: Deus tu conuersus uiuificabis nos. Item: Conuertere domine, & eripe animam meam. Conuertitur ergo Iesus & uidet eos, quise sequuntur, dum eos, qui incarnationis uel passionis eius fidem cōfiterentur, digniter intuetur. ¶ Sed sunt inter eos multi, qui sequi illum uidentur, & nesciunt quid quærant, id est, credunt quidem, ut sibi uideatur, in illum, sed nesciunt cuius spiritus sint, uel quam intentionem habeant, quia cōfiterentur, inquit Apostolus, se nosse deum, factis autem negant, & cum labijs Christum honorent, cor eorum ab ipso longe est. Possunt enim & Christum sequi fidei professione, & aliudq; Christū querere, imò possunt & in uestimentis ouium incedere, & intrinsecus lupi rapaces esse. Sic Iudas cum ceteris apostolis Christum sequi potuit, & aliud querere, uocari apostolus & diabolus esse, praedicare uel baptizare, & fur dominicorū, loculoꝝ sceleratissimus esse. Sic & Simon Magus, potuit baptizari & in felle amaritudinis esse, potuit fidem Christi cōfiteri, & tamen nullam in sermone hoc partem aut fortem habere. Sic pene quotidie tanti cum electis reprobi ecclesias intrant, ut praeter multitudinem illorum, ualde parua uideatur quantitas electoꝝ, quomodo in magno acervo nisi propius accedas, uix grana parent praeter multitudinem palearum. ¶ Quia ergo non uno cuncti animo Christum sequuntur, recte nunc ipse his, qui illum primi sequebantur, dicit: **Quid quæritis? Quod dictum quoties audimus, nos ipsi ad cor nostrum respicere debemus, nostramq; singuli interrogare conscientiam, ut sciamus qua Christum intentione sequamur. Quod enim duobus illis dicit, omnibus dicit. Quod si uere Christum quærimus, & ubi ipse est, illic & nos esse uolumus, tunc desiderii nostrum & praeparatio cordis nostri hoc in auribus eius loquitur: Rabbi (quod dicitur interpretati magister) ubi habitas? Bene enim dicimus, magister illum uocantes, quia de disciplina eius sumus dum reuera deum querimus. ¶ Dicimusq; illi, ubi habitas? dum supernam cogitamus patriam, ubi sedet ad patris dexteram, clarificatus claritate quam habuit, priusquam mundus esset, apud patrem, qui incolat & peregrinus in hoc seculo cum esset, non habeat ubi caput suum reclinarat. Hæc recordatus sum, inquit Psalmista, & effudi in me animam meam, quoniam trāsibo in locum tabernaculi ammirabilis usq; ad domum dei. Hoc & nos recordari debemus, quicquid de confessione fidei Christum sequimur, ne per intentionem uanam remaneamus cum illis, de quibus ipse Amen dico uobis, inquit, receperunt mercedē suam. Quibus item Psalmista refugiens assimilari, unam petri, inquit, à domino hanc requiram, ut in habitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Hoc autem iugiter petentibus, & hoc modo dicentibus, ubi habitas, fiet aliquando quod sequitur: **Dicit eis Iesus: Venite & uidete.** Ac deinde subiungitur: **Venerunt & uiderunt ubi maneret.** Tunc enim dicit Iesus: **Venite & uidete, quādo meritem per adiuuātem gratiam bene meritam, in cōtemplationē subleuat, & celestibus gaudijs ad horam admittit, ut dulcedinem illam gustare praeualeat, quam oculus non uidit nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit. Ita ueniunt & uident ubi Iesus maneat, eisdem uidentibus creatoris habitationē, angusta est omnis creatura. ¶ Quos unus, ut ipse ait, raptus est usque ad tertium caelum, raptus est usq; in paradysum, & audiuit arcana uerba, quae non licet homini loqui. Et multi quidem sanctoꝝ diuersa gratia gloriam regni, in quo Iesus habitat, praegustantes, uiderunt. Hic autem tanta gratia uocatus est ad uidēdum, ut nesciret utrum extra corpus sit omnino educus, an in corpore manens, solummodo per extasim fuerit subleuatus spūs eius, sicut ait ipse, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit. Sane hoc iuxta litterā praetereundum non est, quod sequitur: **Et apud eum manserunt die illo.** Opportuna quippe determinatione usus, dicendo, die illo. Non enim nunc relictus omnibus illum secuti sunt, neq; extunc semper cum illo manserunt, sed tantum die illo apud eum manserunt, & uerba gratiae quae prodeiebant de ore eius, familiariter audire ceperunt. Iesus enim nondum tradito Iohanne, ut superius dictū est, neq; publice praedicabat, neq; derelinquendo patre aut matre uel ca-*******

Lucæ 8
Quo cōuertitur deus ad nos.
Esaie 64
Psal. 84
Psal. 6

Muli falso sequuntur Christū sola fide.
Tit. 1
Esaie 29
Matth. 7
Iohan. 6
Iohan. 12
Actoꝝ 8

Quid quæritis?

Vbi habitas?
Iohan. 17
Matth. 8
Psal. 41

Matth. 6
Psal. 26

Venite & uidete.

Esaie 64
1. Cor. 2
2. Cor. 12
Raptus Pauli.

Manserunt apud eum die illo.

uel cæteris necessarijs abnegandis, cuiquam legitur noua de disse præcepta. Sed iam spiritua-liter cepra profecquamur. Et Paulus quidem excellenti magnitudi reuelationis audiuit, ut iam dictum est, arcana uerba quae non licet homini loqui. Cæterorū autem singuli in sua subleuantur mensura, scilicet ut alius sapientiæ uel scientiæ, sermonem accipiat, alius generalis guarum, alius gratiam sanitarum, & his similia. Quod cum affectus quis fuerit, iam idoneus factus est qui & alios inuitet, & praedicando Christi faciat sectatores. Quod & in his, de quibus praefens euangelium refert, pulchre praefignatum est. Sequitur enim: **Hora autem erat quasi decima. Andreas autem frater Simonis Petri erat unus ex duobus, qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primo Simonem fratrem suum, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum.** Qui primus audierat, & Iesum secutus fuerat, fratrem suum postmodum inuenit & adduxit, iam tunc implens scripturam, quae per hunc ipsum Iohannem dicta erat. **Qui audit, dicat ueni.** ¶ Sed cur interpositum est, hora erat quasi decima, ubi Iesus nostrae uocationis carpebat primitias? Videlicet, quia uocatorum salutem non aliquod ipsorum praecedens meritum, sed sola uocantis operatur gratia, & in omnibus omnino aetas non discernit, nec prauidicat, congrua significatione dictum est, hora erat quasi decima. Ipse enim ille paterfamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam, & circa tertiam & sextam, nonamq; ac decimam horam exiit, & fecit similiter, tandemq; dixit: **Erant primi nouissimi, & nouissimi primi. Hora decima uel undecima proculdubio prope est iam uespera, quae humanae uitae occasum significat.** ¶ Constat uero, quia magnus quidem est Andreas, qui uenit ad Iesum hora decima, maxime uero in ordine apostolorum Simon frater eius, qui adducitur tardius, iam propinquo re uespera. Eadem nanque die ueniunt ad Iesum, primo Andreas cum altero, deinde frater eius Simon, in crastinum uero Philippus & Nathanaël, & absque mystica horarum interpositione die tertia nuptiae factae sunt in Chana Galilæae. Igitur quod postea, loquens in parabolis, significaturus erat uerbis, iam in suis significat factis, dum illos, quos magnos esse uolebat apostolos, per occultam inspirationem trahens, ultima diei parte, id est, hora decima uocare incipit. ¶ Est & aliud, propter quod magis placeat hunc agnum dei demonstratum uel agnum esse hora decima. Agnus quippe, per cuius immolationem caesa sunt Aegypti primogenita, & filiorum Israël soluta est captiuitas, qui huius agni typum praeferebat, iussus est in domos filiorum Israël tolli luna decima, immolandus post quartam decimam lunam se quere uespera, quando luna est plenissima. Decima, ut dixi, luna assumi iussus erat agnus, decima quoque plaga atrita fuerat Aegyptus, decem nihilominus ad uerberandum spiritua-lem Pharaonem, postmodum data luna legi præcepta. Cum ergo audimus hunc agnum dei, digito Iohannis esse hora decima demonstratum, hæc omnia nobis utiliter ad memoriam redeunt, quia uidelicet hora decima his qui intelligere possunt, mysticam innuit esse consonantiam scripturarum. ¶ Nunc enim reuera uerus agnus ille tollitur in domos filiorum Israël, quando dicente Iohanne: **Ecce agnus dei, incipiunt illum sequi Israëlitarū ueri, quorum uita sic erat, ueluti luna decima, scilicet nondum plena & rotunda, quia uidelicet lex sub cuius decem præceptis seruierant, nihil ad perfectum adduxerat.** ¶ Et Iohannes quidem uelut alter Moyses, discipulos habens, & decem præcepta legis optime custodiens, quasi decem plagis Pharaoni, id est, diabolo, repugnabat. Sed illo nondum uictō, digito demonstrans dicebat: **Ecce agnus dei, subaudis, cuius sanguine cum fuerint nostrarum frontium postes signati, liberandi sumus in manu forti, & submergendus est princeps tenebrarum in aquis baptisimi, quo nos ille mixto sanguine suo baptizabit.** Hoc igitur pertinuit ad euangelistam ut designationem huius agni referens, decimam, quae tunc erat, non taceret horam. Sed iam sequentia uideamus. ¶ Andreas qui, ut praedictum est, unus erat ex duobus, qui audierunt à Iohanne, & secuti sunt Iesum, inuenit Simonem fratrem suum. Ecce nos aspicientes à longe per hoc uerbum quod dictū est, inuenit, quasi per subuolantem scintillam agnoscimus, magnam in illis fuisse flammam sancti desiderij. Et reuera in illis quos gratia proueniens ad tantam prædestinauerat gloriam, magnum & omnis morae impatiens erat desiderium uidentis saluatore, cum uenisse illum audirent à magistro suo Iohanne, testimonium perhibente, quia uidi spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in ipso. Cum ergo ambulantem, ut supra dictum est, Iohannes iterum ostenderet eum, cumq; secutus Andreas uidisset ubi maneret, proculdubio festinauit, cucurrit, quæ fuit fratrem suum, ut qui erat socius desiderij, particeps fieret & gaudij. Quærens itaque inuenit fratrem suum Simonem, & dicit ei: **Inuenimus Messiam, quod dicitur interpretatum Christus. Inuenimus, inquit, non clamantem, neque contententem, quia nec audita est foris in plateis uox eius, sed adhibita lucerna, scilicet testimonio Iohannis, qui est lucerna ardens & lucens, in humilitatis & silentij latibulo se cōtinentem, inuenimus Messiam. Ille enim agnus absque macula, totusq; candidus inter nigros latebat hœdos nocte ista, in qua peccatorum oculi caligant: Sed lucerna Iohannes tenebraꝝ**

Apostol. 2a
Hora quasi decima.

Matth. 20

Magnus quod de Andreæ sed maior Petrus,

mysterium horæ decimæ.
Exodi 12

Exodi 30

Agnus mysticus,
Hebraeoꝝ 7
Ioh. 8. 12
mysticus Moyses.

Andreas Petrus.

Esaie 44
Matth. 14
Iohan. 9

tenebras nostras dissipat, eumq; nobis ostendens: Ecce, inquit, agnus dei, quod dicitur interpretatur Christus. ¶ Hoc Andreas non dixit, sed euangelista, uerbum Hebraicum uolens aperire, Græcis & Latinis, de suo apposuit. Messias namq; Hebraice, Græce Christus, Latine dicitur unctus. ¶ Intuitus autem Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. ¶ Magnum & ineffabile gaudium beato Petro præsignat hoc primum inuentus & alloquens eum domini prædicamentum. Si enim cunctis apostolis & omnibus sanctis gaudendum est in hoc seculo, quod eorum nomina scripta sunt in celo, quanto magis huic beatissimo lætandum est, qui ut ita dicam, in capite libri nomen suum inuenit scriptum: Non enim aliquem adhuc dominus proprio uocauerat nomine, nec postea quenquam tam familiari descripsit inspectione, nec tam amica expressit intentione. Causam autem huius nominis ex alio secundum Matthæum cognoscimus euangelij loco. Nam cum dixisset Petrus: Tu es Christus filius dei uiui. Respondens Iesus dixit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Tanquam si quæres, cur Petrum illum nominaret, rationem in humilitate sua pro tempore latentem subdidit. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Claret ergo, quia Christus super seipsum, uidelicet firmam petram, suam ædificaturus ecclesiam, ubi uidit, imò intuitus est, ut ait euangelista, id est, diligenter respexit illum, quem primum post se uolebat eiusdem esse fundamentum ecclesie. Hac de causa Petrum à seipso petra prima denominauit, utpote in quo post seipsum tota constituta erat fabrica spiritualis ædificij. ¶ Sed & ex fine præsentis capituli maxime idem potest intelligi. Sic enim finitur: Amen dico uobis, uidebitis celos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis. Quod dum dicit proculdubio mittit nos ad historiam, ubi Iacob lapide supposito capiti suo uidit in fornix scalam celos tangentem, & angelos dei ascendentes & descendentes per eam. Surgensq; mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum de super. Ille namq; lapis perfundus oleo, ipsum significat unctum spiritu sancto. Vnde & singulariter dicitur Christus, quia praeconfortibus suis est unctus. Sed de hoc plenius paulo post dicendum est. ¶ Igitur Simon quod interpretatur obediens, quia primus petre illi erat superponendus, super quam ecclesia ædificatur, pulchre mutato nomine Petrus ab ipsa petra denominatur, per quod significatum est, quia cunctis qui super illud fundamentum (quod est Christus) ædificantur, iuxta prophetam uocandum sit nomē nouum quod os domini nominauit. ¶ In quo nec illud uacat quod tali loco uel tempore dicitur filius Iohanna, quia uidelicet, sicut nomē illi commutatur, sic à carnali patre uel generatione ad spirituales transferretur, ut deinceps sit pater eius ille sponsus qui de latere suo sponsam sibi erat ædificaturus, in qua sicut primus lapis, sic & primus meretur esse filius. ¶ In crastinū noluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. ¶ Ne casu accidisse putes, quod Philippum inuenit, uoluntatem eius euangelista præmisit. Nihil enim per casum diuinae prouidentie occurrit, nihil temerarium, nihil fortuitū, cuncta uidentibus oculis eius se ingerunt. Bene ergo dicitur, Inuenit Philippum, præmisit, uoluit exire, quod idem est ac si dixisset: uolens inuenire Philippum, imò uolens de aqua facere uinum, ibiq; facere signorum initium, ubi postmodum iuxta Matthæum primò prædicaturus erat, & dicitur, appropinqua bit regnum celorum, uolens omnino prophetiam implere, dicentem: Primo tempore reuelata est terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Iordanem Galilææ gentium, exiuit in Galilæam & inuenit Philippum. ¶ Inuenit, utpote quem quæsiuit. Ipsum enim cum omnibus sanctis præsciuit & prædestinauit, atq; iccirco exiuit, ut uocaret tunc, quem ante secula præsciuit & prædestinauit. Inuenit autem non eo modo, quonon inuenisse dicimur, cum quid libet uidemus quod antea non uidentes quærebamus. Sed quomodo dicit pastor bonus, inueni ouem quam quæperierat, quomodo dicit mulier, congratulamini mihi, quia inueni dramam meam quam perdideram, quomodo uidem inuenit singulos nostrum, quando ad fidem suam nos colligit qui fueramus perdit, eodem modo nunc eodemq; ponder e dictum est: Inuenit Philippum. ¶ Dixit ei: Sequere me. Et surgens, sequutus est eum. ¶ Et hoc ipsum præscie rat, quia mox ut diceret ei: Sequere me, surgeret, & sequedo obediret. Iam enim gratia sua ne scientem præuenerat, & antequam uocem ad aures dirigeret manum suam ad trahendum illum in cor eius miserat. ¶ Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andree & Petri. ¶ Hoc opus diuinam maxime commendat gratiam, quod de ciuitate peccatrice tres isti uocati sunt, magni patres iustorum atq; credentium. Bethsaida namq; peccatrix erat ciuitas intantum, & illi dominus, sicut Matthæus refert, exprobrat, ac dicit: Væ tibi Corozaim. Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone facte fuissent uirtutes, quæ facte sunt in uobis, profecto in cilicio & cinere penitentiam egissent. Cum ergo de ciuitate illa, cui propter incredulitatem & impoenitentiam, uæ pronuntiat ueritatis iudicium, tanti patres uocati ad gaudium & ad pacē uniuerso mundo euangelizandum, eligi meruerunt, cuius opus, cuius est hoc donum nisi gratie dei quæ

Messias.
Petrus præ alijs à Christo honoratus.
Lucæ 10
Matth. 16
Christus petra & lapis sub capite Iacob.
Gene. 28
Psal. 44
Eus Simo dicitur est Petrus.
Esaie 63
Filius Iohanna.
Ephes. 3
Nō casus prouidentia inuenit Iesus Philippum.
Matth. 4
Esaie 9
Quo inuenit Iesus Philippum, si cur pastor ouem perdidit.
Lucæ 15
Iohann. 6
Tres apostoli à Bethsaida.
Matth. 11

dei quæ suos præueniens & subsequens electos in debitum illis præstat beneficium. Sequitur. ¶ Inuenit Philippus Nathanael. ¶ Querens utiq; Philippus Nathanael inuenit, ut eum participem præsentis faceret gaudij, & iuxta nomen suum (Philippus enim interpretatur os lampadis) proximum suum illustrare festinat lumine boni nuntij. ¶ Et dicit ei. Quæ scripsit Moyses in lege, & propheta: inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth Galilææ. ¶ Ordo uerbo est. Iesum filium à Ioseph Nazareth Galilææ inuenimus ipsum esse, quem scripsit Moyses in lege & propheta. Hoc inuenimus, ita esse didicimus, quæ est opinio uulgi pro tempore, & loco nō omittit. Et mendacis notam nō incurrit, patre illum nominado, qui nō erat pater eius carnalis. Si enim hi, qui alienos sibi adoptat filios, nō incongrue dicitur patres eorum, quos paterno sibi affectu adoptauerunt, quanto magis hic unicus & singularis dñi nutritus, pater eius nō inconuenienter dicitur. Natus enim pupillus in hoc seculo, id est, abq; carnali patre dñs, illo beato uiro pro patre in omnibus usus est, & in illa generationis scala, quæ per Matthæum textit, eidem sancto Ioseph omnis humanæ opis indigna humanitatis eius natura, tanq; gradui supremæ innixa est. Hoc ergo audito. ¶ Respondit Nathanael & dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse? ¶ Nathanael, quia legis peritus erat. Vnde & Philippus ei nuntians prædixerat, quem scripsit Moyses in lege, & propheta, inuenimus Iesum, sciens quia de Betlehem ciuitate David secundum scripturas, & de semine David, nasciturus esset Christus, dubitat uel quærit, utrum à Nazareth possit aliquid boni esse eiusmodi. Nesciebat enim, neq; si bifuerat indicatum, uel si Nazareth sciebat, ab eius memoria poterat esse oblitatum, quod in diebus professionis ac cōdisset Ioseph à Galilæa in ciuitatem David quæ uocatur Betlehem, eo qd esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnantem. Et forte hoc sciebat, qd Ioseph uel ipsa quoq; Maria, quæ in Nazareth habitabat, de Betlehemitico genere & de semine David esset. ¶ Et iccirco quomodo libet distinguatur, quoad ait: A Nazareth potest aliquid boni esse, siue interrogando, siue affirmando à uero sensu non discrepat. ¶ Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israelita in quo dolus non est. ¶ Et hic plane Saluator apertis gratie suæ uidit oculis, illis nimirum oculis, quibus nos omnes, antequam essemus, uidit & prædestinauit. Nec poterat ignorare, quali mente ueniret ad se, scilicet qd in simplicitate cordis quæreret deum, iuxta quod scriptum est: Quæ sunt in corde hominū oculi tui uident & in libro tuo omnes scribentur. Homo uidet in facie, deus autē in corde. Quam ergo sententiam de illo sine errore scripserat in libro suo, statim protulit dicens: ¶ Ecce uere Israelita in quo dolus non est. Dignum utiq; spectaculo illum esse significat dicendo, ecce, facitq; opportunā Israelitæ distinctionē, addendo uere, & in quo dolus nō est. Non enim omnes qui secundū carnem ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, sed hi tantū in quibus dolus non est, qui recto corde sunt, & deum uidere sciunt, reputantur Israelitæ. At ille uultu alacer, & mente alacrior, ut uere Israelita filius illius, qui cum deo luctatus est, ¶ Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? ¶ Quia percōtatione hoc ipsum indicat, qd iuxta ueritatis testimonij uerus sit Israelita. Falsi namq; Israelitæ nimirum delectantur laudibus suis, scilicet non attendentes, utrum laus ipsorū ex hominibus, an ex deo sit. Hic autem audiens uerum Israelitam se appellari, quod magne est laudis, magniq; pretij, Vnde, inquit, me nosti? subaudis quæ hæctenus secundum hominē nō uidisti? ¶ Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret, cum es sub ficu, uidi te. ¶ Hoc est quod quærebat, scilicet deum ac dei filium, qui secundum diuinitatem ubique præsens, etiam illos uidet, quibus corporaliter præsens non est. Attamē comparatione maiorum paruum hoc est, quod illum sub ficu se uidisse testatus est. ¶ Vidit enim non solum illum, sed & omnes electos suos, cum essent sub ficu: uidit misericordie sue oculis, id est, cum primus parens illorum factus, mandati transgressor, confutia fici solijs pudē da cōregeret. Iam tunc uidit eos, & miseratus est, iam disponebat misericorditer quo illos ordina de præparationis reatu liberaret. Verus ergo Israelita Nathanael, in quo dolus non erat, quia non more Phariseorum ueritatem sciens impugnabat, sed cognitam simplici corde diligebat, cito ac breuiter satisfactum sibi Christum quærenti, protinus indicat. Nam sequitur: ¶ Respondit Nathanael & dixit: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. ¶ Loco præsentis subscriptione filij dei dilectus iste Nathanael deuenerit. Nusquam enim comparat, neque in hoc euangelista, neque in aliquo cæterorum, nisi quod post dominicam resurrectionem, hic idem Iohannes euangelista, eiusdem hoc modo facit mentionem. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Chana Galilææ, & duo filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Et quis non optaret, ut lucerna tantæ claritatis nequaquam

Philippus os lampadis.
quod Ioseph dicitur pater Iesu.
Lucæ 3
Matth. 1
Nathanael in lege peritus.
Michæ 5
Gene. 4
Ioseph de Betlehem.
Lucæ 2
neus in corde uidet.
Psal. 138
1. Reg. 16
Ecce uere Israelita.
Roma 19
Gene. 31
Quo Christus uidit nos cū essemus sub ficu.
Gene. 3
Questio de Nathanael.
Iohann. 21
Matth. 5

XXXVII. RVPERTI IN IOHANNEM CAP. I.

quaquam sub modio lateret, sed supra candelabrum poneretur, & omnibus qui in domo ecclesiae sunt, luceret: Quis rogo non cuperet, ut tantus confessor filij dei computaretur inter magnos apostolos Christi? Quid enim amplius Petrus confessus est, qui non solum apostolatus, sed & praeter ceteris clauis meruit regni caelorum? Quarenti hoc forte dicat aliquis: Petrus piscator erat. Nathanael legis peritus erat. Propositum autem deo fuerat, ut per infirma & contemptibilissima mundi fortia contringeret, & per ea quae stulta fuerant, confunderet sapientes. Igitur in proposito persistens, piscatoris Petri fidem & confessionem non solum apostolatu, sed & caelorum clauibus remunerauit. Nathanaelis autem confessionem nec apostolico remunerata ordine, quia legis peritus erat, inferius dereliquit. Cum hoc dixerit quis, non sic omnino satisfaciet studioso lectori, quia uidelicet spiritus scientiae, qui unus est de septem spiritibus dei, cum sit honorabile donum dei, nullo modo fidei ueritate uel meritum diminuit. Imo docta sanctitas, sanctam rusticitatem praecellit, testante angelo, qui ad Daniele dicitur: Quia docti fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudunt plurimos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Ad summam maxime & illud repugnat, quod Saulum magnae scientiae sacrarium, & ut ipse fatetur, ad pedes Gamalielis eruditum, dominus ab apostolica gratia non repulit, sed qui operatus Petro in apostolatu circuncisionis, operatus est & huic inter gentes, & creditum est mihi, inquit, euangelium praeparatum, sicut & Petro circuncisionis. Quae rimus igitur, ubi nam iste deo amabilis Nathanael delituerit, quia, sicut iam dictum est, praeter hunc, & alium supra memoratum locum, in cunctis euangelistarum diuersis nusquam ulla uestigia parent huius nominis. Rursus autem aspicientes ad duodecim sedes & sedentes, in illis uidemus Bartholomeum, Philippo (per quem Nathanael iste uocatus est) ubique coherentem, quem ignoramus quando uocatus sit, sicut nescimus Nathanael, postquam uocatus est quo deuenit. Et sicut hic euangelista Iohannes, qui de Nathanael scripsit, sparsum cunctos nominans apostolos, de Bartholomei nomine omnino tacuit, sic e contra ceteri euangelistae qui ubique Bartholomeum Philippo coniungunt, de nomine Nathanael omnino tacerunt. Constat uero quia Bartholomeus non Hebraicum, sed Syrum nomen est, quod Latine dicitur filius suspendentis aquas. Nathanael autem Hebraicum est, & interpretatur donum dei. Fortassis ergo hic ipse Nathanael, qui erat a Chana Galilaeae, Bartholomeus est, quod interpretatur filius suspendentis aquas: quia tertia die cum nuptiae fierent in illo uico suo Chana Galilaeae, forte per occasionem eius dominus inuitatus ad nuptias, aquas in uinum conuertens, in admirationem omnium illas suspenderat. Sed audiamus quid huic confessori suo filius dei rex Israel, unus idemque homo, responderit. Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis, maius huius uidebis. Hoc plane de se ipso sperare potest quisque fidelis. Cum enim parua quae sentit de uerbo dei, fideliter & intentione bona de promittit dignum se exhibet, cui reuelat maiora pater qui est in caelis, quae reuelare non potest caro & sanguis. Unde scriptum est in Psalmo: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Os namque suum aperiens, scilicet confitendo ad salutem, quod corde credit ad iustitiam, spiritum sanctum attrahit, qui in ampliore cognitione ueritatis, bonum eius impleat desiderium. Et dixit illis: Amen dico uobis, uidebitis caelum apertum, & angelos dei descendentes & ascendentes super filium hominis. Hoc illis dicto illud quod nesciebant, uidentium re promittit: scilicet per passionem suam caelum esse apertendum, futuramque angelorum & hominum concordiam, qui prius inter se discorde fuerant, clauso hominibus caelo, & subtexto pariete inimicitiarum propter originale peccatum. Non enim fuerat haecenus ille angelorum & hominum consensus, ut uenientes sancti angeli exiitibus de corporibus animas beatorum hominum, per patentes portas caeli inferrent, ut nunc faciunt, uenerantes & adorantes in rege ac deo suo naturam hominum, qui sine uehiculo angelorum potenter ascendit in caelum, ponens nubem ascensum suum, & ambulans super pennas uentorum. Hoc plane uidentium ueris promittit Israelitis, ut quod in figura prauidit carnalis pater eorum Israel, hoc in semetipso reuera contemplandum esse pronuntiet. Iacob namque egressus de Bersabee, & pergens Aran, cum uenisset ad quandam locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supposuit capiti suo, dormiuitque in eodem loco. Viditque scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam. Iacob ille, qui postea dicitur esse Israel, ueros significat Israelitas, qualis erat iste Nathanael, de quo paulo ante dixerat dominus: Ecce uerus Israelita in quo dolus non est. Lapis autem ille, quem capiti suo supposuit ut dormiret, hic eundem Christum significat, lapidem angulare, quem falsi Israelitae reprobauerunt, & discantes. Hunc enim quicumque supponit capiti suo, cordi suo, dormit securus: quia mundi diuitias contempsit, & ideo passionibus mundi non perturbatur, nihil habens in seculo cur gaudeat, cur timeat, cur speret, cur doleat. Secura namque mens est, ubi propter Christum haec desunt, diciturque is, qui lapidi Christum sic superposuit caput, id est, cor suum, ut his passionibus careat: Ego dormio & cor meum uigilat. Ecce runt hoc illi maxime, qui tunc audientes uocem eius, dicentis: Venite ad me omnes, qui laboratis

Vna responsio, sed insufficientis. 1. Cor. 1

Propter doctum scientiam nemo repellitur a regno dei.

1. Petri 2. Actus 22. Galat. 3.

Alia responsio, quod Nathanael sit idem quod Bartholomeus.

Bartholomeus. Nathanael

Dignus reuelatione confessione. Matth. 16. Psal. 119. Roma. 10.

Per Christum inter angelos & homines concordia. Ephe. 2.

Psal. 103.

Gene. 28. Scala quam uidit Iacob

Lapis, super quem dormiuit Iacob. Psal. 117. Actus 4. Cantus. Apokal.

ratis & onerati estis, & ego reficiam uos: relinquentes omnia ueniebant ad eum, & discere ab ipso, quia mitis est & humilis corde, ut in humilitate cordis eius, tanquam super solidum lapidem dormientes, & animabus suis requiem inuenientes, mysteria regni dei scirent, quae scire non possunt superbi, inter quos semper iurgia sunt, qui ad lites & contentiones uigilant. Hi uiderunt caelum apertum clauibus illis, quae praecipuo uicario suo Petro dominus tradidit, uiderunt extinctum flammam gladium, qui positus fuerat ad introitum paradisi, & expergefacti repente sono aduentus super eos spiritus sancti: pauentes & exclamantes annuntiauerunt nobis. Qui & illum tollentes lapidem, super quem requieuerant, erexerunt in titulum, ut omnes uideremus & crederemus in illum, & spirituali aedificio constructis super eundem lapidem sanctae ecclesiae parietibus, quam terribilis est, inquit, locus iste, scilicet portis inferi quae non praeualent aduersus eum. Non est hic aliud nisi domus dei & porta caelis uidelicet per quam ascendunt & descendunt angeli supra filium hominis, ascendentes ad diuinitatis eius contemplationem, descendentes autem ad humanitatis uel passionis ipsius uenerationem. Per hanc enim solum & unicam portam descendit angeli ad ipsum filium hominis, deum & regem suum, habitantem per fidem in cordibus nostris, & ascendunt per illos scalae gradus, quos moraliter intelligimus diuersos uirtutum esse profectus: quibus duo latera, scilicet corpus nostrum & anima, insignita sunt, caelumque recta uia contingit: quo sanctis angelis suffragantibus, qui nobis per mortem Christi amici facti sunt, deportemur. Sequitur: Et die tertia nuptiae factae sunt in Chana Galilaeae: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Gloria filij dei praecedit semper humilitas unius eiusdem filij hominis: quod agnosci promptum est ferre in omnibus, quae fecit uel perulit in terris non sine salutis uoluntate in tota operatione. Natus de femina, uirginis lactatur uberibus, panis inuoluitur, ab angelis gloria in excelsis deo canentibus collaudatur, & in praesepis angustia positus, in latitudine caeli stellae fulgenti declaratur ad templum tanquam peccator de portatu, a Simeone lumen uerum predicatur: inter peccatores ad serui sui baptismi uenies, uoce patris & spiritu sancto uisibili specie super illum apparente, sanctus sanctorum, manifestatur fraudes perfert tentatoris, & mox accedentes angeli ministrant ei. Sic & nunc cum hominibus carnalibus ad nuptias inuitatus, uenire non de dignat, & mox aquam in uinum conuertens, deus uerus, elementorum dominus, & naturae imperator comprobatur. Sic enim gloriae est, miraculum hoc fecisse, & elementum supra naturam suam leges sola uoluntate eleuasse, quod utique ad diuinam eius maiestatem credendam, solum posse sufficere. Sic magnae & praedicandae humilitatis insigne est, eum, qui absque uiro conceptus est, & salua matris integritate natus est, ad nuptias uenisse, quibus uirginitas amittitur, & in inferiori gradu coniugatorum tribulatio carnis acquiritur. Inferioris quippe gradus est quamlibet honorabile coniugium, & thorus, quantum uis immaculatus altioris autem honoris & gratiae sacra uirginitas, quam pia commendat humilitatis uenustas. Non ita contra quosdam hereticos, qui nuptias detraxerunt, coniugia defendimus, ut alijs confertentis, uirginitati nuptias coaequemus, aut etiam impudenti temeritate preferamus. Quis enim nesciat, bonum quidem & a deo constitutum esse coniugium, sed ipsam uitiatam esse coniugum naturam. Nam cum homini primo deus uxorem fecisset, in adiutorium scilicet propagandae sobolis, benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam. Eratque in benedictione sic data generationis facultas, ut absque omni iniuria carnis superbiens, & aduersantis spiritui, absque omni pruritu libidinis, soli nascerentur electi, & ad decimi ordinis restaurationem praedestinati. At tibi ueneno serpentis antequam homo intumuit, deiectus est ab illa potestate suae carnis, & qui in honore positus fuerat, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Statim enim coniuges honesti, qui fuerant rationales conditi, ceperunt rationabiliter commoueri, ceperuntque caro commouere spiritum, ut suis nutibus seruiret, cuius erat conditio talis, ut ipsa spiritus imperio, sicut decebat, obtemperaret. Unde semetipsum erubescens, solus sicuti pudenda contexerunt. Pugnat extunc caro cum spiritu, in quamlibet sanctis aut iustis coniugibus, & quantum uis sancte reliquo tempore uiuant, carnemque spiritui subijciant, dum sibi copularunt, superior caro, inferior spiritus est, totaque mentis aetis sic obruitur, ut deum nequeat meditari, orationi uacari non possit. Unde Paulus cum dixisset secundum indulgentiam, non secundum imperium: Nolite fraudare inuicem, statim subdidit: nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacatis orationi. Vitata ergo, ut praedictum est, coniugum natura, permanet quidem quae ante peccatum data est benedictio, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed bonum hoc imminuit uitium, quod per peccatum accessit. Et quod ualde dolendum est, illa tribulatio carnis non deficit in complexibus coniugum, quae a deo iuste imposta est mulieri, quando dixit ei: Multiplicabo frummas tuas & conceptus tuos. Multiplices namque conceptus de terra carnis, tanquam spinarum & tribulorum densitates, excreuit super numerum. Et tanti nascuntur reprobi, ut ad comparisonem illorum pauci sint electi. At uero uirginitas sollicita est,

Matth. 11

Matth. 16. Gene. 3. Actus 2

Lapis in titulum erectus. 1. Petri 2. Gene. 28. Matth. 16. Angeli ascende & descende.

CAP. II. Gloria Christi ubi praedicatio eius humilitas. Luca. 2. Matth. 2. Luca. 2. Matth. 3. Luca. 3. Matth. 4. Luca. 4. Gloria Christi in primo miraculo. 1. Cor. 7. Hebraeo. 15

Virginitas preferenda coniugio.

Benedictio coniugum. Gene. 1

Homo similis factus iumento. Gene. 3. Psal. 119. Roma. 7. Gene. 3. Galat. 5. Tribulatio carnis in coniugio. 1. Cor. 7

Gene. 1. Roma. 7. 1. Cor. 7. Gene. 3. 1. Cor. 7. Virginitas

quomodo placeat deo, & cogitat que domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu, quia non intercurrit caro media inter deum & spiritum eius, sed superior carne spiritus, carnem inferiore regit, a superiore deo regitur. Non quidem condemnat apostolus in coniugatis licentia uisum, sed confidit licentia preter illud, quod uisum probat, de uirginibus consiliu. Igitur humilitatis est dignatio, quod homo celestis, de uirgine natus, terrenis & carnalibus nuptiis interesse non renuit inuitatus. Quod autem de aqua uinum fecit, consequens est post humilitatem gloria semper noua, semper eadem admiratione predicanda. Nam licet in uitis omni anno deus idem eadem potentia, terra gremio susceperit, in uinum transire faciat aquam, & noster sensus hanc illius comprehendere non possit efficaciam, maxime tamen ad hoc miraculum cuncti laudatores, nostram intendimus mentem, diuina laudis auidam. Illo nanque naturali usu monstratur id, quod omnibus notum est, deum esse omnipotentem: hoc autem nouo miraculo probatur id, quod solis fidelibus creditum est, deum omnipotentem factum esse hominem. Præterea cæteris omnibus elementis cooperantibus efficitur hoc, quod aqua uinum sit in uitis. Primo nanque terre gremio aqua suscipitur, sine cuius ope nullam posset præstare pinguedinem, uitium siue herbas, uel arborum radicibus. Delinque aeris blanda temperie prouocatur, ut erumpat in palmitibus: simulque beneficio calor accedente, siro descendit palmes, florescit botrus, & uua paulatim decoquitur. Hic autem ubi cunctus deest ordo naturæ, testatur uinum ex aqua factum, quonia hic homo natura ipsa maior est, naturæ dñs est. Sic multo magis illam miramur uirgam Aaron quæ frondit, floresque protulit, qui in amygdala deformati sunt: magis omnino miramur et ueneramus, quæ uniuersas cedros Libani, cæteraque ligna reuiscerit, fructusque aut semen unumquodque in genere suo singulis annis usitato cursu naturæ producentia: non quia maiora sunt hæc, sed quia cum ipso miraculo diuinæ præsentia signum, atque uoluntatis eius, & curæ uigilantis super nos euidens præstant indicium. Non enim miramur tantum, quod deus potuerit ex aqua facere uinum, quantum gaudemus, quod is, qui solus hoc potuit facere, factus homo, triginta annis inter homines ambulauerat, deus intra carnis latibulum. Igitur, ut supra dictum est, gloria filij dei præcedit in hoc quoque facto humilitas eius: id est filij hominis ut omni ordini ostendatur in semetipso factis, quod deo ab utrisque dicitur: quia sicut utrisque e contra, hominis qui se humiliat, exalta bitur. Meritum nanque humilitatis præcedentis, ianua est gloriæ subsequenti. Sed iam ad ipsa lectionis euangelicæ uerba ueniamus. Et primo litera per ordinem inspecta, deinde mysteria requiramus. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Coniunctio, quæ præponitur, ad superiora diligentem remittit lectorem, uidelicet hoc modo: Altera die stabat Iohannes, & cætera. In crastinum uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Diligenter animaduertere uoluit nos euangelista, quia non sine causa, sed certi gratia mysterij, dñs noster duobus diebus quosdam discipulos collegit, tertia uero die miraculum fecit: quo gloriâ suam manifestauit, ut crederet in eum discipuli eius. Ipse est enim, qui duobus seculis temporibus, scilicet ante legem & sub lege, paucos de massa perditorum sanctos homines elegit, & tertio tempore, uidelicet sub gratia, in medijs nuptiis hominum uxores ducentium & dantiu ad nuptias, suisque uoluptatibus uacantium, sanctæ ecclesiæ celestis nuptias intulit: procedens ipse tanquam sponsus de thalamo suo, ut filij spirituales de illo nascerentur uirginali coniugio. Sed hoc posterius dicendum, nunc, ut prædictum est, primo historiae fundamenta faciendâ sunt. Et erat mater Iesu ibi. Magna & cunctis sanctæ ecclesiæ spectandum ordinibus humilitatis exemplum: ueruntamen sacris uirginibus non imitandum, quod mater Iesu, uirginem domini templum, illibatam sancti spiritus sacrarium, non aspernata est carnalium interesse celebritati nuptiarum. Non enim sacris uirginibus hoc imitandum est: quia uidelicet tempus aliud, alia persona, locus alius est. Omnia tempus habent, dicit Ecclesiastes. Virginibus deo dicatis propositum, quod ardet in mente, luceat in uerte, radiet in ore, uel publica professione. Matris dñi uirginitas cunctos homines latitabat, quia uidelicet diuulgari illam ratio temporis non sinebat. Neque enim libera tunc esse poterat uirginitatis professio, uel huiusce exempli prædicatio: cum adhuc Moyses sub uelamine suo declamaret, maledictus omnis qui non facit semen in Israel. Maluit ergo humiliter præferens cœuere scandalum, quam futuris uirginibus immaturum rigidi propositi præbere exemplum: quo plus attolleret supercilium uirginum fatuarum, quam instrueret custodiam prudentium, matribus ceterisque, quæ cunctæ uiros nouerant, uirgo mater se nullo præferens, matrem ubique se proficiens, quo quod haberet filium, uirginitatis autem suæ tacitum conseruans in corde mysterium. Nam sicut incongruum, imò impossibile est, rectum domus stabilire, antequam fundamentum: sic impossibile erat ante susceptam fidem, incarnationis Christi præscribere ordinem, quo sacre uirgines sese a secularibus distinguere debeant. Nunc autem publicum est propositum publicè datum, atque acceptum est de uirginibus consilium: & iccirco sacre uirgines matris, cundo ad nuptias, quam talem refugiendo conuentum, facerent ecclesiæ Christi scandalum. Quapropter

coniugio melior.
Quale miraculi, ex aqua uini factum.
Vini in uite generatio.
Numer. 17. Viga Aarō.
Mysterij q die tertia nuptiæ factæ sunt.
Psal. 118.
Ecclesiastes.
Virginitas melior coniugio, per Christum, non per legem. 1. Cor. 7.
Virgines

pter intus quidem habent prudentes uirgines, humilitatis uel charitatis oleum, scilicet non contemnendo, quis in inferiori gradu stant legitimum licentiam nubentium: foris autem, & maxime ad eandem frequentiam nuptiarum, lucentes suas lampades non efferunt. Vbi enim citius uero miseræ uanitatis extingui possunt: Aut ubi properantius in oculis uel auribus suis periclitari queunt: trix uel exemplum Dinæ filie Iacob, quæ iccirco a corruptore inueta & oppressa est, quia leuitate puellari exiuit, ut filias ignora regionis uideret: Non enim ita se curę esse possunt, sicut illa beata regina cœlorum, quæ uirginitatis thesaurum & hominibus habebat occultum, & filij sui forti presidio, sanctorumque angelorum fida custodia præmunitum. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et hoc proculdubio non temere spiritualis propositi uiris est imitandum. Nam ubi ratio postulat, non solum ad nuptias ire, sed & idolum frequentare irreprehensibile est, ubi uero causa idonea est, quæ prohibeat, non solum cum publicanis & peccatoribus manducare, sed uel fratri aue dicere, indignum est. Quod nota similitudine discernere promptum est. Quam diu laguidus suimet impotens est, scilicet phrenesim siue lethargum passus, aut certe paralyti dissolutus, tam diu prudenti & nobili medico laudi est, si ob uisitandum egerum ad locum sibi in dignum accedere, & lectulo paupertatis affidere non subterfugiat, interrogatusque, imò & ab ægro percussus, opem gratuita impendat. At ubi sensus mentis, uel sanitas redierit corpori: si quid denuo inciderit, siue pituita, siue grauior tussis molesta fuerit: tunc demum suum medicum honorem agnoscens, ad fordidas pauperis ægri tabernas non descendit: quia uidelicet nota est domus sua, in qua requiri, uel inueniri possit, iamque ille ambulare potest, pro seipso loqui nouit. Ita nimirum, cum incarnatus deus in hunc mundum uenit, magnus & uerus medicus ad magnum ægrotum iam desperatum, descendit: qui non posset ad medicum accedere, nesciret opem eius implorare, imò qui cum semiuisus iaceret, sanum se putaret esse. Sicut ergo non expectauit, ut talis in cœlum ascenderet, seipsum deducere sic postquam descendit, non expectauit, ut peccatores ueniret, ipsum in synagoga legentem uel in templo docentem audire: sed ipse prior descendebat ad illos, cum publicanis & peccatoribus manducans & bibens, ita ut dicerent pharisæi: Ecce homo uorax & potator uini, amicus publicanorum & peccatorum. Sic & eius apostoli fecerunt, ubicunque gentium doctores missi tanquam ad ægros, ignoti uenere medici. At ubi languorem curauerunt, & uiuendi præcepta dederunt, longius se ab eis sequestrauerunt, in quibus per fidem curatis uitia mundum renouata sunt, dicente Paulo: Scripsi in epistola, non commiseri fornicarijs, non utique fornicarijs huius mundi aut auaris, & cætera. Et paulo post: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Igitur postquam ad eos tui male habebant accessit medicus, & uocando peccatores ad poenitentiam, sic per fidem curauit eos, ut sciant ipsi uel possint uenire ad ecclesiam, iam non est spiritualis propositi uiris eundem exemplo domini ad nuptias secularium: sicut eiusdem nihilominus exemplo non est peccatoribus & publicanis communicandum, cum ipsis apostoli, cum eiusmodi nec cibum sumere, nec aue eius dicere, eodem Christo in se loquente præceperint. Et non quod iuxta Tacianum & Marcianum aliosque nonnullos hæreticos nuptiis detrahaat, aut fornicationi comparent: sed quia melioris ipsi uocum propositumque habentes, bonum hoc post te ipsum reliquerunt: quod tale est, ut non sine periculo respiciatur, quia non sine labore relinquatur. Sequitur: Et deficiente uino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Optat beata dei genitrix conuiuantijs fieri ianua celestis beneficii, ne illorum deuotio, qui se inuitauerant, fructu suo careret: ne uel hilaritatem præsentis rei competentem, importuna penuria contristeret. Credendum nanque est, quod pia deuotione dominum Iesum, matremque eius, ac discipulos inuitauerint: præsertim, cum famam illorumque de ipso dicit iam ceperant, non ignorare possent. Nam & ex eodem uico erat Nathanael, qui die precedenti illum agnoscens, dixerat: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Vnde & si gnanter euangelista, cum dixisset, nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater Iesu ibi: distincte subdidit: Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Ut intelligas, iam impletis nuptijs discumbentium, iam confidentibus conuiujs, consulto factum esse, ut uocaretur & Iesus, tanquam homo sanctus, uel ut propheta magnus, cuius benedictio posteritati nubentium, uel toto cœtui conuiuantium profutura frustra non speraretur. Igitur beata uirgo, ut illorum, qui se inuitauerant, remuneret deuotionem, sciens in carne sua quam pepererat, rerum omnium creatricem habitare, iam uirtute dicit filio suo, deo suo: Vinum non habent. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Non dum uenit hora mea. Hoc duobus modis accipitur, & utroque modo sensum potest edificare recte credentis. Primum est, ut hæreticos illos, qui, ut sæpe dictum est, Christum ante Mariam fuisse negant, hac quoque sententia percussis arbitremur: contra quos maxime præsentis euangelij cuncta testimonia conscribunt. Diuinitas quippe, quæ in illo humanitatis suæ templo latebat, & nunc sese ad faciendâ miracula paululum exerebat, ueraciter hoc dicere poterat: Quid mihi & tibi est mulier? Quia, uidelicet iam

sacri non debent inter esse nuptijs
Gene. 34.
2. Ioh. 1.
Exemplum a medico circa infirmos
Christus ad ægros descendit.
Matth. 11.
Dum agerentur cuncti relictis post baptismum.
1. Cor. 5.
2. Ioh. 1.
Pia interio in nuptijs in Chana Galilææ.
Iesus uocatus ad nuptias, ut sanctus propheta.
Quid mihi & tibi est mulier?

Duae natu-
rae in Chri-
sto.

Maria Theo-
otocos.

Alia expofi-
tio dicti
Christi.

Lucæ 2

Matth. 12

Opus dei
præcedit
opere ma-
tri.

Act. 1

Matth. 10

Lucæ 14

1. Cor. 5

Exodi 20

Deut. 5

Deut. 33

Iohan. 19

Non dū ue-
nit hora
mea.

Maternus
affectus
Mariæ.

Marcus

tunc in auribus eius hereticorum blasphemie personabant, qui dicturi erant: quia Christi totum initium ex Maria est. Itaque unus eiusdemque personæ naturam, utraq; duabus his exprimit breuius tenentis diuinam scilicet, quid mihi & tibi est mulier? Humanam uero, cum protinus subiungit: Nondum uenit hora mea. Nam qui secundum diuinitatem sine tempore & sine matre est: secundum humanitatem, tempora & horas, non fatales secundum Mathematicos, sed quas ipse sibi posuit, habere nascendo & moriendo dignatus est. Cauendus tamē est in hoc error Nestoriani, qui duas in Christo confitendas esse personas arbitrat, uenit beatam Mariam Theotocon: id est, dei genitricem nominari, dicens quod non dei, sed hominis mater sit, eo quod humana tantum, non etiam diuina Christi natura ex illa sumpta sit. Sed procul dubio, sicut tenet catholica fides, dei & hominis mater credenda & confitenda est. Quia ueraciter incorporeum uerbum patris, aure cordis credendo concepit, & de carne sua corporatum ex uirgine uentre peperit. Aliter: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Nō ante hac inuenitur matrē suam ignorasse dominus Iesus: sed erat subditus illi, sicut quodam loco Lucas euangelista testatur, de parentibus eius loquens: Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Nunc autem, ubi miracula facere incipiens ad hoc se preparat, ut paulo post per ciuitates & castella circueat, & regnum dei annuntiet, dicit eidem matri suæ: Quid mihi & tibi est mulier? Cui simile est illud, quod iuxta alium euangelistam, loquente eo ad turbas, cum dixisset ei quidam: ecce mater tua & fratres tui foris stant, quæ retendes loqui tibi. Respondens eis ipse dixit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumq; enim fecerit uoluntatē patris mei, qui in caelis est, ipse meus, & frater, & soror, & mater est. Itaque fecit ipse prior, quod nobis faciendū præcipit. Non enim alia cuiq; præcipit, quæ ipse primus opere impleuit, sicut de illo scriptū est: Quæ cepit Iesus facere & docere. Præcepit autē ei, qui sese dignus esse cupit, ut propter euangeliū patrē & matrē relinquat, & renūtiat omnibus quæ possidet. Hoc igitur primus ipse fecit, quia descendens à patre, cum diēs esset, pro nobis pauper factus exiit: domum quoq; & matrē, & affines carnis suę deserens, ad euangelizandum pauperibus exiit. Dicit itaq; matri suę in initio miraculorum, paulo post successura suę predicationis functione. Quid mihi & tibi est mulier? Quod utiq; nec ipse se cū dum carnem dicit, ut supra dictum est, sed secundum diuinitatem, quæ existendi initium ex matre non accepit, cuius opus omnino præferendū est curæ carnis: nec ab aliquo secundum carnem dicendum est patri, uel matri: sed secundum deum, scilicet ubi opus dei omnia & propriam quoq; animam negligere exigit. Et hoc modo nullatenus aduersus legem facit, dicentis: Honora patrem & matrem. Nam eadem lex quæ hoc dicit, rursus eadem autoritate uel eodem spiritu loquitur: Qui dixerit patri suo uel matri suæ, nescio uos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt legem tuam, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua dō Jacob & legem tuam dō Israël. Ponent thymiam in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Magis ergo, ut legem perfecte impleat, matrem suam saluo eius honore nesciuit: quia profectio nulla est ex honoratio patris uel matris, dum eis non quælibet causa, sed solius præferi honor uel opus dei. Cui uidelicet magno ac necessario salutis operi Iesus intētus, nesciturum se matrem suam profiteretur, donec eodem opere peracto dicat ei: Mulier, ecce filius tuus. Quod uidelicet in hora mortis suæ dicturus erat. Unde & cum dixisset, quid mihi & tibi est mulier? protinus addidit: Nondum uenit hora mea. Ac si diceret: Ex quo ad baptismum ueni, & in deseritum exiui, destitutā te esse præsentia mea materuo affectu suspicasti, nunc habes me in his partibus, & gaudes quod præsentia mea frueris: sed adhuc tempus imminet, ut magis ac magis, te relicta, non desinam circuire per ciuitates & castella. Cum uita præsentis finiam opus quod cepi, ab hac expeditione redeuntem, uulneratum me & morientem recipies. Nunc interim tantum impendit onus coelestium negotiorum, ut non uacet perpendere, quod matris affectibus tuis debeam. Nec enim habeo facere uoluntatem meam: sed impositam à patre perferre obedientiam. Qualem mandati eius necessitas adduxerit, talem me filium tuum in illa hora ostendam tibi. Et hæc quidē dicta non ad illud respondit quod dixerat mater, uinum non habent: sed ad interni desiderij eius clamorem uehementem in aures suas alte personantem, quia faciem eius ardebat semper uidere præsentem. Nam conuiuias, quorum deuotione inuitatus fuerat, nō minus quæ ipsa suo uolebat beneficium lætificare, maxime ob utilitatē illorum, quos hoc uiso miraculo nouerat in se credituros esse. Recte ergo sequitur: Dicit mater eius ministris: Quodcumq; uobis dixerit, facite. Voluntas eius cōscia, & de potētia eius nō dubitās, opportuna cōmonitione ministrorum animos præparat: uidelicet, ne id quod præcepturus erat, amētie reputarent, nondū ueram eius experti uirtutē. Nam & propinquitus, cū apostolos eligeret, & nomina quibusdā mutata, imponeret exierit, inquit Marcus euangelista, ut teneret eū, dicens quia in furore Iesus est. Itaque sollicita præmonet, ut nō diffidētes, aut etiā irridētes, in digni fieret gratia miraculi, sed pcepto parētes, uia faceret manifestā de glorie dei.

LErant

LErant autem ibi lapideæ hydriæ sex posite, secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Et dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Purificationes Iudæorum multiplices erant, aliquæ à Moysē, plurimæ autem ex traditione Pharisæorum: De quibus & Marcus Pharisæi enim, inquit, nisi crebro lauent manus suas non manducant, tenentes traditiones seniorum. Et à foro, nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare baptismata calicum, & urceorum, & aramentorum, & lectorum. Ob huiusmodi purificationes, ut aqua esset in promptu, hydriæ ponebantur, quæ in hac doctrina nunc lapideæ fuisse referuntur: uasa sic appellata, quod essent aquæ receptui præparata. Hydri enim Græce, aqua dicitur Latine. Cæterū ab usu nomen hoc ponitur, ut ibi: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuatur. Quarum quantitatem fuisse inæqualem, euangelista curauit significare in eo, quod accipientes singulæ metretas binas uel ternas. Metretas dicitur mensuras quasdam, tanquam si diceret, urnas, amphoras, uel si quid huiusmodi. Nomen mensuræ est metreta, & à mensura accepit nomen ista mensura. Metron enim dicitur Græci mensuram, unde appellatae sunt metretæ. Et impleuerunt eas usq; ad summum. In Norandū, quod dominus nec de nihilo uinum, quo conuiuias lætificaret, nec de nihilo panem fecit, quo turbas elurientes satiaret, nec aliquid omnino in tota suorum serie signorum, de nō existentibus, fecit: sed uel existentia in maius & melius prouexit, faciendo de aqua uinum, & panes quinque aut septem multiplicando in satietatem multorum milium, uel corrupta in integrum refert manui, in firmis curādo: uel destituta restituit, mortuos resuscitando. De nihilo autē non operatus est aliquid. Non enim mentitur scriptura, quæ dicit: Qui uiuit in æternum creauit omnia simul. Simul quippe omnia, id est, prima rerum elementa de nihilo creauit: sex autem diebus operatus rerum omnium species, non de nihilo creauit, sed ex eisdem elementis uerbi imperio formauit. Et die quidem septimo requieuit ab omni opere quod patrarat: scilicet ut nullam deinceps nouam speciem produci iubeat: operatur tamen usq; modo, dum eas dē gubernat & multiplicat, maximeq; humanū genus, quod in melius commutat. Igitur quia &, sicut scriptura testatur, semel loquitur deus & secundo idipsum nō repetit, uinum daturus incommutabilis dei filius, non de nihilo creauit, sed de cōpetenti elemento fecit, scilicet de aqua, quā singulis annis per uites à radicibus ascendentem in uinum cōuertit, pcepto quod posuit & non præteribit. Quod qualiter fecerit, credi potest, inuestigari non potest. Sed profectio mirabilis est aquam de nihilo creasse, quā uinum de aqua fecit. Mirabilis quippe est, quālibet substantiam, quæ non erat, condere, quā substantia iam existentis quodlibet accidens adijcere. Est autem omnis humor aqua generaliter substantia, unumq; elementum, color autē siue sapor rite inter multitudinē ponuntur accidentium. Igitur dum aquam de nihilo creauit deus, quia substantiam edidit, fecit mirabilis, cum autem uinum de aqua fecit, humoris substantia: mirabilis accidens adijcendo, eiusdem dei filius fecit quod est uenerabilis. Non enim tam est mirabile, ut supra dictum est, quod hoc facere potuerit deus, quā quod is qui hoc facere posset, deus erat homo factus. Et dicit eis: Haurite nunc & ferte architriclino. Architriclinus dicitur is, qui est sponsi amicus: qui sponso uacante, & à cunctis feriat negotijs, nuptijs præest, res necessarias prouidet, conuiuiantibusq; & uniuersæ domui præminet. Dicitq; architriclinus, id est, princeps triclinij, eo quod in triclinio quiescentiū sponso & sponse consecrata sit. Triclinium autem dicitur, quasi tertium recliniū, id est, cubiculum intra cubiculum, imò cubiculum intra primum & alterum cubiculum. Huic iubet primo propinare uinum ex aqua factum, ut lucerna tam splendidā ac iucundā miraculi non lateret, sed tanquam in fastigio nuptialis conuiuij posita, claritatem suam latius diffunderet, totamq; domum serenās, & uniuersos conuiuias lætificans, fidem illorum propter quos maxime factum fuerat, alacrius accenderet. Quod & factum est. Utrumq; gustauit architriclinus aquam uinum factā, & cetera. Vere ergo, ut ait ipse dñs, ecce plus quæ Iona hic, & non solū plus quæ Iona, aut plus quæ Salomon, sed & plus quæ Moyses, aut aliquis omnino sanctorum, & magnorum hominum. Nam ut taceam, quod quādo uel quomodo uoluit, natū est: quod quē uel quō uoluit, mortuus est & resurrexit, & in celum ascendit, ut interim hæc maiora tacem, quis omnium sanctorum, per quos signa & ostēta facta sunt, sola uoluntate uel imperio fecit aliquid signum? Moyses namq; clamando ad dominum, ita ut diceret ille deus, quid clamas ad me? fecit in Aegypto signa. Clamando ergo, id est, non sua potestate utendo, sed alieno imperio, uirga percutiens diuisit aquas, hic autem solo nutu, sola uoluntate sedens & tacens, in uinum bonum conuertit illas. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Magnum sane ac præclarum signorum fecit initium, quo tanquam fulgur ea choruscatione feriret oculos hominum, ut ad considerandam cœli faciem, attoniti leuarent intuitum, id est, ad consideranda cætera quoq; quæ facturus erat, ad credendum regni dei aduentum diligētes & attenti spectatores credulum conuerterent animum. Et hoc, inquit, signo manifestauit gloriam suam, scilicet ut uiderent illi, & adirent nos gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre, adiremus pro-

Purificatio-
nes Iudæo-
rum multi-
plices.

Marcus
Hydriæ.
3. Reg. 17

Metreta.

Nō de ni-
hilo fecit
Christus uin-
um & panem,
et cetera.
Matth. 14

Quō deus
creauit oīa
simul.
Eccles. 2
Iohan. 5

Psal. 148
Mirabilis
est creare
aquā, quæ ex
aqua unū
facere.

Architricli-
nus.

Matth. 11
Plus quæ Iona
hic.

Moyses clā-
mando ad
deū nutu si-
gna fecit.
Exodi 14

Manifesta-
uit gloriā

cul & crederemus ad iustitiam & salutem nostram. Non enim iccirco uenerat lucerna ut late-
ret sub modio, sed ut posita super candelabrum, omnibus qui in domo sunt luceret. Sic & nos,
ubi fructus dignus est, id est, utilitas animarum, manifestare debemus coram hominibus eam
quæ in nobis est gratiam, ut uideant opera nostra bona, & glorificet patrem nostrum qui in
caelis est. Et crederunt in eum discipuli eius. ¶ Dicitur hoc loco, quia crederunt in eum,
sed non dictum est, quod relictis omnibus secuti sunt illum. Nondum enim Iohannes missus
fuerat in carcerem. Ipse autem Iesus antequam Iohannes traditus esset, cursum publicæ præ-
dicationis ingressus non est, neque matrem & affinitibus relictis circuibat, prædicando per ciui-
tates & castella, à qua prædicatione eius cæteri euangelistæ, ut superius dictum est, sup-
er postea prædicatioe eius cæteri euangelistæ. Quapropter nec discipulis suis hoc præceperat,
quod non nisi prior ipse fecisset, præcipere habebat, scilicet ut relictis omnibus sua, quæ non-
dum illis præcedendo ostenderat sequerentur uestigia. ¶ Inter quos & hunc Iohannem eu-
angelistam relictis nuptijs, ipsius enim istas fuisse nuptias, opinio fere omnium est, ipsum domi-
num sequi coepisse arbitramur. Tradunt namque historiæ, quod eum de nuptijs uolentem nu-
bere uocauerit, & propterea quem à carnali uoluptate retraxerat, potioris amoris sui dulce
donauit, discipulos ergo iam quidē habebat, quos ad eum maxime Iohannis testimonium
dirigebat, quibus ipso Iohāne ceptum cursum per publica ministeria peragente, priuata mi-
raculorum & doctrinæ suæ aperiebat initia. Unde & subditur: Post hæc descendit Caphar-
naum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius & ibi mansit non multis diebus.

IN EADEM LECTIONE EXPLA-
natio secundum mysteria allegoriz.

In his quæ circa salutem nostram acta sunt diuinis operibus, ita mysticam inesse rationē
credimus, sicut in patre, qui usque modo operatur, filium qui & ipse similiter operat, esse
confitemur. Et hoc est dignum atque laudabile catholicorum patrum in uenerabilibus li-
teris studium, ut sicut pater æternus sine filio coæterno nihil operatur, ita nihil eorum,
quæ ad salutem hominum siue in lege siue in euangelio corporaliter acta sunt, à spirituali in-
telligentia uacare patiantur. Hoc autem signorum eius fuit initium, & rara quæ facta sunt ab
eodem domino, id est, à uerbo propter nos incarnato, maiorem stuporem hominibus attule-
runt. Igitur quia filium confitemur, ut & patrem habeamus, ut & patrem habeamus, ut ipsius adiutorio, sanctorum
quoque patrum præeunte exemplo, in hoc magno & mirabili opere pulchritudinem specule-
mur spiritualis intelligentie. ¶ Nuptie, inquit, factæ sunt in Chana Galilææ. Hoc magnum
& multis prophetarum præconijs prænuntiatum, atque patriarcharum factis fuerat præfigura-
tum, quod due naturæ diuinae scilicet & humana conuenturæ essent in uno Christo, essetque ipse
in sole positurus tabernaculum suum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Factumque
est in illo uirginalis uteri thalamo sponsus sponse, id est, creator creaturæ magna coniunctus
est dignatione. Chana uero zelus Galilæa transmigrationis interpretatur. Quod loci nomen mul-
tum operatur ad sensum spiritualem, quia uidelicet magno zelo ductus est fortissimus spiri-
tuum deus in adulterij diabolium, cum tali modo requirens suam, quam ille corruperat, crea-
turam, eadem auxit iusti iudicij poenam, requisitæ uero & inuenta creaturæ indubitata sua gra-
tia reddidit gloriam. Nuptie ergo factæ sunt in Chana Galilææ. Festum agit diem uniuersa do-
mus, quæ est sancta ecclesia, non frustra credens, se totam illi deo coniunctam, à quo suam cre-
dit naturam in ueritate carnis assumptam. ¶ Et erat mater Iesu ibi. Mater Iesu adest ubi fite-
nuptiæ celebrantur, quia profecto uera incarnationis Christi fides non deest omnibus qui ha-
rum nuptiarum filij uel conuiuio dici & esse merentur. Marcion, Cherynthus, Hebion, alijque
haereticæ, seorsum conuenticula sua facientes, harum nuptiarum filij non fuerunt. Non enim
ibi erat mater Iesu, quia diuersis quidem erroribus, sed eodem malignitatis spiritu, fidem in-
carnationis eius à suis cordibus & conuentibus excluderunt. Illicitantummodo harum cele-
stem nuptiarum sollempnitas celebratur, ubi est mater Iesu, id est, ubi est mater ecclesia, uideli-
cet ubi quotidie nubentibus Christo adolefcentulibus, uera incarnationis eius fides prædi-
catur. Illic uocatus adest Iesus & discipuli eius, sponsus uidelicet & amici eius. ¶ Quatuor ita-
que persone sunt istæ, quæ in Canticis Canticorum de nuptiali loquuntur amore, scilicet ado-
lescentulæ quarum nuptiæ supersunt, uel quæ quotidie Christo nubunt, mater ecclesia, quæ
illas parurit, donec Christus formetur in eis: Christus ipse & discipuli eius, uidelicet sponsus
& amici eius. Quid ergo in his corporalibus nuptijs significatum est, quod ad istas spiritua-
les pertineret? Hoc uidelicet quod partim factum fuerat, partim autem & futurum erat. ¶ Nam
per id quod unum defecit, significatum est illud quod factum fuerat, scilicet quod beatitudo
uel incorruptio, quæ humano generi data fuerat peccante primo parente defecerat. Sic enim
homo conditus est, ut si uellet posset non peccare, & posset non mori, quandoque peruentu-
rus ad hoc quod melius & perfectius est, scilicet non posse peccare, & non posse mori. Peccan-

Itam. Roma. 10. Math. 5.
Discipulis eius non dicitur omnia reliquerant.
Iohannes euangelista.
mysterium spirituale corporalibus operibus Christi. Iohan. 5.
Spirituales nuptiarum iter deum, & hominem. Psal. 118.
Numer. 16.
Mater Iesu spiritualiter est ecclesia.
Quatuor personæ in nuptijs. Cant. 1. & 6. Galat. 4.
Vini defecit quid significat.

do autem eo decedit, ut non posset carere peccato, & non posset non mori. Vinum ergo defici-
cit, quia collatae gratiæ beatitudine priuata est miserabilis natura hominis. ¶ Illud quoque iam
factum fuerat quod signatum est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hy-
driarum numerus perfectus, sanctos patres uniuersos significat, qui diuersis temporibus, id
est, sex mundi ætatibus diuisi, suo quoque tempore aqua sapientiæ salutaris impleti sunt. Men-
tes namque illorum uelut hydrie lapideæ fuerunt, scilicet fide stabiles, ingenio capaces. ¶ Ca-
piebant autem singulæ metretas binas uel ternas, quia uidelicet cum omnium fuerit una fides,
non omnibus eadem uel æqualis data est sapientiæ quantitas. Plus enim indicatum est.
Verbi gratia: Moyse quæm Abraham, David quæm Moyse. Quod ex ipsis sacrae scripturæ uer-
bis patenter ostenditur. Quis enim nesciat, quia Abraham cum deo locutus est? Et tamen ad
Moysem dominus dicit: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & nomen meum
Adonai non indicauit eis. Ecce plus Moyse quæm Abraham innotuerat, quod illud de se Moy-
si indicat, quod se Abraham non indicasse narrabat. Psalmista quoque cum dixisset, quomodo
dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea, subsecutus adiunxit. Super omnes do-
centes me intellexi. Et ita Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat, & su-
per omnes docentes se super seniores se intellexisse testatur, quia diuinam scientiam plus
quæm Moyse accepit manifestat. Ita impletur Danielis sententia dicentis, quia pertransibunt
plurimi, & multiplex erit scientia. Igitur non una uel æqualis est hydriarum huiusmodi
capacitas, quia diuini nominis trinitatem, uel cætera diuinitatis mysteria non omnes coæ-
quali perceperunt gratia. Et omnes quidem illa sapientiæ salutaris aqua, de plenitudine huius-
sumpta est, qui dixit nunc, implete hydrias aqua, sed tamen erat aqua pallens & frigida, ne
que naturam humanam in pristinum uigorem restituere poterat. Illa namque Mosaica lex, il-
la dei dona nihil ad perfectum adduxerant, quia peccatorum remissionem & carnis resurre-
ctionem generi humano conferre non poterant, solamque occidentem legis literam non uiui-
ficantem spiritum accipiebant. ¶ Per hoc autem quod aqua in uinum conuersa est, significa-
ta est illa quæ facta est imò quæ tunc fieri coeperat, per Iesum Christum gratia & ueritas.
Nostræ quippe naturæ corruptionem diuinitatis suæ fortitudine induerat, nec multo post
passione mortis superata, resurrectionis patriam in semetipso multis que sanctorum secundum
resurgentium corporibus dedicaturus erat. Quofacto nunc ascenso cælo desuper in subie-
ctas omnes hydrias clarissime rutilat, & in sanctarum scripturarum aquis imaginem ac uirtu-
tem suam uidentem sine degustandam repræsenta. Ita naturæ nostræ infirmitate sanata, qui
cunque baptizati spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundam beatam
per transpositi sumus, ipso sensu nobis aperiente, spiritualementem in eisdem scripturis rationem
intelligimus. Nunc de ipsis ætatibus parumper quod ad eiusdem Christi nuptias uel sanctæ
ecclesiæ castitatem pertinet, dicendum est: Ecce in exordio primæ ætatis dictum est: Hoc
nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea. Quam ob rem relinquit homo patrem & ma-
trem & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hoc manifeste legitimi atque casti
sed tam carnalis coniugij fidem atque unitatem commendat. Veruntamen quæ diu non
nisi iuxta carnem in intelligebatur, non nisi aqua, quamlibet hauitu dulcis, & ad potandum ha-
bilis erat. ¶ At ubi desponsata sibi ecclesia uenit ad nuptias, & uox eius in tonitruo super aquas
multas, dicente illo per Apostolum suum, in quo ipse loquebatur, sacramentum hoc magnū
est, ego autem dico in Christo & in ecclesia, aqua in uinum conuersa est. Hoc enim audito, san-
ctæ animæ spirituum nuptiarum amore feruere coeperunt, alium cogitantes hominem,
scilicet nouum eum qui secundum deum creatus est, qui quodammodo reliquit patrem su-
um, dum à patre exiens, & ueniens in mundum semetipsum ex inaniuit, formam serui accipiens.
Matrem quoque suam, scilicet pharisaicam synagogam, totamque gentem Iudaicam, & ad-
haesit uxori suæ, uidelicet electæ de gentibus ecclesiæ, cum qua iam unum corpus est caput
& membra sponsus & sponsa, Christus & ecclesia. ¶ Nam sicut non undecunque, sed de ipsius
uiri substantia fecit deus uinum, ut maior esset naturalis dilectionis causa. Tulit enim unam de
costis eius dormientis, & adificauit eam in mulierem, sic & ecclesiam non undecunque, sed
de lateris sui sanguine & aqua fecit nasci, nec alium de nisi de carne & sanguine suo eandem pa-
scit, unde & maior in utroque unius eiusdem carnis unitas existit. Hoc ergo intellectu, tan-
quam uino optimo, & suis extinguitur, & amor accenditur, & usque ad uirginem castitatis
appetitum plurimi inflammentur, ut non solum iuga bouum quæ comparauerunt, & uillas
quas emerunt, sed & coniugia carnis negligant, quo magis nuptijs celestibus uacare prouo-
leant. ¶ Secunda ætas inchoatur à Noë. De hoc scriptura refert, quia plantauit uinam, bi-
bensque uinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo, & cetera. Et hoc quidem secun-
dum litteram acceptum, aqua est dulcis, & moribus apta purificandis, ne quis exemplo Cham,
paternam contemners, si quam nouit, infirmitatem, similem illi iuste incurrat maledictionem, se de
honore & amore debito contgens, exemplo Sem & Iaphet, dignam hereditem benedictio-

Sex hydrie quod signant
Ecci. 15
Patribus plus unum alteri reuelari cunct. Gen. 1. 15
Exodi. 1. 6
Psal. 118
Daniel. 2
Aqua pallens literatura legis.
Hebrao. 7. 2. Cor. 3
Aqua in uinum conuersa.
Psal. 92
Math. 27
Acto. 19
Tit. 2
Luc. 2. 4
Coniugij Ad. & Eug. Gene. 2
Coniugij Christi & ecclesiæ.
Psal. 25
3. Cor. 13
Eph. 5
Iohan. 15
Philip. 7
Gene. 4
Vxor delata uiri sumpta.
Iohan. 19
Luc. 14
Vino inebriatus Noe. Gene. 9

nem. In quibus illud considerandum est, quod cum omnes eodem sinu arca seruauerit super aquas, tam longe tamē apud patrem ipsorum distinxit eos multum diuerfa morum qualitas. ¶ Huius scripturæ autem literalis sensus, uelut aqua in uinum, conuertitur, dum spiritali intelligentia filijs nuptiarum ita propinatur. Nō est quod interpretatur requies scilicet dominus noster, cuius dum iugum super nos tollimus, requiem animabus nostris inuenimus, plātauit uineam uidelicet illam, quam de Aegypto trāstulit gentem Iudaicam, bibensq; ex ea uinum lititudinem hominū factus, uere passibilis, habitu & ueritate mortis inuenitur ut homo. ¶ Quā eius infirmitatem despicit Cham, quod interpretatur callidus, id est, contentiosus & impatiens promptusq; ad rixam hæreticus, & quem ex passionis infirmitate hominem uerum inteligit, dedignatur uerum deum confiteri. Propter quod, sicut Cham in filio suo Chanaan, sic & iste in posteritate, id est, in anima sua, male dicitur. ¶ At uero catholici uiri qui per Sem & Iaphet figurati sunt, eandem patris infirmitatem dignis sacramentis uenerantur, scientes, quia quod fultum est dei, sapientius est hominibus; & quod infirmius est dei, fortius est hominibus, & iccirco in regno patris inclyti fiunt, & in æternis mansionibus dilatantur. Sem enim inclytus, Iaphet dilatatus interpretatur. Et quidē illi omnes scilicet hæretici cum istis in eadem arca ecclesiæ, baptisimi aquis supernatauerunt, sed ab alienati sunt retrorsum, & a nobis exierunt, sed non erāt ex nobis. ¶ Aetate tertia nascitur Isaac patre ueterano, matre diu sterili eademq; prouecta. Nascitur autem de libera per repromissionem, nato prius Ismaele de ancilla secundum carnem. ¶ Hæc diuini operis historica narratio, limpida & dulcis aqua est, utiliter irrigans legentis animam, & fidei eius per exempla augens incrementum, quia fides extitit patris Abrahæ, quod non considerauit corpus suum emortuum, cum ferē centum esset annorum, & emortuam uulnam Saræ, credens quia quæcumq; promisit deus potens est & facere. Sed hæc sunt, inquit Apostolus, per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, unū quidem à monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar, & cætera. Igitur autore Apostolo, imō Christo qui in illo loquitur, sicut ipse ait, an experimentum uultis eius qui in me loquitur Christus? autore itaq; Christo hæc literalis sensus, aqua in uinū conuersa est, quo inebriata pubescit fides, quam adamat spiritus sanctus, & animarum nuptialis charitas multiplicatur. Sic & cætera, quæ illa ætate facta sunt, uelut aquæ in uina mutantur, dum spiritaliter intelliguntur, quia omnia in figura contingebant illis, ut ait idem Apostolus. ¶ Quarta ætate præter facta figuratiua, qualia sunt, uictoria Dauid de Goliath, & Hierosolymitani templi constructio mira sapientis regis architectura, præter hæc & alia his similia facta, plura quoq; mystice dicta sunt, quorum pleraq; iuxta literam, talem aquam sapientie, quæ nec satis liquida nec habilis sit ad potandum. Verbi gratia, quale est illud in Canticis Canticorum, sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus, & similia, quæ secundum literam accepta castos ecclesiæ mores nullatenus edificant. Accipiuntur ergo secundum spiritum, & fit ex aqua uinum bonum, dignum, ut in eisdem Canticis dicitur, dilecto ad potandum, labijsq; ac dentibus eius ad ruminandum. Sic & illud quod cecinit Dauid: Exi thalamium, & cætera cantica Psalmorum, sacra quoq; uolumina prophetarum, si solum sequamur literam, pene in omnibus mortuam & inspidam bibimus aquam, spiritum uero sequentes, uirificantem optimi uini saporem miramur & uirtutem. ¶ Quinta ætate captiuus populus dei sub rege Babylonis ducitur, & electi de filijs captiuitatis in domo eius eunuchi sunt, quibus ob summam uitæ continentiam dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia, præcipueq; Danieli intelligentia omnium uisionum & somniorum. Hæc & cætera in superficie literæ, dulcis aquæ præbet poculum, magnoq; sunt exemplo, quod per munditiam uitæ peruenire quis possit ad honorem sapientie. ¶ Spirituales autem homo illos intelligit præfiguratos eunuchos, qui se, ut ait dominus, castrauerunt propter regnum celorum, & in præsentia captiuitate, qua rex confusionis diabolus humanum genus in primis parentibus captiuauit, scientes quia tempus breue est & dies mali sunt, illud approbat Apostoli consilium, ut sine coniugio sint. Talibus em̄ clarior datur intelligentia secretorum cælestium, uerbi gratia, ut Iohanni huic, cuius est hoc euāgelium & Apocalypsis, cuius quot uerba, torpene sunt mysteria. Hæc ergo aqua uinum facta est, quo miro modo inebriati, luxuriam obliuiscuntur, imō & eunuchizantur, ut uere uineę Christo artius inserantur. ¶ Sextę gratis hydriam per semetipsum impleuit dominus de fonte aquę salientis in uitam æternam. Et quidē incarnationis eius mysterium, dicta quoq; & facta eius priusquam resurrexisset à mortuis, aquam interim quāuis limpidiſſimam sapiebant, quia uidelicet & passibilis in illo erat nostra natura, & non clare intelligebatur ea, quæ dictis aut factis significabat regni dei mysteria. ¶ Ut autem resurrexit à mortuis, aqua in uinum conuersa est, quia uidelicet eterna incorruptione solidata est nostra, quæ in illo passibilis fuerat, natura, ut idem & in nobis speraremus, & ipse discipulis suis aperuit sensum ut intelligerent scripturas, & spiritaliter intelligēdos recordarentur sermones, quos ab illo carnaliter

Aqua est litera, uinū sensus spiritalis.

Matth. 11

Psal. 79

Matth. 27

Iohan. 19

Philip. 2

Cham, hæretici.

Gene. 9

Sem & Iaphet catholici.

1. Cor. 1

1. Iohan. 2

Gene. 21

Gene. 16

Abrahæ duo filij.

Roma. 4

Galat. 4

1. Cor. 13

1. Cor. 10

1. Reg. 7

3. Reg. 7

Litera non semper edificat.

Cant. 6

1. Cor. 3

Cant. 7

Cōcientia patrum.

4. Reg. ult.

Hiere. ult.

Daniel. 1

Eunuchi ppter regnū celorum.

Matth. 19

Eph. 5

1. Cor. 7

Aqua sextę ætatis.

Iohan. 4

Aqua illa in uinum spiritaliter uersa.

Lucæ 24

carnaliter audierant. Igitur cunctæ salutarium diuisiones aquarum, quæ præteritis generationibus distributæ sunt, simul conferuntur in hoc cælestium conuiuio nuptiarum, & ex aqua factio uino lætantur conuiuæ, quia uidelicet uinum hoc lætificat cor hominis, & hic calix inebrians quam præclarus est. ¶ Contra in cunctis Iudaorum atque hæreticorum conuentibus, quia mater Iesu ibi non est, id est, non conuiuatur dominicæ incarnationis fides. Itæ aquæ ueruntur illis in sanguinem, ut corruptas scripturas corrupti atque corrupentes bibant & uomant, imō bibant & moriantur, sicut ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. De quorum pena in Apocalypsi iustitia dei laudatur à dicentibus: Iustus es domine, qui es, & qui eras sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem de discipulis bibere, ut digni sunt. ¶ Hauriunt nunc, iubente domino, ministri, id est, tractatores scripturarum studiosi, & exponentes eas spiritaliter, ferunt architrinclino, dum non sibi attribuant quod intelligunt, sed spiritui sancto. Ipse namque harum nuptiarum architrinclino est, qui & beatæ uirgini superueniens, uteri eius triclinitium præparauit, ut in illo diuina natura humane nature uniretur, & singulis animabus opitulatur, ut intra secreta conscientie deo patri copulenter, ut eodem uerbo quo uirgo felix impregnata est, & ipse ex eius complexibus fecundentur. Ipsius ergo laudi propinandum, & cum eius honore bibendum est hoc uinum bonum, quod seruatum est usque adhuc, quia prioribus temporibus non est datum, sed nobis in quos fines seculorum deuenit. ¶ Quo tempore anni uel die factum sit signū istud, autoritate sanctæ ecclesiæ dubitare prohibemur, quæ ipsa die, qua idem dominus adoratus est à Magis, & qua à Iohanne baptizari uoluit, huius quoq; signi gloriam celebrare consueuit. Quod si eodem die reuertente anno factū est, imō quia prædictæ autoritati sanctæ ecclesiæ indubitanter concedendū est, cogimur fateri, quia toto anno illo, cuius initio baptizatus est, qui ætatis eius tricesimus annus extitit, absq; miraculis tractatus est. Dicit em̄ Lucas: Ipse autē Iesus erat incipiēs quasi annorum triginta, qd idem est ac si dixisset: quando baptizatus est Iesus annus tricesimus ætatis eius uolui iam cœperat. ¶ Vbi uero toto illo anno fuerit, uel quid egerit, incertū est. Nam si exacto quadraginta diebus ieiunio, statim à deserto rediit, & inter homines ambulauit, qmodo Iohānes qui illum cœlitus agnouerat, iamq; ostēderat uenientē ad se, dicens: Ecce agnus dei, qmodo, quæso, lucerna lucēs, quæ ad hoc accessa fuerat, ut omnibus illum ostēderet, toto illo anno se cōtinuit, nec suis saltē in dicauit discipulis: Claret enim qis anno illo nō indicauerit, qui nunc primum, id est, tertia die ante prædictas nuptias, illo iteq; dicente: Ecce agnus dei, gratulatur se inuenisse illū & dicunt: Inuenimus Messiam, &c. Potest itaq; recte intelligi, qd & post ieiunium quadraginta diebus aliquantum in deserto perstitit, Matthæo dicente: Reliquit eum tē tator, & ecce accesserūt angeli, & ministrabant ei. Marcus quoque uidetur expressius indicare moram temporis dicendo: Eratq; cum bestijs, & angeli ministrabant ei. Igitur sicut à maioribus diligenter obseruatum nobisq; traditum tricesimo primo ætatis suæ anno iam inchoato, fecit gloriosum hoc signorum initium, dignum sequacibus suis in hoc quoque prouidens exemplum, ne quis immature uirtutes suas in publicum proferat in periculo perniciosa uanitatis, cum ipse dominus, cui uanitas nulla unquam obrepere possit, legitimum tempus, id est, plenam uiri ætatem, ad ostendendam omnipotentie suæ gloriam expectauerit.

Psal. 109

Psal. 22

Hæretici a quæ ueritatem in sanguinem.

Exod. 7

Hiere. 25

Psal. 10

Apocal. 18

Architrinclinus, spiritus sanctus.

Lucæ 1

1. Cor. 10

Annus tricesimus christi absque miraculis.

Matth. 2

Matth. 2

Lucæ 3

Christus etiam post tentationes in deserto moram fecit.

Matth. 4

Marcus 1

FINIS LIBRI SECVNDI.

RVPER.

Legentes scripturam similes nauis.



Psal. 144 Doctores sacri sicut stella Arcturi. Iudas apostolus i sua epistola.

Christus post decollatum Iohannem publice predicare cepit. Luc. 9

Descensus Christi per humilitatem

Capharnaum. Matth. 11

Matth. 12 Fratres pinqui cognati Discipuli.

Matth. 4 Situs et interpretatio Capharnaum.

1. Cor. 1 Luc. 4 Christus a suis reiectus

Christus a

QVI MAGNO FERVENTVR PELAGO PAVIDI nautæ, placidam sibi met auram imprecati fixa cælo sydera respiciunt, terrarumq; amissa tenent cœlum, sedentesq; ad clauum syderibus currunt. Erratica uero sydera sequi fugiunt, ne aut Syrtis naufragos incidant, aut in regiones ignotas deuecti, portus optatos nunquam attingant. Idem nobis, qui scripturæ huius euangelicæ profundum ingressi sumus, agendum est. Et primo placidus nobis ille spiritus implorandus est, de quo Psalmista Spiritus, inquit, tuus bonus deducet me in terram rectam. ¶ Deinde doctores sacri mente ac uigilantibus oculis tenendi sunt, qui tanquam Arcturi nunquam occidentis lucida sydera stabili fide et semper fixi steterunt, et lucem fidei fundentes, erroris occasum nescierunt. ¶ Hæreticorum uero lux erratica longe fugienda est. Sunt enim, ut Apostolus ait, sydera errantia quibus procella tenebrarum in æternum conseruata est, et quibus quædam de errore illorum quipiam sequitur, in nullius scripturæ profundo maius, quam in hoc Iohannis euangelio, naufragium patitur. Ipso ergo aspirante, a quo scripturæ fideles uniuersæ conditæ sunt, felicia sequentes doctrinæ catholicæ sydera, cœpto curramus nauigio, nihil metuentes pyratas hereticos, quos hoc pelagus non alere, sed æterno demergere consuevit naufragio. Sequitur: Post hæc descendit Capharnaum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi mansit non multis diebus. Magna moderatione dominus noster adhuc post tantum miraculū, quo aquas in uinum conuertit, paululum subsistit, & præcursorem suum Iohannem adhuc prædicantē, usq; ad debitū finem præire permittit, certo loco cōmanens, suamq; prædicationē a publicis cōuentibus & a circueiendis ciuitatibus uel castellis suspēdens. Hoc iam & superius dictū est, quia prius q̄ Iohānes traditus esset, ipse publici sue prædicationis cursum distulit, intantū ut dum prædicare inceperet Iohānes putaretur surrexisse a mortuis. Sic toto hoc anno, qui erat ætatis suæ XXXI, paulatim miraculis seorsum exhibitis, uiam & ipse præparat futuræ suæ prædicationi, post quem uidelicet annum, tradito Iohanne, & ipse prædicare incipit, unde ceteri euangelistæ exordium fecere suæ narrationis. Decollatus est autem idem Iohannes III. Calend. Septemb. eius anni qui est XXXII. domini nostri. ¶ Descendit ergo Capharnaum. Hic descensus eius non tam decliuem terrarum situm, quam humilitatis ipsius magnam innuit dignationem, quia uidelicet deus ad homines, sanctus descendit ad peccatores: Capharnaum namq; ciuitas peccatrix erat, intantum, ut huic quoq; reprobrauerit ipse postea dicens: Væ tibi Corazaim, uæ tibi Bethsaida. Ac deinceps: Et tu Capharnaum, nunquid usq; in cœlū exaltaberis? Vsq; in infernum demergeris. Exprobrat autem ciuitatibus istis iccirco, q̄ in eis multæ uirtutes ab eo factæ fuissent, & non credidissent. Descendit ergo ipse & mater eius uidelicet quam postmodum, studio prædicationis occupatus, quodammodo erat nesciturus, intantum, ut iuxta alium euangelistam dicenti cuidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quæ rētes te, dicat ipse: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei, & cetera. ¶ Fratres eius qui cum eo descendunt, cognati eius sunt, quia uidelicet mors hic frequens est in scripturis, ut fratres uocentur, maxime in illa gente hi qui sunt iuxta carnem frequenq; uerbi gratia, fratruales siue cōsobrini. ¶ Discipuli quoq; aliqui iam illum sequebantur, quos quasi primis doctrinæ celestis imbuebat elementis, ad eam perfectionem nondum adductos, ut eis iam cuncta relinquere, præcipiendum esset, quod tunc maxime factum est, quando ad alios de nauibus, alios de diuersis negotiis uocans, tandem fecit, ut præter alios XII. essent cum illo. Est autem Capharnaum ciuitas in Galilæa gentium, sita in finibus Zabulon & Neptalim, iuxta stagnum Genesareth. Interpretaturq; Capharnaum uilla consolationis. Quapropter populum gentium recte significat, cui pro parte illorum, quibus crux Christi stultitia uisa est, ipse Christus merito impropere, pro parte uero illorum, qui eum dei uirtutem & dei sapientiam credentes receperunt, relictis Iudæis, consolationis suæ gratiam dat. Quod manifestius secundum Lucam præfiguratum est. ¶ Nam cum dixissent illi homines ciuitatis suæ, quæta ad diuinis de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. In ueritate dico uobis, inquit, multe uiduæ erant in diebus Helias in Israel, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem uiduam. Quibus dictis, cum illi duxissent eum ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat edificata, ut eum præcipitaret, Iesus autem, inquit euangelista, transiens per mediū illos ibat, & descendit Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat eos sabbathis. Quem eius descensum hic euangelista Iohannes post multa commemoraturus est. ¶ Hoc em̄ factum præfigu-

præfiguratum est, quia sui, scilicet Iudæi, quorum de carne natus est, ad præcipitum mortis illum perdituri essent, & propter hoc ipse transiturus ab eis, & ad fidem gentium descensusurus esset, ut ibi fide ecclesie pasceret, sicut & in eo præfiguratum fuerat, quod ad nullam uiduam, quæ multe erant in Israel, nisi in Sarepta Sydoniæ, ad mulierem uiduam uel in eo, quod cum multi leprosi essent in Israel sub Heliso, nemo illorum curatus est, nisi Naaman Syrus. Non enim frustra cum tam terribili iuramento hæc præterita commemorauerat illis dicens, in ueritate dico uobis, ¶ Ergo postquam uinum de aqua factum est, dominus Capharnaum descendit, scilicet in uillam consolationis, quia postquam refurgendo de mortuis, mortalitatis nostræ aquam in immortalitatis suæ uinum transtulit, & dato spiritu sancto a quaticum literæ sensum ad spirituales promouit intellectum: relictis Iudæis, ad consolationem gentes transiit. Sequitur: Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Itaque non multis diebus, ut ait euangelista, mansit in Capharnaum, id est, forte non totis diebus trium mensium. Nam ad die, qua constat, ut supra dictum est, factum esse illud signorum initium, aqua conuersa in uinum, usque ad sacram paschæ uesperam, anno illo iuxta lunæ rationem, octoginta octo, uel secundum ueriora computistarum exemplaria, tantū octoginta dies fuerunt. ¶ Hoc omnino prætereundum non est, quia hic ascensus domini nostri in Hierosolymam propter illa, quæ ibi dicta uel facta sunt, inter testimonia diuinitatis, quæ maxime hic euangelista colligere soleret intendit, merito scribi debuit. Nam plerique arbitrantur quidem maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus est, quod cæcus ex uero lumine accepit, quod ad Jordanem audita est uox patris, quod transfiguratus in monte gloriam ostendit triumphantis. Prudentioribus autem inter omnia signa, quæ fecit, hoc uidetur esse mirabilius, quod unius homo & illo tempore contemptibilis, & intantum uilis, ut postea crucifigeretur, scribis & pharisæis contra se uentibus, & uidentibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli uerbera, tantam eiecere multitudinem, mensaq; subuertere, & cathedras confringere, & talia facere, quæ infinitis non faceret exercitus. Igneum enim quidam atq; sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Hoc ergo testis filij dei, diuinitatem testificans eiusdem filij hominis, recte ad conuincendos hæreticos non omittit, curauit. ¶ Sed quid sibi uult, quod hic euangelista nunc illum idem fecisse, scilicet uendentes & ementes de templo eiecisse asserit, quod secundum alios euangelistas tunc fecit, quādo turbis comitantibus & pueris osanna clamantibus, ad ciuitatem eandem iam passurus aduenit? Nunquid casu unumquodque, sicut memoriæ primū occurrit, ita primitus describit: tanquam curandum non sit de factorum tempore, dummodo cōstet de rerum ueritate? Hoc fortasse magis opinari liceret, quod secundum intentionem uel propositum suum colligens testimonia diuinitatis Christi, quia factū hoc in signo magis cæteris extitit, prius scribere dignum duxit. Sed hoc uel illud opinari, sequens literæ textus non finit. Nam in seriptum est: Cum ergo uenisset in Galilæa, exceperunt eum Galilæi, cum omnia uidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo. ¶ Nunquid cæteri euangelistæ in recordatione tēporis, quo istud actum est, omnes errauerunt? An casu cōcorderit omnes idem de eodem tempore falsum opinati sunt? Absit. An forte propter aliquod mysteriū id, quod primo anno factū est, ipsi ad ultimum transtulerunt? Sed hoc textus literæ ipsorū suspicari uetat, Nam secundū Lucam, cum iam passurus Hierosolymā adueniret, & uidēs fleuisset super illam, ingressus templū, cepit eiecere uendentes & ementes, ut uidelicet q̄d futurum prædixerat id ipsum factū suo, illos eiecerit, præsignaret. Marcus autem diem quoq; magis determinat, quo illos eiecit, scilicet uendentes & ementes: uidelicet sequenti die, postq̄ ciuitate iam passurus ingressus est. ¶ Igitur undiq; coartamur, ut illud plus q̄ semel factū esse fateamur, quod uendentes & ementes eiecit de templo narrat. Et reuera fidenter affirmare licet, q̄ non solum nouissime, quādo passurus ascendit, sed & quoties ascendit, ex quo miracula facere cepit, quoties eiusmodi negotiationes, imō la trocinia inuenit, zelatus est, & comedit eum zelus domus dei. ¶ Nec uero frustra hic euangelista Iohānes in eo diuersus esse uoluit à cæteris, ut quod illi nouissimo, hic primo anno factū esse assereret. Nam posset aduersarius hoc dicere, q̄ non diuinitatis nutu cōstricti uel antonitifici scribæ & pharisæi quæ ueritatem, & lucra sua perire permiserint, sed metu turbæ, quæ multæ, partim cum illo uenerant, partim ueniunt cum laudibus & ramis palmæ: obuiam exierant. Ut ergo totum quod factum est, diuinitatis eius uirtuti indubitanter ascribendū esse sciamus, illo quoq; tēpore hoc illum fecisse testatur, quo parū notus adhuc, nulla uenerat, turba comitatus. Sed iam euangelij uerba perferetemur. ¶ Et inuenit in templo uendentes boues & oues & columbas, & numularios sedentes. ¶ Sciendum, quia iuxta legis mandata augustissimo in toto orbe templo domini, & de cunctis pene regionibus Iudæorum illic populo confluentē: innumerabiles immolabantur hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus, ne absq; sacrificio essent, pullos columbarum & turres offerentibus. ¶ Accedebat plerunq; ut qui de longe uenerant non habebant uictimas. Excogitauerunt igitur

gentibus re ceptus.

4. Reg. 5

Allegoria de aqua in uinū yta.

Subuersio mentis in respō, insignie diuinitatis indicium. Iohan. 11 Iohan. 9 March. 5 Matth. 17

Questio de eiectione numulariorum de templo. Matth. 21 March. 11 Luca. 19

Iohan. 4 Aliud tempus huius facti, secundū ues euangelistas. Luca. 19

Marci 11 Non semel, sed sepe eiecit talis facta est à Christo. Psal. 69

Deut. 12

Excogitata per facer dotes

diuersa lu-
cra tēpli.

Collybiste.
Deut. 25
* Technā.

Ezech. 22

Zelus Chri
illa eiectio
e tēplo, ex
cidii urbis
portende-
bat.

Esaia 10

Daniel. 7

Iesus fleuit
super illa.
Lucā 19

Iōgi fones
peccatorū
populi Iu-
daici.
Psal. 118
Matth. 23

Pauperib⁹
pepētib⁹
Christus.

Matth. 20
Esaia 56

Mystice eij
ciunt tēplo
simoniaci.
March. 10

tur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat ad sacrificia, uendebāt, ut & uenderent non habētibus, & ipsa rursus empta susciperēt. Hanc sropham eorum crebra uendentium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed nec unde emerent quidem aues ac uilia munuscula. Postuerunt itaq; & numularios, qui mutuatam sub cautione darent pecuniam. ¶ Sed quia erat in lege præceptum, ut nemo uisuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia scenerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum forte perderetur: excogitauerūt & aliam * tegnam, ut pro numularijs collybistas facerent. Cuius uerbi proprietate Latina lingua non exprimit. Collybista dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, uel uilia munuscula, uerbi gratia, frixi ciceris, uuarumq; passarum, & poma diuersi generis. Igitur quia uisuras accipere non poterāt, collybiste, qui pecuniam sceneraturi erāt, pro uisuris accipiebant diuersas species, ut quod in numo non licebat, in his rebus exigerent, quæ numis coemuntur: quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit, dicens: Visuram & superabundantiam non accipietis. ¶ Istiusmodi domus cernens in domo patris sui negotiationem seu latrocinij, ardore spiritus concitatus, iuxta quod scriptum est in sexagesimo octauo Psalmo: Zelus domus tuus comedit me, fecit sibi flagellum ex funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit e templo. ¶ Hoc præter exterius factum, uere magnum & in testimonium ueræ & summæ diuinitatis Christi prædicandum, aliud portendit cruentæ ciuitatis & prophanati templi excidium, totumq; penitus abolendum ab oculis dei præsignat ueteris sacrificij ritum. Quid enī funiculus ille agit in manu potentis, in manu sapientis: Quid nisi Romanum præsignat exercitum, durum ad cædendū, fortem ad ligandū & captiuādū: Qui enim quondam per prophetam dixerat: Væ Assur, uirga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius in dignario meo: nunc per seipsum factis proclamati: Væ magnæ Romani imperij bestia, quæ iuxta Daniele me comedit atq; comminuit, & reliqua pedibus conculcauit. Funiculus itæ meæ, lorūq; ferreū, & captiuandū huius gentis uinculum ipsa est. ¶ Hoc malum portendit illis infaustum prodigium, quod maxime claret ex euangelio secundū Lucam: Nam (ut ille refert) ingressurus in templum, & facturus hoc signum, prius uidens ciuitatem, fleuit super illam & dixit: Quasi cognouisses & tu, quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & cætera. Cum ergo prius illud extremū pronuntiaret excidium, & tunc ad eiciendos illos de domo patris sui, factum de funiculis adhibet flagellum, aperte innuit, se factio præsignare ipsum, quod uerbo prædixerat, malum, quod & secundum naturæ humanæ compassioem deflet, & secundum iustum diuinitatis suæ censuram exercet. ¶ Et congrue uindicta, quia plebendi erant, funiculo præfiguratur, nam ipsi longis peccatorum suorum funiculis circumdabantur. Quorum longitudo rursus secundū Mattheum exprimitur. Nam cum dixisset: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitate: istam addidit, longitudinem funium istorū, quibus circumdabantur, dicens: Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Igitur in signum atq; portentum miseriarum. L. Facto de funiculis flagello, omnes eiecit de templo: oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, menfasq; subuertit. ¶ Non curans si sacerdotem latrocinantium, populūq; deprestantium, lucra perirent. L. Et his qui columbas uendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. ¶ Et hoc ualde denotandum, quod in medio feruore distractionis, in ipsa flamma iusti ardētis: dum sine cura sacerdotum mercimonia proijcit, pauperioribus, scilicet his qui columbas uendebant (non enim diuites, sed pauperes eiusmodi auiculas uendere solēt) pauperioribus ergo parcat, ut nō exturbet columbas quas uendebant: quas cum exturbatæ euolassent, ipsi consequi non possent, & aliquantulo damno affecti, angerentur, ac iure deplorarent. ¶ Illud quoq; non prætereundum, quod cum in alio euangelista de scriptura dicat, proferens testimonium: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum, hic dicit: nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Nam illud dixit scribis & pharisæis, siue sacerdotibus, qui reuera sub specie diuini cultus, quasi in spelunca latentes, prædam & latrocinium, ut prædictum est, de populo faciebant: Hoc autem pauperibus columbas uendentibus loquitur, qui nesciebant quid esset inter dextram, & sinistram suam. ¶ Cæterum secundum mysticos intellectus, quod die Iesus ingressus templum patris, & eiecit omnes, tam episcoposq; presbyteros, & diaconos, quàm laicos, & uniuersam turbam de ecclesia sua: & unius criminis habet uendentes pariter & emētes. Scriptum est enim: Gratis accepistis, gratis date. Menfas quoq; numulariorum subuertit, id est, altaria, uidelicet propter auaritiam sacerdotū numulariorū, menfas appellata. ¶ Cathedras quoq; uendentium columbas, iuxta Mattheum, euerit,

euerit, quod iuxta simplicem intelligentiam accipere absurdum est. Non enim columbæ in cathedris erant, sed in caueis nec columbarum in sitores, putandum est fuisse in cathedris, sed mystice in cathedris magistro dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Quod de ecclesiis dictū est, unusquisq; & de se intelligat. Dicit enim Apostolus Paulus: Vos estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in uobis. Non sit in domo peccatoris nostri negotiatio, non uendentium ementiumq; commercia, non donorum cupiditas: ne ingreditur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum, & de domo negotiationis, domum faciat orationis. ¶ Quomodo autem Iudæi uel heretici Hebronite, id est, pauperes, uidelicet sensu magis quàm nomine, & cæteri, aduersum quos maxime fulminat hæc secundū Iohannem euangelica ueritas: quomodo, quæ so, non audierunt imperiosam uocem dicentis, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis? Audierunt Mariam matrem eius dicentem: Fili, quid fecisti nobis sic, ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te? & iccirco prorumpunt, dicentes: Christum ex Ioseph femine esse natū, & non audierūt, quod hic ipse: Nolite, inquit, facere domū patris mei domum negotiationis: Si agni manueti mitem balatum non audierunt dicentis: quid est quod me quærebatis, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse: Quomodo saltem hunc rugitum leonis nō audierunt, in tempestate & turbine uias suas agētis & omnia terrore aspectus sui subuertentis ac dicentis, domum patris mei nolite facere domum negotiationis. Non enim leue aut paruū est, quod dicens domum patris, addidit, mei. Alius quippe est, quasi dixisset tantū, domum patris. ¶ Hoc fere ubiq; in uerbis eius notandum est, quod cum patrem nominans, addidit meum, de paternitate agit naturæ, qua solus & unicus filius est, & maxime alta sunt & diuina quæ loquitur, ut illud: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: cum uero patrem nominās, non addidit meum, de paternitate agit gratiæ, quæ nobis communicatur, uel qua fratres eius sumus, & tunc magis humilia de seipso loquitur, ut illud, & sicut mandatum de dit mihi pater, sic facio. Sequitur: Recordati uero sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. ¶ Extunc recordati sunt, hoc de illo esse scriptum, ex quo aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. ¶ Recordati sunt ergo de illo fuisse scriptum, quia uiderāt impletum: zelus domus tuæ comedit me, quod longè sonorus dictum est, quàm si dictum fuisset: Zelus domus tuæ inflammauit, uel accendit me. Infirmas namq; humanitatis eius orat in illo psalmo, quæ cum diuinitatem in se habitantem ita contegeret, ut inter homines ambulans, hominibus non appareret, repente sic illum commouit zelus patris sui, ut ipsa infirmitas eius quasi nō cōpareret, quæ hæc tenus hoc agebat, ut diuinitas lateret. Quod enim aliud facere potuisset, si naturæ nostræ infirmitatem non haberet: Comedit ergo illum zelus domus dei, dum diuinitatis fulgurantis splendore se exereus, naturam infirmam operuit uel abscondit. L. Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Quam diu cœlum deronuit, ranæ tacuerunt, quam diu diuinitas fremuit, de illo carnis suæ habitaculo proclamans: auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis: tam diu Iudæi conticescentes, & in palude silentij sui se continentes, contrahiscere nihil ausi sunt. At ubi tonitruum quieuit, rursus proropētes, adhuc tamen quasi iracundo timore, timidāq; iracundia tremētes & palpitantes, quod signū, inquit, ostendis nobis, quia hæc facis? ¶ Iudæi namq; signa petunt, non ad dei, sed ad suam gloriam, scilicet in uanitate sitientes illam, qua lactata est antiquitus infantia gentis illius, miraculorum alimonia mut possint nouis & ipsi prodigijs, sicut & patres eorum, superbire, & cunctis per circuitum nationibus spectaculo esse, non recogitantes, quod patres ipsorū rebelles & increduli, & manna māducare, & in peccatis suis mori potuerint. Aiunt ergo: Quod signum ostendis nobis? Ac si dicerent: Moyse signa & prodigia de cœlo ostendit, & manna dedit patribus nostris: tu si Christus es, sicut Iohāne testificante, uulgo cœpit iam dici, quod signum ostendis? Quid operaris ut credamus quod deus, cuius hæc domus est, pater tuus sit? Hæc illis dicentibus, uere non decebat sapientiam dei, ut illis signa daret, qualia uellent ipsi, nihil aliq; meliores effecti, semper magis ac magis quærerent curiositate insatiabili. Ait ergo: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. ¶ Tria nobis hoc loco differenda sunt. Primum, cur signum quæretibus, cum multa signa fecerit, solum pro signo respondit uirtutem suæ resurrectionis. Deinde de secundū, cur eandem resurrectionem uel mortem suam edixit quidem, sed ab eorum qui signum quærebant, intellectu abscondit. Tertium, cur non qualicumq; figura, sed templi nomine uel similitudine uti uoluit. ¶ Plane ad rem pertinuit, ut illis dicentibus, quod signum ostendis nobis, quia hæc facis, illud signum responderit, quod ad discernendam magnitudinem, uel eminentiam eius sufficiens est. Nam iccirco quæstione pulsabatur, quia de templo illos eiecerat domum esse asserens patris sui: & hoc ab ipso quærebatur, quo signo credendū esset illi. Hoc ergo signum

Cathedræ uendentium.

1. Cor. 13

Cōtra Iudæos & Hebræonitas, dicentes Ioseph esse patrem Christi naturalem.

Lucæ 2 Iohā. 7 Lucæ 2

Duplex modus, quod de patre loquitur Christus.

Iohā. 5 Iohā. 14 in titul. Psal. 68

Lucæ 24

Psal. 68 Iudæi, ut rana cœlo silentes.

Cur signa quærebant Iudæi.

Exodi 16 Numer. 14

Tres quæstiones.

Prima, cur de resurrectione respondit Christus.

go signum respondere debuit, quod sufficeret ad argumentum eius diuinæ maiestatis: imò quo illis exhibitio, cunctos eos de domo patris & regno eius expelleret, simulq; captiuos in omnes gentes disperderet. ¶ Vnde enim magis ueritas diuinitatis eius claruit: unde magis iustitia damnationis uel dispersionis illorum constitit: nisi ex eo, quod crucifixus ab illis resurrexit à mortuis: Moyses namq; & ceteri sancti omnes mortui sunt, & nemo illorum resurrexit: hic autē crucifixus quidem est ex infirmitate nostra, sed uiuit nūc ex uirtute dei. Et huic quidem, quia factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, donauit deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flecteretur, caelestium, terrestriū, & infernorum. Illi autem, quia crucifixerunt eum, de domo dei eieci sunt & tanquam oues & boues, quos in templo uendebant & emebant, in praedam & occisionem cunctis gentibus iuste expositi sunt. Igitur huic percontationi illorum recte pro signo respondit Iesus: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. ¶ Dicitur: Cur tati signi gloriam sic edixit, ut tamen ab his, quibus respondebat, non posset intelligi? Vt si nolebat intelligi, cur non omnino reticuit? Videlicet iccirco non omnino reticuit, sed & hic & multis in locis, aliās obsecrari, aliās manifestius praesignauit, ut hi, qui iam erant uel futuri erant digni reuelatione mysteriorum regni dei, in tempore suo recordarētur uerborum eius, & ad cognoscenda uel credenda facta sequentia dictis eius praecedentibus adiuuarentur. Vnde & subditur: Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia haec dicebat. ¶ Ic circo autē haec ipsa cum diceret ab ipso, quibus loquebatur, intellectu remouit: quia uidelicet, sicut paulo post euangelista narrat: Ipse Iesus non credebatur semetipsum eis. Tales quippe illos esse nouerat, qualibus ipse mysteria consilij sui credere non habebat. ¶ Si enim his, quibus maxime crediturus erat semetipsum, cum diceret: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & tertia die resurget, inquam, cum haec diceret, opportuna moderatione sensus eorum, ut non intelligerent, tenuit, & ut uerbum istud absconditum esset ab eis, quanto magis insidiatoribus suis, quibus nunquā semetipsum crediturus esset, uerbum istud abscondere debuit: Et si discipulos suos, nondum spiritus sancti gratia reformatos, ut res ueteres esse dixit, & ideo uinum nouum non esse infundendum illis: quanto magis in hac pulchra mortuorum, quae pulchra de foris parebant, intrinsecus autem plena erant putredine, sui puritatem consilij non debebat infundere: Recte igitur illis signa quae reuoluitur hoc omni potentiae suae signum, nec omnino reticuit, nec nudo sermone, ut palam intelligerent edixit. ¶ Tertium eorum, quae proposita sunt, illud est, cur non qualicumq; figura, sed templi nominis uel similitudine, responsionis suae sensum aperuit. Et quidē hoc dicto inimicos suos errare fecit, quasi in inuio & nō in uia: fidelibus autē suis referuauit ea quae recordarētur, & tēpore opportuno intelligerent propositi sui mysteria. Errantes enim illi dicunt: Quadragesimum & sex annis aedificatum est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud: Quasi uero ille dicendo, soluite templū hoc, digitum intēdidit in illos parietes magnos & pulchros, aut deus nō in alio q̄ in illo habitare & templo manufacto: eum e contra templi illius constructorem dixisset. Ergo ne putandum est quod uere deus habitet super terram? Si enim caelum & celi ceterosq; te capere non possunt: quanto magis domus haec, quam aedificauit tibi? Sed haec isti surditus audierant, qui templū illud exterius uidebant: multo magis uero illud attenderāt: quod per os eiusdem incarnanda sapientia de semetipsa dixerat: Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, & cetera. Cum ergo sic in praesentia ueritatis errarent, & oculi eorum sole praesente caligarent: Quadragesima, inquit, & sex annis aedificatum est templum hoc: non primam, sed secundam aedificationem significantes. Primus enim Salomon templum in maxima regni sui pace decentissimo septem annos opere perfecit: quod destructum à Chaldeis, post septuaginta annos, ad iussionem Cyri Persae laxata captiuitate, reaedificari ceptum est. Sed filij transmigrationis opus, & principibus Zorobabel & Iesu iubentibus faciebant, propter impugnationem gentium uicinarum, ante quadraginta & sex annos implere nequiverūt. Et hi quidem hoc modo in uerbo ueritatis errabant. Nos autē non solum cum discipulis eius scripturæ credimus & sermone quem dixit Iesus: sed & in errore illorum dicentium, quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, inuitis illis, sensum ueritatis extorquemus. ¶ Hic est enim numerus non quidē annorum, sed dierum: perfectioni dominici corporis aptissime congruit. Tradunt enim naturalium scriptores rerum, formā corporis humani tot dierum spatio perfecti: quia uidelicet primis sex à conceptione diebus, laetitia habeat similitudinē, sequentibus octo cōuertatur in sanguinem, deinde duodecim solidetur, reliquis decem & octo formetur usq; ad perfecta lineamenta membrorum, & hinc iam reliquo tempore usq; ad tempus partus magnitudine augetur. Sex autē & octo & duodecim & decem & octo: quadraginta & quinque faciunt. Quibus si unum adiecerimus, id est, ipsum diem, quo discretum per membra corpus incrementū sumere incipit, tot nimirum dies in aedificatione corporis domini, quot in fabrica templi annos inuenimus. Vnde recte per templum illud manufactū, sacrosanctū ipsius carnem,

Cor. 1 Philip. 2

Secūda, cur eam obsecraret illis respondit.

Nec discipulis mox omnia reuelauit.

Math. 10

Math. 9

Math. 23

Tertia, cur ait: Soluite templū hoc.

Psal. 106

1. Reg. 6

Prouer. 9

Quadragesima sex annorum aedificatio secundi templi est, non primi.

1. Reg. 7

4. Reg. ult.

1. Etdr. 1

Ibidem 1. 3

Formatio hominis in utero diebus quadraginta.

carnem, quam sumpserat de uirgine, figurabat. ¶ Sed & sanctae ecclesiae, quae est corpus eius, & de qua perfidos Iudaeos cum flagello iustae damnationis erat eieciurus: hic idem nihilominus recte congruit numerus. Ipsa enim de uniuersitate generis humani ex Adam propagati, constructi. Nomen autem Adam quatuor literis quibus scribitur, hunc ipsum numerum, id est, XLVI, efficit, si in computo Graeco considerentur. Nam & unum, & quatuor: iterum & unum, & quadraginta significant qui simul sunt quadraginta sex. ¶ Illud quoque sciendū, quod eisdē quatuor literis, id est, & iterum & quatuor partes orbis designantur, in quas sparsus est Adam in litis suis, de quibus uniuersitas ecclesiae colligitur. Nam in principijs nominum partium mundi, haec quatuor leguntur: uidelicet septentrio, quod est septentrio, ab & incipit: & delta, quod est occidens, à & dicitur, quod est oriens, ab & incipit: & epsilon, quod est meridies, à & incipit. ¶ Mystice ergo XL & VI, annos in adiumentum fidei sumentes date statimur eos, qui hunc annorum numerum infideliter obiecerunt: quia maledicti sunt, eo quod sicut à patriarcha Iacob in typo, Simeon & Leui fuerat praedictum, uasa iniquitatis effecti sunt, quia in furore suo occiderunt uirum & in uolūtate sua suffoderunt murū. Maxime enim hi, qui fuerant de tribu Leui: scilicet, scribae & pharisaei, ealem occiderunt uirum, tanti templi clauis, & lancea suffoderunt murum. ¶ His ita iam dictis, notanda est diligenter euangelistae intentio, dicentis: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cur enim hoc tandem intulit, nisi ut haereticos hoc quoque dicto percuteret, Christo de filio linguis uiperijs detrahentes: contra quos, ut sepe dictum est, hoc euangelium maxime conscriptum est: Quod ut manifestum sit, querere nunc libet ab eisdem haereticis: Cuius nisi templum dei est? Creaturae quippe alicui templum, nec aliquando factum, nec unquam faciendum uel dicendum est. Hic autem proprium templum corpus suum appellat de filius. Quis enim, nisi dei filius, nisi uerbum incarnatum, loquitur: soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud? Deus ergo est, quia templū habet: quantum uis e contra grunniāt crassae suae, in suis se paludibus uoluerantes. Ex procul dubio dignus est hoc templū filij dei, tēplo illo patris sui, de quo dixerat: Nolite facere domū patris mei domū negotiationis. Hoc enim templū non manufactū, iam in aeternū dirui nō potest: illud manufactū, habitatorum non habes deum, dirutum est. Et de hoc templo iuxta Ezechielem à latere dextro aqua egressa est, & omnes ad quos peruenit aqua ista saluati sunt. De illo autē templo à scribis & pharisaeis sanguis effluere nō cessat, quem sibi met imprecati sunt dicendo: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Sequitur: Cum autem esset Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in eum, uidentes signa quae faciebat. Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis. ¶ Isti credentes in eum credendo quoque errabant, ita, ut, sicut praedictū est, merito Iesus semetipsum illis non crederet. Nam credebatur quidē, quod ipse esset Christus, qui talia coram ipsis operaretur: sed regnum eius carnaliter aestimantes, humilitatis eius uias uel regni ipsius mysteria percipere non merebantur. Talium uanitatem spiritus sanctus redarguit in psalmo, dicens: Vanum est uobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. ¶ Nam ante lucem surgere, quod omnino uanum est, illi appetunt, qui ante tempus exaltari quae uult, qui nō recto ordine ad festiuitatē gloriae nituntur, id est, qui non prius humiliantur, ut postea merito exaltentur. Sic nempe isti, qui uidentes signa, quae faciebat dominus noster, credebant in eum: uani uolebāt uenisse & regnare Christum, ut illo regni ipsi, iuxta carnalem intellectum suum, fortitudinem gentium comederent, & in gloria eorum superbirent: hunc ipsum esse Christum credentes, nondum humiliati cum illo, iam de exaltatione sibi met applaudebant. ¶ Sic & filij Zebedaei, quorum hic Iohannes unus est, nondum humiliati, iam exaltari uolebant, dicentes: Magister, dic, ut unus ad dexteram & alius ad sinistram se deamus in regno tuo. Inuanum ibant, quia lucem praere uolebant, id est, ante Christū exaltari quae rebant, & alia uia, nec seruato ordine, quem ipsa lux disponebat, ad exaltationem properabant. Nam antequam humiliarentur secundum passionem domini, iam sibi loca eligebant ubi sederēt, unus ad dexteram & alius ad sinistram. ¶ Quare autem non aequae his & illis semetipsum abscondit uel credidit: Filij namque Zebedaei statim semetipsum credere incipit, dicendo: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: ac deinceps paulatim illis arcana caelestia cōmittit, maximeque huic Iohāni, cui sempiterni secreta principij, multisque reuelationum caelestium thesauros ostendit. Istis autem qui crediderūt in eum, ipse Iesus, inquit & euangelista, non credebatur semetipsum. Quare ergo hos & illos tam diuersa sorte distinxit? Sequitur: Leō quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine. ¶ Firmissima plane ratio, atque ad satisfaciendū sufficiens ei, qui ab Apostolo didicit, quod non dicat signum ei qui se finxit, quare me fecisti sic. ¶ Primum uero dicendum, de hac eadem ratione, non uana neque infirma, quia secundū saepe dictam euangelistae intentionem, aduersus haereticos edita est. Quis enim nouit omnes homines, nisi scrutans corda & renes deus? Cui nō est opus ut quis testimonium perhibeat de homine, nisi deo cui ueraciter dictum est, tu solus nosti corda omnium filiorum hominum? Quis denique scit quid sit in homine, nisi

Numerus XLVI. in hac uoce Adam designat corpus ecclesiae. Quatuor partes mundi.

Gene. 49

Christi uere deus esse, q̄d habet proprium tēplū.

2. Petri 2 Dignus tēplū Christi, q̄ tēplū illud patris. Ezech. 47

Math. 17

Vane quidā in Christum credebant. Psal. 106 Ante lucē surgere.

Math. 20 Marci 10

Questio de praedestinatione.

Roma. 9 Et hic probatur Christus uere deus. Psal. 7 Hier. 17

Reg. 9
Reg. 10

Math. 7
Roma 3
Præcitiæ
dei non est
causa peccandi.

Hæreticū ē
negare libe-
rū arbitriū.
Roma 3

CAP. III.

Nicodem⁹
homo aliq
tanq̄ non
hominis.

1. Cor. 2

Differentes
uenerit ad
Iesum no-
cte Nicode-
mus & alij
Iudæi.

Math. 3

Prouer. 3

Idem.

Cur potius
Rabbi q̄
magister
hic ponit.

deus, de quo non uane dictum est, homo uidet in facie, deus autem inspicit cor? Igitur hic etiam euangelista iuxta propositum suum manifeste Christum esse, deum testatus est, dicendo, eo quod nosset omnes. Si autem omnes nouit homines, utique & illos nouerat qui crediderunt in eum, signa uidentes quæ faciebat. Ergo secundum quod eos nouerat, discrete cum illis agere debebat, uidelicet ut carnalia sapientibus recte spiritualia non obijceret, presertim cum eius consilij non sit sanctum canibus dare, uel margaritas ante porcos mittere. ¶ Non enim, quamuis habeat figuralem potestatem facere de eodem luto aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam, iccirco existimandus est figuralem nosfer erga nos hac uti libera potestate sine præeunte causa iustitiæ, uidelicet, quod iccirco sint multi homines uasa contumelie, quia noluit illis honorem ostendere notitiæ suæ. Nempe potius iccirco non uult illis honorem suum infundere, quia sunt ipsi uasa contumelie. Et ut manifestius dictū sit, non iccirco quifque male agit unde peccat, quia deus illum morti prædestinauit, sed iccirco deus illum morti prædestinauit quia male acturum præsciuit, sicut contra hæreticos liberum arbitrium negantes copiose disputatum est ab adiutoribus dei. Nam, teste Apostolo, sicut uocationem prædestinationis dei, sic prædestinationem eius præscientia præcedit. Igitur, quod ait euangelista, Iesus autem non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine: tale est, ac si dicas de prouido quouis homine, noluit uasculis illis uel illis uinum suum infundere, eo quod illa sciret ipse coeno oppleta esse, & non erat illi opus, ut quis profere iret inspicere, ipse enim per semetipsum curauit & potuit introrsum peruidere. Nunc sequentia uideamus narrationis euangelicæ. Et erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic uenit ad Iesum nocte. Et dixit ei, Rabbi, scimus, quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. ¶ Hic homo non tam pro natura quam pro ratione dici æstimandus est. Si quidem & illi quibus Iesus non credebat semetipsum, omnis quidem natura homines erant, sed quia non rationabiliter quærebant ea quæ nesciebant, quodammodo homines non erant. Hic autem deo fauente in his quæ uidit & audiuit rationis ope usus est, quia sola iuuatur, ut brutis animantibus simus dissimiles. Videns enim signa quæ Iesus faciebat & non intelligens ea quæ dicebat, non in stultam admirationem euanuit, quem admodum illi, qui dixerant xlvj. annis edificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud: sed ut rationalis homo præparans se ad percipienda ea quæ dei sunt, forti argumētatione constrinxit se, ita proponens: Rabbi, scimus, quia à deo uenisti magister, ac dein de firmissimam rationem subiiciens: Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. ¶ Quid uero gratiæ, quid bonæ & prædicandæ in doliis habet, quod uenit ad eum nocte? O laudabilis lictor, & uenerabilis executor, multum dissimilis Iudæis quorum princeps erat, & pharisæis ex quibus erat, qui miserunt ad comprehendendum illum nocte, ad quem audiendum ipse uenit nocte. Miserunt illi nocte ut comprehenderent Iesum sine turba: uenit hic ipse nocte ut audiret Iesum sine turba, cui Iesus semetipsum non credebat. Illi hora sua male usi sunt & potestate tenebrarum: hic doctriinæ aptum nocturni silentij bene captauit otium. Et illi quidem comprehendendo & ligando amiserunt saluatorem Christum, hic interrogando & audiendo inuenit & tenuit Christum dei uerbum. Igitur homo hic erat princeps Iudæorum. Ipsi autem Iudæi genimina erant uiperarum. Erat hic ex pharisæis secundum nomen suum diuidētibus & à deo diuisis, sed ab illis exiens, uni adhæsit, uni uerbo dei se coniunxit. ¶ Vnde & contigit illud uoce sapientiæ prolatum beatitudinis præconium: Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas, & obseruat ad postes ostij mei. Hic enim ad fores sapientiæ nocte uigilauit totis oculis, non minus animi quam corporis nocte una hic ad fores eius humano diei clausas uigilauit. An non sapientiæ domus erat illud in carnati uerbi corpus, de quo paulo ante dixerat Iudæis eadem sapientiā habitatrix eius, soluite templum hoc, & in tribus diebus ædificabo illud? An non clausæ erant domus uel templi huius fores illi maxime in reuerenter pulsantibus ac dicentibus: quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus ædificabis illud? cum & his qui crediderunt in eum clausæ essent euangelista dicentem: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Sed hic reuerenter accedens, remotis imò & dormientibus illis, quibus secreta templi huius non decebat aperiri, uigilans & obseruans amica uoce pulsauit, & habitatricem sacri peccatoris sapientiā ad se per apertos oris ac linguæ postes euocauit. Beatus ergo est quia & tenebrarum filios, quos forsitan adhuc timebat, effugiens, lucem in nocte quæ fuit & inuenit, maximamque ab ore sapientiæ hausit sacramenta nostræ salutis. ¶ Sed iam isto interrogante, respondentis domini scrutemur uerba, nostrisq; faucibus & ori nostro dulcia super mel & fauum experiamur eius eloquia. L. Rabbi, inquit, scimus, quia à deo uenisti magister. ¶ Poterat sic scribi: Magister, scimus, quia à deo uenisti magister. Sed opportuna linguarum uarietate usus est, non solum pro ornatu dicendi, uerum etiam gratia sensus elucidandi. Sic enim melius elucet, quæ

ita dixerit. Scimus, quia ad hoc à deo uenisti, ut sis magister. Dicitur autē rabbi pro excellentia magisterij, cum in Latinū ut cætera uerba Hebraica uerti poterit, sicut & alia quæ dā non interpretata proferuntur pro excellentia uel dignitate eorū quæ significātur, ut Alleluia, Amē, & si qua huiusmodi reperiantur. Et quidē iure beatificamus rationabile studij hoīs, quod deposito supercilio pharisæorū, ex quibus erat, dominū nostrū adiens, magistrū illū uocauit uera intentione discendi, sed hoc deesse noramus, quod necdū illū magistrū simul ac dominū uocare non uult, ut iam illi æquaretur, quos approbans ipse: Vos, inquit, uocatis me, magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Verum ignoscendum est illi, & expectanda est eius laetitia & edē rula fides, donec crescat & proficiat, moxq; compleatur in illo, quod scriptum est: Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Hoc interim gratulamur, quod illum pedibus appropinquare uideamus, dum dicit: Scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. ¶ Illi, qui ab hoc eodē magister se se elongabant, scilicet pharisæi, ex quibus & hic erat, quid dicebant? In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Attamen idem quod iste idem plane & illi sciebant. Nam de se & illis ait hic: Scimus quia à deo uenisti magister. Iccirco recte arguuntur illi uerbum dixisse contra spiritum sanctum, quod non remitteretur eis neq; in hoc seculo neq; in futuro, quia scietes eum in digito dei eijcere dæmonia, quod & magi in Aegypto coram Pharaone, Moysē signa faciente, scire poterant. Dixerunt enim: Digtus dei est hic. Scientes ergo illum in spiritu sancto dæmones eijcere, dicebant: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, quod idem est ac si dicerent, quod auditu quoq; nefas est, spiritus sanctus Beelzebub est. Ergo quia tantum ore confessus est, quantum corde intelligere potuit, uidit Iesus, imò & ante uiderat, quod semetipsum credere deberet huic, eumq; ueræ sapientiæ, quæ ipse est, secretis admisit. Nam sequitur: Respondit Iesus & dixit ei: Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, nō potest uidere regnū dei. Amen amē, id est, uere uel fideliter. Et congrua sibi et affirmatione in carnata ueritas dicta sua confirmat ut somnolentū & de futuro non cauentem excitet, & attentum reddat. ¶ Notandum uero, quod cum in cæteris euangelistis, aliis crebrius, alius rarius, semper autem simpla hæc affirmatiua dictiuncula ponatur, in hoc solo euangelista sapius & eadem semper duplicata, reperitur. Quia uidelicet quæ ab hoc referuntur, maiora & diuinius sunt, & iccirco concitatore, id est, geminato, semper affirmationis clamore magis atretum efflagitant auditoris animum. Potest & sic recte intelligi, quod amen dictum sit pro ipso nomine ueritatis, quæ est ipse filius dei, iuxta illud in Apocalypsi, hæc dicit amen, testis fidelis & uerus, qui est principium creaturæ dei, & sic dicat, amen amē dico uobis, ut intelligas eum diffusula, prosequamur. Nisi quis natus fuerit denuo, inquit, non potest uidere regnum dei. Hic iam attenti, quoniam non solos sacramentorum ruminare nucleos, sed & literarum uellere corticem, uobis propositum est. Quærimus primum, ad quid dominus hoc responderit, quia sicut se habet euangelicæ textus literæ, respondendo Nicodemo hæc intulit. At ille quæstionem nullam proposuisse uidetur, ad quam de uidentem regno dei consequenter responderit Iesus. Quod si ita dixisset, scimus, quia à deo uenisti Christus rex, nulla de conuenientia responsionis quæstio superesset. Igitur nos quoq; nostræ noctem ignorantij discutiētes, & cum hoc Nicodemo in adiutorio ueritatis uigilantes, primum ab intentione eiusdem Nicodemi uiam quæramus, ad audienda quæ dicuntur huic magna & profunda mysteria regni dei. Hoc primum nemo qui dubitet Nicodemum non defuisse multis illis, qui, ut supra dictum est, in die festo crediderunt in eum, uidentes signa quæ faciebat. ¶ Quid autem credebant in eum, nisi quod ipse esset Messias, quem olim expectabant uenturum regem magnum, regem uictorio sum? Hæc ergo Nicodemi nocte uenientis erat intentio, ut ab eo disceret, quando uel quomodo in throno David resideret, & restitueret regnum Israel. Nec uero ab hac intentione propositio eius dissonare putanda est, dicens, scimus, quia à deo uenisti magister. Denique ipsi quoque qui scripturas à deo nesciebant, non solum regem, sed & doctorem iustitiæ Christum fore sperabant. Vnde & loquitur ad eum mulier Samaritana: Scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis annuntiabit omnia. Quanto magis hic, qui erat magister in Israel, sciret, imò recte hunc, quem esse Messiam credebat, magistrum uocare potuit. Hæc igitur perpendentibus ualde iucunda & ammirabilis elucet ista responsio, tam congrue, quam uere reddita, ut eloqui summam decebat sapientiā, ore proprio: Amen amen, inquit, dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo nō potest uidere regnum dei. Quid enim amplius ammirari poterant uiri barbari, iam filijs suis circumfusi, qui se putarent hereditario propter patres regno dei iam idoneos, iamq; cordis auari sinum laxabant, affluxuris (ut putabant) in illo regno diuitijs, atque in contemptum omnium gentium robustam ceruicem erigere fuerant parati? Quid amplius poterant ammirari, quam id, quod nisi prius nascerentur, nō essent uisuri regnum dei: Nonne facilius cōstare poterat apud illos, nullum fore regnum dei, quam

Iohan. 11

Deut. 33

Blasphemia pharisæorum in spiritu sancto. Matth. 12

Exod. 18

Amen.

Cur in Ioh. hæc Amē geminatur

Apocal. 3

Questio de responso Christi.

Quid de Messia credebant Iudæi.

quid Samaritani. Iohan. 4

aliquem natum posse denuo nasci? Vnde: L Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nūquid potest in uentre matris suæ iterum introire & nasci? Imò quia senex, quia uetus homo est, in ueteraui enim inter omnes inimicos suos, iccirco oportet eum denuo nasci, oportet alterari, oportet alia generatione renouari. ¶ At ille terreno sensu celestis hominis dicta penetrare non poterat, iccirco dicebat: Nunquid potest homo in uentre matris suæ rursus introire & nasci? Solam enim natiuitatem uel generationem illam attendebat, quæ ex sanguinibus & ex uoluntate carnis, & ex uoluntate uiri fit, unde non nascuntur ut sint filij dei, aut ut uideant homines regnum dei. Veruntamen hoc impossibile uel regno dei inutile, non illa obijciebat intentione uel spiritu, quo illi dixerunt superius, quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus ædificabis illud? Alioquin nec huic semetipsum crederet. Iesus. Pulsabat potius ardore discendi, non obstrepebat liuore aduersandi. Se potius deficere sensu, quam illum proferre inania arbitrabatur. L Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei. ¶ Non, inquit, impossibile est, quod proponitur, uolentibus introire in regnum dei. Nec enim dixi, quod oporteat hominem in uentre matris suæ rursus introire & nasci. Alia natiuitas est qua possibile est hominē, quamlibet senem, denuo nasci. Possibile est namq; aquam homini adhibere, spiritum sanctum super aquam inuocare. Inuocatus autē statim adest & familiare sibi elementum sanctificat, familiare, inquam, nam & in principio ferebatur super aquas. Et omnino impossibile est, inuocationem nominis eius irritam fieri, maxime ad hoc opus super aquas, cum nomine patris & filij inuocati. Itaq; non in uentre matris suæ, sed in fontem gratiæ dei potest homo introire & denuo nasci. Aliās autem & uere in uentre matris suæ rursus ingreditur, quando in sinum huius gratiæ uera fide reducitur. Mater enim nostra gratia est, mater nostra dei & beatorum omnium angelorum eius una cōcors & dilecta ciuitas est. De cuius utero tunc male nati & foras proiecti sumus, quando in primo parente, deferta paradisi reque, propter peccatum expulsi in hoc exilium dei dimisimus. ¶ Cuius natiuitatis infelicitatem uir sanctus mystice deplorat dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cōceptus est homo. Quare nō in uulua mortuus sum? Egressus ex utero nō statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus uerberibus? & cætera. His enim dictis, quatuor originalis deplangit incrementa peccati, scilicet suggestionem, delectationem, consensum, defensionē, quibus quatuor modis omne peccatū consummas. ¶ Sic ergo nati ad mortem, recte renasci dicimur ad uitam, quando eiusdem matris nostræ, à qua per peccatum diuisi sumus, uidelicet supernæ ecclesiæ, sacramentis per baptismū immergimur. Sic enī à tribus sinistræ generationis gradibus, ad tres nihilominus dextræ generationis gradus transmigramus, scilicet à diabolo ad deum, à ueteri Adam ad nouum, id est, Christū, à proprijs carnis nostræ progenitoribus ad sacros catholicæ ecclesiæ ministros uel sacerdotes, per quos ascendere incipimus. Igitur cum dixisset Nicodemus: Nunquid potest homo in uentre matris suæ rursus introire, & nasci, recte dominus non negauit hoc posse fieri, quia uidelicet nō quidem secundum carnalem illum sensum potest fieri, sed secundum spiritualis sacramenti ueritatem fieri potest, & fit. ¶ Sciendum autē non cōfitemur hoc dicto cœpisse sacramenti huius celebrari uirtutē, sed nec quod diu idem dominus noster deus immortalis homo inter homines deguit, nostram indutus mortalitatem. At ubi resurgēdo ipse à mortuis regnare cœpit, priorq; in regni sui gloriam intrauit, tunc primū cœperunt renasci qui uiderunt regnū dei, uidelicet per baptismum commorrendo & conresurgendo illi data tunc primum regula baptizandi ab eo dem dicente: Euntes docete omnes gentes, baptizate eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Non enim uel per baptismum Iohannis, uel per aliquod aliud remedium cuiquam poterat aperiri hic, de quo nunc agitur, introitus regni dei, priusquam ipse rex per passionem suam acquireret regnum dei, priusquam per aquam & sanguinem de latere suo profluētē, ipsum conderet sacramentū baptismi, uniuersam ecclesiam, quæ illum apud inferos expectabat, sicut alio iam loco dictum est, eodem sanguine redimens, eademq; aqua abluens in peccatorum remissionem. ¶ Quoniam autem hæc homini circumciso locutus est, & sine ulla exceptione circumcissionis aut præputij dixit uniuersaliter, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnum dei. Res ipsa postulare uidetur, ut quæramus, imò & quærentibus cum Apostolo respondeamus, quid amplius Iudæo, aut quæ fuerit utilitas circumcissionis? Constat enim, quia cum hæc diceret dominus, nullus adhuc introiret in regnum dei. Ergo dum sine exceptione dixit, nisi quis renatus fuerit, constat & illos oportuerat renasci ex aqua & spiritu sancto, qui apud inferos detinebatur, quamlibet fuissent sancti aut iusti, & sicut alio iam loco dictū est, tunc est factū, quando Christus in cruce moriens, Adæ debitum soluit, uniuersamq; ecclesiam, quæ hæcenus fuerat, regenerauit, ubi mortuus, mirabiliter sanguine & aquam de latere suo profudit, unde illa renasceret, sicut dormientis Adæ lateri costam subduxit, unde Eua fabricaretur. ¶ Igitur de causa uel utilitate circumcissionis ita differend-

* Renasci. Pal. 6
 Duplex natiuitas uel generatio hominis carnalis. Iohan. 4 Iohan. 2
 Spiritualis. Gene. 1
 Peccatum originale. Iob 9
 Virtus baptismi post resurrectionē Chri. Matth. ult. Iohan. 19
 Supra lib. 2 Patres ilimbo per sanguinē & aquā Chri i cruce baptizati sunt. Roma 3 Coloss. 2 Iohan. 19 Gene. 2 Causa &

differendum est, ut pariter intelligamus, quod recte extunc cessare debuerit, ex quo moriente Christo in cruce, baptismi sacramentum cōditum. Circumcisionem pro signo iustitiæ fidei datam esse, Paulus apostolus testatur, dicens: Dicimus quia reputata est Abraham fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcissione, an in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio. Et signum accepit circumcissionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reperitur & illis ad iustitiam, & sit pater circumcissionis, & cætera. ¶ Hoc manifestum est ex serie libri Genesis, quod Abraham ante circumcissionem iustificatus est per fidem, eadem scriptura dicens: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Hic autem addit Apostolus, quia signo circumcissionis signatus est, dicēdo, & signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiæ fidei. Signatus est quippe tanquam uas iustitiæ, continēs thesaurum fidei, quam deo iam obtulerat in pretium promissionis, ut hoc signo testamentum eiusdem promissionis firmaretur, & iure teneretur debitor qui promiserat deus. Cum enī dixisset deus: Circumcideret ex uobis omne masculinum, & circumcideretis carnem præputij uestri, statim addidit, ut sit signum fœderis inter me & uos. Bene ergo Apostolus ait quia signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiæ fidei. ¶ Quid autem deus promiserat illi, uel quid credendo iustificatus est, ut hoc fidei signum accepit? Hoc utiq; promiserat deus, & hoc ille crediderat, quod futurum esset semen eius, sicut stellæ coeli, & quod in semine eius benedicerentur omnes gentes terræ. Quæ promissio de benedicens gentibus, in semine eius, prima & ultima allocutione eius firmata est. Prima namq; apparitione præcipiens illi, ut egredieretur de terra, & de cognatione suâ benediceret, inquit, benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum, atq; in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Vltima uero quando filium suum deo obtulit uocans illum de cœlo, cum interpositione iuramenti benedictionem repromittens, possidebit, inquit, semen tuum portas inimicorum suorum, atq; in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, quia tu edidisti uoci meæ. Vnde & repromissio dicitur, quia primo & secundo de li ad iustitiam reputata est, in eo fuerit, quod credidit in promissione seminis, & hanc fidem deus signatam esse uoluerit, ubi inuenientius quàm in ea parte corporis, per quam semen tranſcitur, signari debuit? Solent enim irridentes obijcere Iudæi, cum dicimus eis, circumcissionem signum fuisse fidei? Cur, inquit, nō potius in aure, uel in labijs, siue in alia qualibet uia corporis parte quàm in ea quæ semper operitur, positum est hoc signum, ut melius pareret si, ut dicitis, pro signo fidei circumcisio data est? Attamen hoc ipsi negare nequeunt suæ scripturæ autoritate cōstriciti, quin pro signo fidei, sicut prædictum est, à deo data sit. Eis ergo dicimus: Cum circumcisio fidei signum sit, fides autem in seminis promissione fuerit, nonne cōuenientius secundum causam in ipso seminis effusorio quàm in alia qualibet corporis parte poni debuit? Igitur, ut prædictum est, cum autoritate Apostoli, imò & scripturæ ueteris, circumcisio fidei signum est. At uero ipsa fides in promissione seminis est. ¶ Constat ergo, quia circumcisio, eiusdem seminis expectandi professio est, & quisquis circumcinitur, semen illud se expectare profitemur, quod est Christus. Non enim promissio facta est de seminibus, quasi de multis, sed de semine uno scilicet quod est Christus. Quisquis autem se hoc semen profitemur uenturum expectare, profecto negat uenisse. Igitur quicumq; Christum in carne uenisse cōfitemur, ab illa circumcissione, eiusdem Christi domini nostri solo sacramento indigemus, de quo nunc agitur, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Qui si circumcideremur, Christus nobis nihil prodesset, quia uidelicet hoc signo uenturum nos expectare profiteremur, ac per hoc uenisse negaremus. ¶ Sed dicit ad hæc Iudæus: Quod deus semel in sempiternum statuit, nunq; ipse mutari concedit, aut præcipit. Ac quiescimus, immutabilis enim est deus. Subiungit itaq; Statuit circumcissionem in pactum sempiternum, in fœdus æternum. Sic enim de illo loquitur ad Abraham: Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te, in generationes tuas, fœdere sempiterno. Et post pauca: Erigis pactum meum in carne uestra in fœdus æternum. Igitur nō est hic à deo, qui & per semetipsum stabbat non custodit, & per baptizatos uel baptistas suos sempiternum circumcissionis pactum dissoluit. ¶ Ita Iudæis argumentantibus, illum psalmi uersiculum oportune importu ne decantamus, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Hoc enī in illis isto modo impletur, dum scripturæ huius cæterarumq; sacrarū mensa leuodalizati ad lucē ueritatis prouenire nō finantur. ¶ Quid enī? Nunquid hoc scriptura ista prædicat, quod deus circumcidendi ritum indixerit in æternū? Nascendi & generandi successio eterna non erit, & circumcidendi lex æterna esse poterit? Quid ergo? Ipsa scripturæ uerba melius inspicimus, ne uallatenus excusabiles illos esse suspicemur. Quid deus uoluit esse æternū? Quid statuit ut esset sempiternū? Pactum suum, fœdus suum, Quod est illud fœdus quod est illud

utilitas circumcissionis. Rom. 4
 Iustificatio Abraham p fidem. Gene. 15 Rom. 4
 Gene. 17 Rom. 4
 Promissio dei & fides Abraham circa semen eius erat. Gene. 15 Gene. 12 Gene. 22
 Circūcisio in effusorio seminis.
 Circūcisio cū post passū Chri fū esse aut fieri non debet. Galat. 7 Galat. 5
 Argumētatio Iudæorum de fœdere sempiterno. Gene. 17 Iob 9
 Solutio quæ male intelligunt scripturas. Pal. 68
 Circūcisio non fœdus sed signū erat fœderis sempiterni

Gene. 17

Pañi eter-
nū est, non
ipā circun-
cisio.

Non sola fi-
des apit re-
gnum dei
sed fides cū
baptismo.
Roma. 10

Esaia 54
cur nos nō
circuncidi-
mur sicut
Christus.

Luca 22

Solutio hu-
ius questio-
nis.

Roma. 15
Galat 4

Gene. 15
Matth. 1
Nume. ult.
Psal. 88

Chrs secundū
carnem
neg genuit
neg circun-
cidit.

Triplex foe-
dus dei cū
hominibus
Primū, cū
Noe in ar-
cu nubi.

Gene. 6

Gene. 9
Secundū cū
Abrahā in
circūcisioe
Gene. 12
Gene. 17

est illud pactum? Nunquid ipsa circuncisio foedus est aut pactum? Non utiq; sed est foederis uel pacti signum. Cum enim dixisset deus, circuncidetur ex uobis omne masculinum & circuncidetur carnem praeputij uestri, statim addidit, ut sit signum foederis inter me & uos. Non ergo circuncisio foedus sed signum foederis est. Quantum distat inter testatoris scriptum, & ipius quod impressit sigillum, tantum distare certum est inter eam quae ad Abraham facta est feminis, quod est Christus, promissionem, & ipsam circuncisionem. Promissio namq; feminis occurrente alacriter fide Abrahā, pactum uel foedus est, circuncisio uero signum foederis est. ¶ Et pactum quidem dixit deus fore sempiternum, cum autem dixisset, ut signum foederis inter me & uos, non addidit aeternum. Tunc enim fortasse recte intelligi ut cunctiq; posset, q; circuncisio in aeternum exercenda esset, quod tamen sic impossibile est, sicut generandi uel nascendi successionem aeternam esse uerum non est. Nunc autem pactum quidem aeternum est, quia semen aeternum promissum & creditum atq; datum est, circuncisio uero, quae pacti uel foederis signum est, nec aeternaliter exerceri potest, nec iam, postquam illud semē, quod promissum fuerat, uenit, exerceri debet. ¶ Quare ut adhuc cur sancti patres ante aduentū Christi non introibant in regnum dei? Nonne per eandē fidem fuerant iustificati & ipsi? Ad quod respondemus: Cur sacramentis sanctae ecclesiae, uerbi gratia, corporis & sanguinis domini, cōmunioni, non admittuntur catechumini nostri? Nonne corde credunt, & ore confitentur fidem Christi? Videlicet inquis, quia nondum sacro fonte sunt regenerati. Ita plane ueteres sancti circūcirco ab illa caelesti ecclesia nō debebant in communionem gloriāe & uisionis dei recipi, nec fas erat, ut inter candorem innocentiae uel charitatis angelicae reciperentur, quales cunctiq; humani generis iustitiae, quae omnes, testante Esaia, sic erant, sicut pannus menstruatae, nisi prius lotae essent sanguinis & aquae de Christi latere profluentis, inundatione. ¶ Adhuc nihilominus aduersarius Iudaeus obiicit: Cum ipse, qui uobis baptismum dedit, Christus noster circuncisus sit, qua ratione circuncisionem excluditis, ut non exemplo eius circuncidamini priusquam baptizemini? Cur illud nostrae religionis non admittitis, quod in carne sua Christum uestrum admisisse negare non potestis? Mirum si non & illud obijciant, cur non & pariturum aut duos pullos columbarum offeramus in sacrificium pro paruulis nostris primo genitis: cum & ipse Christus noster huiusmodi hostia secundum legem Moyfi mundatus sit. ¶ Verum praedictam objectionem, & omnium imprudentium hominum ignorantiam, sanus sermo fidei iam dudum obmutescere fecit. Primo namque dicimus cum Apostolo, Christum ministrum circuncisionis datum propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, qui & circūcirco sub lege factus est, & recte legaliter circuncisus est, ut circuncisus legitimus & inreprehensibilis minister salutis suae gratiam praedicaret. Deinde & hoc subiungimus, quia semen, quod Abrahāe promissum est, ipse Christus est, semen unum, propter quod, donec ueniret, generationes computatae sunt, tribus & familiae, cognationes ac domus seorsum distinctae & diligenter obseruatae sunt, ne cum Christus ueniret incertum esset, quin de semine Abrahāe, de tribu Iuda, et de familia Phares, de domo Dauid, cuius fidei nihilominus fuerat repromissus, existeret. At ipse Christus neminem secundum carnem genuit, sed aeterna uirginitate carnem suam continens, generationes carnis Abrahāe in se uno semine quod illi repromissum fuerat, consummatas ostendit. ¶ Et si rite attēdas, uerbum promissionis ultra hoc semen Abrahāe, quod est Christus, nulla genealogia carnis eiusdem Abrahāe protendi iam debet aut supputari: Igitur sicut Christus neminem secundum carnem genuit, ita consequenter neminem secundum carnem circuncidare debuit. Ab eis de quibus secundum carnem natus est, recte secundum carnem & circuncisus est, recte nihilominus neminem nostrum secundum carnem circuncidit, quorum neminem secundum carnem genuit. Vbi Christus haeres aeternus datus est, protinus sicut generatio carnis in illo desit, sic & circūcisio carnis iure deficit. Alterius, id est, spiritualis, genealogiae principij ipse, ac proinde alterius quoq; sacramenti nobis autor est. Secundo namq; in eandē tertio, nobiscū deus in Christo pepigit foedus. ¶ Et nota diligenter foederis quod deus cum hominibus pepigit, foederis, inquam, eius ternarium nota diligenter incrementum. Primo, namq; cum Noe. Secundo, cum Abraham, tertio, pepigit cum semine eius, quod est Christus. Et secundum rem fidemq; singulorum uariā uel magis ac magis prope fecit in singulis foederis sui signum. ¶ Siquidem Noe, quia dicente deo futurum credidit diluuium, credensq; obediuit in fabricando arcam, & fecit omnia quae cunctis praecepit ei deus, accepit signum secundum rem fidem, quae suam congruum, scilicet arcum in nubibus caeli positum dicente deo, ponam arcum meum in nubibus caeli, & erit signum foederis inter me & inter terram, & recordabor foederis mei quod pepigi tecum, quia uidelicet potissimum de nubibus defluxit ipsum, quod loquente deo futurum crediderat diluuium. ¶ Abraham uero quia credens obediuit deo praecipienti, ut egredieretur de terra & de cognatione sua, & promittenti q; bene dicens benediceret & multiplicaret eum, & q; in semine eius benedicerentur omnes gentes, signum accepit foederis dei, non iam extra se, sicut Noe, qui accepit in

pit in nubibus, sed in semetipso ueruntamē in carne exterius, in ea duntaxat corporis parte, per quam, ut supra dictum est, semen traducitur, congrue scilicet, quia in feminis promissio non dubitauerat fide cōfortatus. ¶ Christus tandē, quia non solum fideliter, sed & scienter feruens, (nihil enim ignorare poterat) factus est obediens patri usq; ad mortē, mortem autem crucis: accepit, imō & dedit, foederis aeterni signum sempiternū, iam neq; extra hominē, nec in parte hominis ponendū, sed quo totus homo intus & exterius, uisibili sacramento, pariter & inuisibili uirtute, regeneratur & sanctificatur. De quo ut petra tractemus, iam ad ipsa lectionis euangelicę uerba redeamus. ¶ Nisi quis renatus fuerit, inquit, ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū dei. ¶ Et qui uerba dei ponderare nouit, & claro intuitu splendorem diuini agnoscat eloquij, longe circumspectius dictum esse liquet, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: q; si dictum esset, nisi quis fuerit baptizatus. ¶ Nam uidetur quidem id ipsum significare baptizatus, quod renatus ex aqua & spiritu: uerum non nihil differt. Et enim baptizatus quidē est omnis qui renatus est ex aqua & spiritu: sed non eō uerso, omnis qui baptizatus est, ex spiritu quoq; renatus est. Quod ut manifestum sit, quaerenda est in primis definitio renati. Renatus uero ille est, qui spiritu mentis suę renouatus est, qui ueterem hominem cum actibus eius exiit, & induit nouum, qui secundū deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Sed multi illos, qui baptizantur aqua, spiritu mentis suae nō renouantur, nō deponentes ueteris hominis actus, quis in aquam demersi, nouum se hominē induere profiteantur. Proinde ergo ueritas loquitur, dum mauult dicere, nisi quis fuerit renatus, q; nisi quis fuerit baptizatus. ¶ Quapropter ut Simon magus baptizatus quidē aqua est, sed spiritu sancto baptizatus non est: sanctus enim spiritus disciplinae effugit illum fictū, ac proinde baptizatus quidem, sed non renatus dici potest: sic & alij multi baptizantur quidē, sed non renascuntur: ac proinde malis foetibus recte cōparantur, qui utero quidē concipiuntur, sed non uiuificantur, aut uitam inspiratam protinus amittentes abortiui proijciuntur. Et isti quidem illis quoq; assimilantur, qui transitio mari rubro in deserto prostrati sunt, & repromissionis terram non introierunt. Illi autem, qui ex aqua & spiritu sancto renati, regnum dei perseueratē introeunt, illis similes sunt, qui mari rubro, & lor dane quoq; transitio, terram promissionis, praeter illos uirtutibus uictores obtinuerunt. ¶ Illi quoq; qui ab hereticis baptizantur, baptizati quidē sunt, nec eis repetitur lauacrum carnis, renati tamen nequa sunt, qui iam mortui prodeunt, sed ne unquam uixerunt. Vnde nec saltem illis foetibus comparantur, qui uiuificati in materno utero moriuntur anteq; proferantur. Qui tamen, si ad unitatē ecclesiae reuertantur, & per confessionem catholicā fidei, mari unice ecclesiae subijciuntur, tunc eo, qui in illa sola est, Christi spiritu uiuificantur, & sic inter eos qui ad uidentium regnum dei renati sunt, ipsi quoq; computantur. Tantummodo quasi natalibus differunt ab eis, qui in catholica fide & ecclesia baptizati sunt: sed ad regni eiusdem consortium perueniunt. Quemadmodū Gad & Afar, Dan & Neptalim, de ancillis quidem obscurius nati sunt, sed tamen in diuisione terrae nihilominus aequum distributionis funiculum sortiti sunt. ¶ Iam nunc audita propositione, qua, quid necessarium sit ad uidentium regnum dei, ueritas exposuit rationem audiamus, quam subintulit eidem suo, quem erudiendum susceperat, auditori. Sequitur: Quod natum est ex carne, caro est: & qd natū est ex spiritu, spūs est. ¶ Bonus doctor, cui nō opus est ut quis eū interroget, nō expectauit ut eum Nicodemus interroget: quare nemo nisi renatus possit introire in regnum dei: sed uelutro subtiliter ualde subtiliter rationē reddidit. ¶ Quod natum est, inquit, ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Hęc ratio prudētē & acutum auditorē desiderat: quia audita hac tanq; caelestis dialectici propositione, protinus eodē spiritu, quo renatus est, suggerētē, assumat & dicat: Sed omnes homines ex carne nati sunt, ex carne peccatrice deum nesciente, mundū diligente, post cōcupiscentias suas eunt. Regnū autē dei totū in spiritu sancto est, totū in spiritu cōstat & ueritate, nihil habet terrenū, nihil admittit caducū, nihil uanū habet aut ineptū. ¶ Ante omnia tu qui hęc loqueris, rex atq; imperator huius regni dei, ex carne quidē natus es, sed nō de carne sola: nam de spiritu sancto ex carne uirginea conceptus & natus es. Proinde tu caro quidē & uera caro es, quia ex carne natus es: sed & spiritus es, quia de spiritu sancto cōceptus es. Caeteri homines tantū caro sunt, quia de sola carne cōcepti & nati sunt. Cum ita assumpseris tu, quis quis es, concludit ille sic: Ergo, inquit, non mireris quia dixi tibi oportet uos nasci denuo. ¶ Nō, inquit, mireris, nam potius mirandum esset, si dixissem, hominē non renatū posse introire in regnū dei. Homo em̄ non renatus, caro est: regnū uero dei spiritus est. Hęc autē scilicet caro & spiritus cōtraria sunt, & hęc, inquit, Apostolus, sibi inuicem aduersantur. Quorum alter cantium & inuicem aduersantium rixam impacatā, homo nō renatus nō sentit, quia uidelicet totus caro est, nihil habēs de spiritu pugnas carnis ac spiritus, quia condelectatur quidē legi dei secundū interiorē hominem, uidet autem aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae, & captiuum se ducentem

Tertū cū
Chro in ba
primo.
Philip. 2

Differētē ba-
ptizatus &
renatus.

Eph. 4

Act. 8
Baptizari
& nō rena-
ti sunt, ut
anal. foetus
Sapient. 1
Numer. 14

Iohan. 12
Baptizati
ab hereticis
nō sunt re-
nati, nisi
rediant in
ecclesiam.

Iohan. 16

Roma. 9
Iohan. a
Luca 17
Iohan. 4
Roma. 8
Chrs nat.
quidem ex
carne, sed
etiā de spū
sancto est.
Pugna iter
carnē & spū
tum.
Galat. 5

Roma. 7

centem in lege peccati, quæ est in membris suis, & ingemiscens dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quem sic iugiter clamantem cum liberauerit gratia dei, adhuc uiuens, iam non est in carne, nescit passiones, quæ per carnem eius erant operantes, & si quid submurmurat ancilla superba, protinus à domina sua ratione districte affligitur. Cum igitur homo non renatus, ut prædictum est, caro sit, dei uero regnum spiritus sit: caro autem & spiritus contraria sint, & sibi inuicem aduersentur, non mireris, inquit dominus, quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Magis enim mirandum esset, si dixisset hominem non renatum, qui ex carne natus est, & caro est, posse introire in regnum dei, quod totum spiritus, id est, spirituale est. ¶ Poterat Nicodemus (ut pote rudis & huius natiuitatis gratiam non expertus) respondere ad hæc. Quis ergo poterit in regnum dei introire? Sic enim & discipuli Iesu, cum dixisset ipse, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitias habentem introire in regnum cælorum: audiētes mirabantur dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Quorum spiritus fluctuant statim subueniens, inquit: Apud homines hoc impossibile est, apud deum omnia possibile sunt. Ita ergo poterat & hic decidere à spe regni dei, putando impossibile esse de spiritu sancto renasci. Vnde enim possibile esse putaret homini uisibili, ut nasceretur de spiritu inuisibili? Nam & hoc apud homines impossibile est. Igitur quia apud homines quidem hoc impossibile est, apud deum autem hoc & omnia possibile sunt, protinus adiungit: Spiritus ubi uult spirat. ¶ Quo dicto, gratiā simul & potentiā spiritus sancti cōmendat. Nam quod non debet & uult, gratia est: quod ubi uult spirat, omnipotētia est. Et reuera nulli hominum quicquid debet hic spiritus, quia cunctos pater Adā primus præuaticatus est, & iustā lege, dei regno, de quibus agitur, exheredatus est. Cumque omnibus regnum dei iuste clausum fuerit, quod quibusdam aperitur regerantur hoc spiritu, gratiā: misericordia, uel misericordis gratiæ est: quod uero quibusdam non aperitur, iuste uindictæ uel uindictis iustitiæ est. Ait ergo: Spiritus ubi uult spirat. Ac si dicat: Ne dicas in corde tuo, quis ascendet in cælum, hunc spiritum sanctum deducere, ut in illo possimus renasci, & sic in regnum dei introire: ipse enim gratis & ulro dignatur & potest aspirare. ¶ Qui mox, ut uirtute sua, qua ubi uult spirat, emiserit se super aquas, mirificum agit opus suæ potentiæ, ut elementum inanimatum uiuificetur, nõ quidem uita animalis, sed uirtute spiritali fiat: quæ ianuā regni dei, sit thorax cœlestis gratiæ, fiatque uenter supernæ matris ecclesiæ. Quod enim agunt uiscera materna, ut susceptum semen coalescat & uiuificetur: hoc agit elementum, hoc superueniente sancto spiritu, ut homo natus de massa perditionis & mortis, renascatur in cœtū uiuentium & populū acquisitionis. Et hoc quidem modo aquæ quæ condita spirat, æque cunctos regenerat, æqualiter uniuersis remissionē peccatorum dat. Deinde uero dona gratiarum non omnibus æqualia uel eadem dat, sed aspirat singulis quando uult, & quomodo uult, & diuidit singulis prout uult, alij dans sermonem sapientiæ, alij genera linguarum, alij discretionem spirituum, & cetera. Quo facto non cessat nouus homo, qui renatus est loqui de regno dei, cui renatus est inuocare patrem, à quo regeneratus est: annūtiare uerbum, quo re-fectus est, confiteri in spiritu sancto, quo renouatus est. Vnde & nunc dominus cum dixisset, spiritus ubi uult spirat, statim addidit: ¶ Et uocem eius audis, sed nõ scis unde ueniat, aut quo uadat. ¶ Hoc tunc singulariter Nicodemo dictum est, & indubitanter uere dictum est: Vox enim ista, quam tunc ille audiebat, dicentis: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei, & cetera. Vox erat, imò uox est spiritus sancti, de quo conceptus est hic homo nouus, homo cœlestis qui hæc loquitur, cuius ad similitudinem nos omnes renasci oportet eodem spiritu, ut regnum ipsius uidere possimus. Vox plane hæc est spiritus sancti. Non enim carnalia dicit, sed spiritualia: non humana, sed diuina: nõ terrena loquitur, sed cœlestia. Nescit autem Nicodemus unde ueniat, aut quo uadat: quia uidelicet quo ex tempore, quanta plenitudine super hunc per quē ista loquitur, idem spiritus requiescat, quale ad regnum, uel quali ordine illum perducere disponat, penitus ignorat. Non enim nouit adhuc quod ex ipso suæ conceptionis initio septiformi spiritu hic homo sanctificatus sit, quodque ed peruenitur sit, ut per eundem spiritum sanctum, semetipsum offerat deo, pro omni mūdo hostiam uiuam, in odorem suauitatis, & tali ordine hoc effecturus sit, ut ex aqua & eodem spiritu renati possimus introire in regnū dei. ¶ Bene ergo huic ait, & nescis unde ueniat aut quo uadat: quia mysterio eius ignarus, spirituale regnū dei carnaliter expectabat. Veruntamen hoc & de singulis sentiendū est hominibus, iuxta rationem uel mensurā donorum, quæ operatur unus atque idem spiritus diuidit singulis prout uult. Cum enim quæmpiam habentem aliquid donorum eiusmodi loquentē siue prophetantē audimus, uocem quidem spiritus audimus, quia spiritalia esse quæ dicit, sentimus: sed nescimus unde ueniat aut quo uadat: quia uidelicet notū nobis nõ est, quando uel quomodo is, qui loquitur, gratiā acceperit loquendi mysteria, uel quem ad finē siue fructum processura sit eadem, qua nunc uidetur donatus esse gratia. Vnde & protinus subdit: Sic est enim Nicodemus qui natus est ex spiritu. ¶ Parū autem dictum est. Nam nõ solum is qui audit uocē eius, nescit unde ueniat spiritus, aut quo uadat uerum

uerum idem ipse qui loquitur, nescit unde uel quibus ex meritis spiritum acceperit: Nescit & quo uadat, id est, ignorat, utrum æternā accepturus sit gratiā pro ista temporali gratia. Nescit enim homo finem suum, & omnia in futurū tempus referuātur incerta. Paulus quoque non arbitrat se cōprehendisse, & omnino nescit homo, utrum amore an odio dignus sit. ¶ Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? ¶ Non ut incredulus, qualiter hæc fieri ualeant, inquirat: sed certus complenda esse quæ à tanto magistro audiebat, quippe quem à deo uenisse magistrum modo cōfessus est: quo ista fieri modo uel ordine possint, sibi postulat exponi. Et quidē poterat dñs omnia quæ dixerat, ab eo loco, quo ait: Soluite templū hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, manifestius exponere huic discipulo suo. Verbi gratia, sic dicendo: Hoc corpus meum templū illud est, de quo dixi Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Soluunt enim illud, nõ quidem iussi, sed permissi, soluent, inquam, per uolentiam passionis & crucis. Tunc lancea, patefaciet latus templi huius & aqua cum sanguine egredietur, & omnes ad quos peruenierit aqua ista, salui fient. Perueniet autem & ad mortuos omnes electos inuisibilis uirtus eius, uidelicet quorum salus causa & hoc templū corporis mei solui permittitur. ¶ Et hæc aqua cū sanguine perueniet ad uiuos quoque omnes, qui credituri sunt in me. Ego cum in tribus diebus hoc templum excitauero: id est, à mortuis resurrexero, daturus sum huius, de qua nunc loquor, necessariæ regenerationis regulā, dicendo: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cum huius nominis inuocatiōe perueniet ad illos aqua ista, & salui fient. Cum hac enim dabitur, tam mortuis inquam uiuis spiritus remissionis, ut sicut & in corporeis cogitationibus, & corporeis quicquid sensibus peccatum admissum est, ita corporeo elemento aquæ & in corporeo spiritu emundentur. Aliter enim aperiri non potest regni dei introitus. Hoc nimirum modo sua dicta manifestius ipse exponere poterat. Verum nec huic adeo credebat Iesus semetipsum sciens, quod nec ipse possit talia portare. Nam de huiusmodi suis quoque apostolis ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. His ergo pro tempore fup pressis ait: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? ¶ Opportune non huius tantum, sed & omnium scribarum & pharisæorum, qui se debant super cathedram Moysi, supercilium dedit: quia uidelicet amantes primas cathedras in synagogis, & uocari ab hominibus Rabbi, ipsarum profecto quarum profitebantur magistratum, uerum non habebant intellectu scripturarum. ¶ Si enim ueri magistri essent in Israël, & scripturarum notitiam haberent, quomodo hæc ignorarent. Quid enim aliud legebant, uerbi gratia, & in Ezechiele dicente: Tollam uos de gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & estandam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis uestris, & dabo uobis spiritum nouum? Quid, rogo, aliud scriptura hæc loquitur, quam id ipsum quod nunc ait dominus, oportet uos renasci ex aqua & spiritu? Quam uero terram promittit post effusionem aquæ & spiritus, dicens: Et habitabis in terra quam dedi patribus uestris, nisi regnum dei, quod, ut nunc ait, aliter introire nos possemus, nisi sic renati? Idem ergo est, ac si dixisset: Nisi prius effundam super uos aquam mundam, & spiritum meum ponam in medio uestri, non habitabis in terra quam dedi patribus uestris: imò non introibitis in regnum dei, quod dederam quondam primis parentibus uestris. Item in Ezechiele, quæ sunt aquæ de templo à latere dextro egredientes, quibus cæteræ aquæ sanantur, & pisces magni creantur, nisi aquæ baptismi, & dona spiritus sancti: quibus de Christi & ecclesiæ eius templo profluentibus, sanantur, & renascuntur omnes populi, ut possint introire in regnum dei? Omitto, quod de hac eadem baptismi regeneratione loquens Zacharias: Et erit, inquit, fons domus Dauid patens in ablutionem menstruata, & cætera talia, quæ sparsim in scripturis inueniuntur: quæ omnia scribæ & pharisæi, quorum unus hic erat, ignorantes, falso sibi magistrorum nomen & locum arrogare comprobantur, dicente domino: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Quod enim uni dicit, omnibus dicit: Quod idem est, ac si diceret: Tu ignoras hæc, & magister es in Israël? ¶ A quorum præsumptione discipulos suos reprimens ait: Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Ver enim unus & solus magister noster est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, qui discipulorum suorum sensum per spiritum sanctum aperuit, ut intelligerent scripturas, qui abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. De cuius magisterij sui ueritate protinus subdit: Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. ¶ Notandum, quod cum supra uel infra singulariter loquitur: Amen amen dico tibi, & cætera, in hoc duntaxat uersiculo pluraliter loqui maluit, quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & cætera. Videlicet quia testari se profiteretur, & loquelam suam testimonium nuncupat: testimonium autem unius legitimum non est, sed in ore duorum uel trium testium, stat omne uerbum, recte ergo non ait, & quod uidi, hoc testor, & testimonium meum non accipitis: sed quod

Difficile introire in regnum dei.
 March. 19
 Lucæ 18

Spūs sc̄tus nulli debet, ergo spirat ubi uult.

Deut. 30

Quo aqua uiuificatur à spūs sc̄to.

Ephē. 2
 1. Petri. 1

1. Cor. 12

Vocē eius audis, id est, Christum.

1. Cor. 15
 Ephē. 4

Nescis unde ueniat aut quo uadat.

1. Cor. 12

Nescit hō an amore uel odio dignus sit.

Eccl̄s. 9
 Philip. 2

Iohan. 2

Iohan. 19
 Ezech. 47

Quo aqua abluit peccata.
 Matth. ult.

Iohan. 16
 Super ciliū magistro in Israel.
 Matth. 23

Scripturæ, de aquis sic abluentibus peccata.
 Ezech. 36

Gene. 2
 Ezech. 47

Zacha. 13

Marci 13

Vnus magister noster Christus.
 Matth. 23
 Coloss. 2
 Lucæ 24
 Matth. 11
 Cur hic de se pluraliter loquitur Christus.
 Deut. 17
 Matth. 18

quod uidimus, hoc testatur, & testimonium nostrum non accipitis, seipsum & patrem intelligi uolens, sicut & alibi dicit: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et est sensus. ¶ Non, inquit, sicut magistri, scribæ & pharisæi, ex quibus es tu, qui tulerunt clauem scientiæ, & nec ipsi introeunt, nec alios introire permittunt: non ita nos ex coniecturali præsumptione, sicut hi qui à semetipsis loquuntur propriam quærētēs gloriam & de cordibus suis prophetant. Sed quod scimus & quod uidimus, rem certam in ueritate existentem, uerum scripturarum sensum, quarum profitemur magisterium, loquimur & testatur. Quid enim nescit, quid nō uidet una patris & filij diuinitas, in qua consistunt omnia, quæ regit & implet omnia? ¶ Illud quoque non prætereundum, quod cum uni loquatur Nicodemo, non singulariter ait, ut in cæteris, & testimonium nostrum non accipitis, sed testimonium nostrum nō accipitis, inquit, subaudi, uos scribæ & pharisæi, qui in hoc solum uos sapientes & magistros arbitramini, quod uocamini ab hominibus Rabbi, & famæ uestræ detrimentum pati metuentes, doctrinam audire, ueritati acquiescere dedignamini. Vide licet hoc illi singulariter dicendum non erat, qui ex ipsis quid erat, sed ex ipsis exiens, hunc ut magistrum quia à deo uenisset audire desiderabat. Illos autem nolle suum accipere testimonium, argumentando probat, dicens: Si terrena dixi uobis & nō creditis, quomodo, si dixerō uobis cœlestia credetis? Ac si dicat Terrena sunt, templum manufactum solui, & illud in tribus diebus reedificari. Terrena, inquam, sunt, uestro sensu, id est, sic accepta, quomodo uerba sonant exterius, ultra quæ uester non ascendit sensus terrenus. Sed uos ista non creditis, à me tam cito posse fieri, quod licet maiori spatio, id est, quadraginta & sex annis, ab hominibus factum, & iccirco opus terrenum est. ¶ Reuera autem cœlestia sunt hæc, quia cœlestis templum est, quia cœlestis ædificatum est, quia non manufactum, sed à deo cōditum est. Quomodo ergo, si dixerō uobis, uos illud crucifigendo soluētis, & ego in tribus diebus reedificabo resurgendo à mortuis, & extunc incipient homines renasci, resurgendo & ipsi à peccatis suis: si hæc & cætera his similia, quæ uere cœlestia sunt, dixerō uobis, creditis? Sequitur: Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et hoc, inquit, amen, id est, uere, dico tibi: uel id ipsum quod iam dixi tibi, neminem nisi renatum ex aqua & spiritu sancto posse introire in regnum dei: rursus æqui pollenti ratione confirmo tibi, quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. ¶ Ic circo expedit uniuersis, ut renascendo ex aqua & spiritu in duat filij hominis, uel incorporent illi, ut quia ex carne nati sunt, quia caro sunt, & iccirco in cœlum ascendere nō possunt, leuent il luc ab eo, qui solus ascendere potest in cœlum, & quomodo caput mēbra sequitur, & ubi cūq; fuerit corpus, illuc & aquile congregantur ita quicūq; renascendo ex aqua & spiritu sancto Christum induunt, & Christo incorporantur, ueliculo diuinitatis eius in cœlum subleuentur: & cibo uisionis eius eterno pascantur. ¶ Hoc loco maxime Nestoriana heresis geminato istu percutitur: quæ Christum diuidens, alium filium dei, alium uolebat esse filium hominis. Quomodo enim filius hominis descendit de cœlo cum quando missus est angelus Gabriel ad uirginem, & cum uoce eius uerbum patris interiore eiusdem uirginis aurem penetravit, hæc tamen non filius hominis, sed erat tantummodo filius dei: Et quomodo iam tunc erat in cœlo, ut diceret: Filius hominis qui est in cœlo, cum ista loquens duobus pedibus staret, aut forte complicatus se deret in terra? Quomodo, quæso, & de cœlo descendit filius hominis, & in cœlo iam erat filius hominis, nisi quia cum uerbo, quod de cœlo descendit, una est persona, qui de terra sumptus est homo: & cum homine loquente in terra, deus qui & in cœlo & ubiq; est, una eademq; persona est. ¶ Ergo qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, unus idemq; filius dei & filius hominis: qui ex eo ascendere potuit, quia non (ut heretici blasphemare ausi sunt) ex Maria initium sumpsit, sed de cœlo, ubi ante Mariam fuerat, in illam descendit. Hæc autem omnia Nicodemo dicebantur, ut interim clausa, tanquam sub uelamine tegeerentur, quia modus, quo hæc fieri possent, illo etiam quærere, non exprimebatur. Nam reuera nox erat, & ob hoc dicta hæc uel quæcūq; similia congregabantur ut orto die, id est, clarificato Iesu per resurrectionem & ascensionem ipsius dicta factis, imò dicta & facta scripturis confertentur, & tunc demum opportune intelligerentur. ¶ Hoc sane in gratia laborum eius uenerandum est, quod cum dicere potuisset, nemo ascendit in cœlum nisi ego qui sum in cœlo, sicut in sequentibus ait ita exaltari oportet filij hominis, cum dicere potuisset, ita me oportet exaltari. Sic & in cæteris pene omnibus locis familiaris est ori eius, appellare se filium hominis. Et quidē cum hac appellatione, melius humilitatis suauitatem dicta eius redolēt. Quo exemplo docemur nos quoque uiciniore iactantiæ uoces deuotare. Verum & præter hoc est aliud, quod in hoc nomine filij hominis rememorantes amplius delectemur. Et enim proximum atq; fratrem nostrum sese uult intelligi, tam frequenter habens in ore suo appellationem

Iohan. 8
Lucæ 11
Hier. 27
Ezech. 13
Testimoni
um meum
non accipi
tis.
Terrena,
iuxta sen
sum Iudæo
rum.
Reuera au
tē cœlestia
sunt dicta.
Galat. 3
Hier. 17
1 Cor. 15
Math. 24
Lucæ 17
Hoc textu
bis cōfuta
hæresis Ne
storiana.
Lucæ 1
Eph. 4
Vnus idēq;
dei & homi
nis filius.
Cur Chri
stus sæpe uo
cat se filij
hominis.
Iohan. 3
Psal. 34

nem filij hominis. Et procul dubio magis hoc modo sese indicat nobis affinem, quod si se appella
rent tantum hominem. ¶ Quod ut in dubitanter pateat, operæ pretium est respondere his, quæ
quærere solent, cur deus ob restorationem generis humani, hominem assumens, non de ter
ra plasmavit quem assumeret, ex qua fecerat Adam, sed ex genere eiusdem Adam, ex massa
perdita ueram sumpsit hominis naturam, de femine Abraham, de stirpe David, de carne uel fem
mine Mariæ, licet uirginis: Ad hoc breuiter respondere libet, quia poterat quidem de terra,
quem sibi assumere, & plasmare nouum hominem, & esset quidem caro & sanguis, sed non no
stra caro, neq; noster sanguis: homo quidem, sed non proximus nobis: sed non homo plane, sed non
filius hominis. Quapropter nec tam iusta esset causa nostræ redemptionis, quippe cum non
eadem peccatum expiaret caro quæ peccatum admisit, nec tam recte nostra reputaretur iu
stitia unius hominis, ut pote ignoti, & à genere nostro alieni. Nunc autem misericordia & pax
obuiauerūt sibi, quia nos in uno eodēq; Christo, & misericorditer diuinitas re quisiuit, & iuste
nostra caro reconciliauit, cum idem deus & homo creator, & proximus noster sit. Hoc igitur
nobis congrue cognato affectu loquitur in gratia, quæ diffusa est in labijs eius, cum tam cre
bro, tam familiariter se appellat filium hominis, ut uni & eidē Christo, tanq; creatori nostro,
debitum timorem & honorem exhibeamus, & tanq; proximo occurramus cum fiducia dile
ctionis: sequitur. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filij
hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. ¶ Ecce qualem
uiam, qualem introitum uni, expectanti regnum dei, & in illo uero omnibus qui expectant, uel
quærunt illud, paulatim saluator ostendit. Dixerat, non nisi renatum posse quæquid uidere re
gnum dei: renatum autem non undecunq; sed ex aqua & spiritu sancto, spirante ubi uoluerit,
& cætera. Magna quidem & alta, quæ tamen nondam Nicodemum altius prouexerant, ut
plus de illo æstimaret, q̄ primo confessus est dicens: Scimus quia à deo uenisti magister. ¶ Nunc
autem, quod se audituræ non sperabat, audire incipit, scilicet quod hic idem magister, non homo
tantum, sed & deus sit. In quem enim alium, q̄ in deum credere oportet, imò in quem, nisi in so
lum deum credere perniciosum non est? Hic autem qui à deo uenit magister, oportere in se
ipsum credere, manifeste docet: ut omnis (inquit) qui credit in ipso, non pereat, sed habeat ui
tam æternam. Igitur palam de se ipso testatur, quia deus est. Ipse quoque diuinitatis suæ atte
statione perpende, quantam humilitatem redoleat, cum sit altissima profectio: Sicut exaltauit
(inquit) Moyses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. ¶ Serpentem in fi
guram sui factum fuisse consentit, imò serpentem fieri se præcepisse testatur in figuram sui.
Quis enim hoc & cætera fecit, nisi deus, nisi uerbum dei? Hic autem homo
hic ipse Christus, qui hæc loquitur, uerbum domini est, quod ad Moysen, & ad omnes sanctos
prophetas factum est. Ipse idem ergo, qui fieri mandauit, factum esse testatur in similitudine
sui. ¶ Nora historia est: Locutus populus contra Moysen & dominum, quia tædebat eos itinē
ris ac laboris: Cur (inquit) eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Quam ob
rem immisit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum morsus & plagas plurimog
cum clamarent ad Moysen, & ille oraret ad dominum: Fac (inquit dominus) serpentem enē
& pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, uiuet: quod & factum est. Huius signi
fui recordata humilitas, quæ ut nos ad cœlum leuaret, semetipsum ad terram deposuit: Sicut
exaltauit (inquit) Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Signi er
go eiusdem similitudo, quæ illa nocte Nicodemo prædicta uel commemorata est, nobis in
clara die perspicenda nunc est. ¶ Et quidem plura sunt, quæ similitudinem exaltatiōis huius
filij hominis perficiunt. Primum quod contra morsum serpentem, signum datum est: deinde quod
non quæcūq; signum, sed serpentis simulacrum propositum est: tertio quod non lapideum,
aut ligneum, sed æneum factum est: quarto quod aspicientibus solo uisu remedium conferebat.
Hæc enim omnia domini nostri principis & saluatoris, ad dandam penitentiam & remissio
nem peccatorum exaltati, quamdam similitudinem perficiunt. ¶ Morsus enim serpentis, pec
cata sunt, quibus plagatum est humanum genus, ex quo primum hominem per serpentem
deceperat diabolus, quo contra signum datum est, scilicet ipse, qui hic de se ipso loquitur Chri
stus, de quo dixit Symeon, cum teneret eum in ulnis suis: Ecce positus est hic in ruinam, & in
resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Quomodo autem, uel à
quibus huic signo contradicetur? Videlicet maxime à Iudæis illi contradicetur est, dicen
tibus illum esse magum, maleficum, seductorem, & hoc in clamando tam diu persistenterunt, do
nec illum in crucem exaltatum, iuxta quod propheta prædixerat, inter sceleratos reputarēt.
Ergo serpentis similitudo quædam extitit, quia nihil aliud de illo dici uel æstimari uolebant
nisi magus esse, seductor est. ¶ Et ipse quidem talis dici & iudicari potuit, sed quem admodum
serpens ille, forma quidem, imò effigie sola, serpens erat: serpens autem uenenum non habet
batur, ita ipse in similitudine carnis peccati damnatus hominū iudicio, & crucifixus est inter
peccatores, aut maleficos, sed peccatum nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Hoc idem

Psal. 84
Psal. 44
Hic ostendit
Chri. se deū
eē, dñi ipsū
credidit.
Num. 11
Serpēscē,
figura Ehrī,
Ibidem
In quatuor
consistit ista
similitudo
Morsus ser
pentis pēcā
fuit
Lucæ 2
Mar. 2. Io. 7
Eph. 2. 3
Mar. 5
genus serps
ab. uenenō
1. Pet. 2
Esa. 55

Major in æ-
neo signeo
aut lapideo
serpente simili-
tudo.

Iohan. 18
Qui percussus
aspexerit in
eum viuet.

Obiectio Iu-
dæorum cõtra
nos de simu-
lachris.
Psal. 115
Responso.
Psal. 2

Signu crucis
nõ est simu-
lachu gẽtũ
Num. 25
Iud. 6
4. Reg. 25

1. Cor. 12
Malicia Iu-
dæorum cõtra
signu crucis.
Mar. 27
Amos. 6

Esa. 49
Iudæi limi-
les vitulo suo
I suo.
Psal. 115
Psal. 105
Exod. 5
Oculos hãt
& nõ videt.
Rom. 5
Esa. 45

Similes Bar-
rabæ suo.
Signu crucis
demonões su-
gar.
Psal. 105

Esa. 92

intelligendũ esset, si ligneus aut lapideus serpens factus fuisset. ¶ Veruntamen hoc ad mysterium amplius ualet, quod æneus fieri iussus est, tum quia, ut tale simulachrum fieret, non ferro cedente, sed igni confluente actum est, tum quia natura æris ualde sonora est, præterea quia diurnũ est & rubigine corrumpi difficilime potest. Nam deus homo, non maritali opere, sed ueri ignis conflatione, id est sancti spiritus operatione conceptus est: & cum hominibus loquens, non ut ueri serpentes, id est futurones aut detractores occulte aliqui desibilabat, sed tanquã sonorus æs clare conreperans, publicæ prædicabat, sicut ipse de seipso perhibuit: ego palam locutus sum mundo, & in occulto loquutus sum nihil, & caro eius tanquã ænea nulla cuiuslibet uitii rubigine solubilis extitit. Ad summum, totius perfectio similitudinis in hoc est, quod sicut de illo æneo serpente dictum est: qui percussus aspexerit eum, uiuet, ita & hic de filio hominis, ut omnis, inquit, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam. Hæc si militudo intantum ualet apud fidelem populum, desideratẽm uiuere, abolitis spiritualium mortibus serpentiũ, ut sicut serpens ille uisibiliter p signo exaltatus est, & corporalibus aspicietur oculis, ita corporaliter quoque ecclesia exaltet signum huius filii hominis, & mente loquens, atque explorans absconditum in celo, corporeis quoque oculis in hæreat uisibili eius signo. Quod iudæi uidentes irascuntur, quia uidelicet atroci conscientia dissecantur, dum scelus eorum hoc etiam modo maxime publicatur, & in nullo terrarum angulo latere sinitur. ¶ Ira scitur ergo, & contra nos cantant: Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Ac deinceps: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Et quidem Dauidicum se putant cantare canticum, sed reuera quoties hæc dicunt, secundum intentionem ipsorum serpentina sibi sunt, sibilant aduersus dominum & aduersus Christum eius, contra filium hominis & contra signum eius, sed non terreat nos, non nos absterreat, neque auertant oculos nostros, quo minus aspiciamus mente Christũ, & oculis reuerentibus eius signum, ut euadamus mortus serpentium, per ora ipsorum blasphemia sibilantium. Simulachra, inquit, gentium argentũ & aurũ: concedimus quia sunt argentum & aurum, id est sine sensu, sine anima sunt, sicut argentum & aurum. ¶ Sed quid ad nos, imò quid ad exaltatũ, & iure exaltandũ, hoc filii hominis signum? Nunquid impugnatur per illud Dauidicum canticum? Absit. Non enim est simulachrum gentium. Simulachra gentium fuerunt idola Beelphegor siue Baal & Astaroth ceterorumque mortuorum, quæ patres istorum cõmixti inter gentes adorauerunt, mentientes, quia deos illos esse uel fuisse dixerunt. Item simulachra iouis & Neptuni, Martis & Mercurii, siue Saturni ac Veneris ceterorumque idolorum portenta, simulachra gentium fuerunt, tantũmodo aurum erant & argentum. Hoc autẽ exaltati filii hominis est signũ, quod gentes ignorauerunt, quod nesciebamus nos, cum essemus gentes ad simulachra muta prout ducebamur euntes. Hoc uero signũ non est tantũmodo aurum & argentum, sed est ueritatis signum. ¶ Hoc illi balbutiant uipereis infantulis suis, quibus thesaurizauerunt sanquinẽm Christi, hoc patres categorizent infelicibus puerulis suis, sicut dauid putates se habere uasa canticũ, & dicant: Simulachra gentium argentũ & aurum, digitũ intendentes in illos basilicas martyrum, ubi exaltatũ esse sciunt tale filii hominis signum, & dicant illis de hoc signo illud esse præcantatũ, ut ab ore paterno perditũ filii certatim imbibant odium Christi. ¶ Nobis autem idem deus, cuius propheta hoc dixit de simulachris gentium, nobis gẽtibus de usidem per prophetam dicit de hoc signo Christianorum: Ecce ego leuo ad gentes manũ meam, & ad populos, dicit dominus, exaltabo signũ meũ, uultu in terram demisso adorabunt eum. ¶ Cantent ergo quantũ uolunt & si uisumer illaqueati canticò teneantur dicentes: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, sintque similes uitulo, quem fecerunt in Oreb, & sculptili quod adorauerunt, quia uere mendacium coluerunt, & mendacium loquuti sunt, dicentes: Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. Illis iure similes sunt, uidelicet oculos habentes & non uidentes, aures habentes & non audientes. ¶ Et ne se ab hoc maledicto immunes putent, & de aliis dictum existiment, non illis obiciamus, quæ non recipiunt, Paulum apostolum dicentem: Scimus quia quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, potius Esaiam prophetam audiãt, per quem loquitur deus: Educ foras populum cæcum, & oculos habentẽ, surdum, & aures ei sunt. Item: Surdi audire, & cæci inueniuntur ad uidentium. Quis cæcus nisi seruus? Et surdus nisi ad quem nuncios meos misit. ¶ Et ad summum non solum simulachris suis, sed & barrabæ latroni suo seditioso similes facti sunt quem elegerunt, crucifigentes regem suum pacificum, iusteq; homicidiis ac seditiõibus peccate consumpti ac dispersi sunt. ¶ Nos autem signo, quod adoramus, similes fieri nõ recusamus uidelicet, ut sicut habitatores illoz dæmones in aspectu huius uignti tremunt, & fugiunt, ita cũ quisque nostrũ loquitur illis inimicis suis in porta, id est, in exitu uitæ præsentis, confundantur & subsistere non ualeant, sed auolent longe corui crocitantẽs, pœnamque nostram esurientes, eamque consequi non ualentes, cœlumque iiberum ascendenti Christianæ animæ hoc signo insignitæ, eam citius derelinquunt. Igitur iuxta aliud quoque prophete oraculũ, dicitur: Et leuate signũ

signum ad populos: Ecce dominus auditum fecit ab extrinis terræ, uisibiliter quoque exaltatum hoc signum, sicut exaltauit moyses serpente in deserto, ut non obliuiscatur eius populi, quia non expedit. ¶ Quid irascuntur? Ipsi quoque ab hoc dispersi sunt in cunctis nationibus, nequando populi Christum obliuiscantur. Dicit enim ipse in psalmo: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei, sed quid? Disperge illos in uirtute tua. Itaque irascuntur, & captiuitas ipsorum, & huius signi exaltatio ubique prædicabit Christum. ¶ Et ad hanc exaltationem maxime iuuat scelus illorum, si enim aliter Christum occidissent, nullo modo tam cõmode potuissent exaltari mortis eius euidentis signum. Si ut aliquando conari sunt lapidassent, aut de supercilio montis præcipitassent, uel aliquo genere mortium, quibus prophetas occiderunt, illum permississent, longe minus euidenter mortis imaginatio proponi potuisset. Nunc autem in qualitate mortis, & mentibus est miraculum audacissimi sceleris eorum, & oculis aptum, atque euidentis propositum imaginationis spectaculum. Vere igitur exaltatus est filius hominis, quia sic oportuit, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam. ¶ Subiectã rationem contra hæreticos, quos maxime hic euangelista destruens, diuinitatis Christi testimonia conscribit, au diamus. Præmissa namque sententia, qua se exaltari oportere, & in se credendum esse pronunciat, rationẽ au ditor deserat, quæ & Nicodemo præsentĩ satisfaciãt, & hæreticorum qui futuri erant os obferuat. Ait ergo, L. Sic enim deus dilexit mundum, ut filiũ suum unigenitũ daret, ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitam æternam. ¶ Vix ex parte cognosci, uix per speculationem in ænigmate potest uideri nunc ars magistri huius, qui a deo in eo uenit maxime, dũ inuenire uult, quis ipse, aut unde natus sit, uel quam ob causam uenerit. ¶ Cum enim dixisset, se exaltari oportere, & in se credendum esse, rationem auditor tacitus expectabat (qui in unum & solum deum credendũ esse non ignorabat, quippe qui princeps iudeorum erat) qua per doceretur, ut quid in filium hominis credi oporteat. Nam si credendum in illo est, consequitur quæ deus est. Hoc ergo conseq̃uebatur ut diceret, quia deus sum, quia filius dei sum, quia dei patris misericordia sum. Et hoc subiungit, sed cũ tãto cõdimento sapientiæ & humilitatis, ut illi non tam seipsum commendare, uel gloriam propriam quærere, quam necessariam audientiu salutem optare manifestum sit: sic enim (inquit) deus dilexit mundũ, ut filiũ suum unigenitũ daret. Nonne hoc dicens, rationabiliter offendit, iccirco in se filiũ hominis credendum esse, quia sit unigenitus filius dei, patri consubstantialis? iccirco oportune repetit quod dixerat: Ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitam æternam. ¶ Quantũ habet gratiæ & pulchritudinis, quod causa necessaria possit, ut se fateatur esse filium dei ostentationem declinans, imò declinandõ se esse, quod erat in sinu matris, ad commendationem dilectionis dei confugit dicens: sic deus dilexit mundum, cũ dicere possit: Tantus ego sum, ut credentem in me totũ possim redimere mundum: tanta (inquit) dilectione deus dilexit mundum, ut pro illo in pretium daret filiũ suum unigenitum. Daret (inquit) id est, traderet, filionem parens ut feruum redimeret. ¶ Et quod dicere audeat illi quare sic fecit? Nunquid recte aduersarius, quoniam dum captiuũ tenuit, criminari potest, quod hæc tam misericors dilectio, uel diligens misericordia, sine iustitia uel absque ueritate sit? Forte superbus angelus cũ dicitur: Vniuersæ uig domini misericordia & ueritas, audeat mouere pennam, & aperire os, & gannire falsum est, in quibus Nam quod deus sic dilexit mundũ, ut filium suum unigenitum daret, misericordia sine ueritate est, misericordia iniusta est. Cui tam fortiter & fideliter, in suam proteruam, & obsecram faciem resistimus dicentes. ¶ Nunquid iustum erat, ut dei dilectio cuiusque hominis dilectione minor appareret? Nonne pater noster Abraham (pater enim est noster, & omnium credentiu siue illoz qui ex circũcisione, siue illoz qui ex præputio sunt) in quo iustificatus est per fidẽ tradidit hõ erat ex illa massa, quæ totam Adã perierat? Ecce hic obrulit deo filium suũ, & non pepercit unigenito suo propter deum. Nonne ergo salua iustitia & ueritate, deus homini debitor esse uoluit, ut & deus propter hominem filio suo non parceret, quia propter deum hominẽ filio suo non pepercit? Nbi deus accepta tanta iustitiæ causa proclamãt. Per me ipsum iustitiam, quia fecisti hanc rem, & nõ pepercisti unigenito tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, atque in te benedicent omnes gentes terræ. Quis dicere audeat: quare sic iustitiam quare apud hominẽ damnati generis iuramento te obligasti, ut semen illi dare deberes, quod portas inimicorũ suorum possideret, in quo benedicerentur omnes gentes? Nempe & si folius gratiæ, uel misericorditæ est, quod prius illum uocauit, & hoc semen benedictionis promittens, de Hur Chaldæorũ eduxit, hoc sane iam ueritatis quoque & iustitiæ est, quod in tanta tentatione fideli & merito, cũ interpositione iuramenti promissit atque compleuit. Igitur tam uerax & misericors deus, tã constanti ueritate, quæ reprehensibili misericordia sic dilexit mundũ, ut filium suum unigenitum daret, id est, in altitudinem crucis exaltandum traderet, ut omnis qui credit in ipso, uidelicet eiusdem patris Abraham fidem eandem firmiter tenens, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Esa 52

Cur dispersi
iudei
Psal. 58

Mors crucis
aptilla ua ad
Christi exal-
tationem
Iohan. 8
Luc. 4
Mat. 25

1. Cor. 15

Ut ois q
credit in ipso
pereat

Rom. 8
Nõ est d. i. d.
lectio sine iu-
stitiã.

Iusta dei ille
quo qua filii
sunt, p. horb?
ppter factũ
Abrahã.
Rom. 9
Gen. 15
Gen. 22

Gen. 18

Fides Abra-
h.
Gen. 21
Rom. 4

¶ Fidenāq̄ ille filium obtulit cum tentaretur, & unigenitum offerrebat qui susceperat repro-
missio: es, ad quem dictum est, quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans quia & a mor-
tuis suscitare potens est deus. Qui igitur credit in filium dei unigenitum, quod deus illum de-
derit, sicut promisit, & interemptū suscitauerit, & principem ac saluatorem exaltauerit, hic eam
dem cum illo possidet fidem, eandem consequitur benedictionem, ut non pereat, sed habeat
uitam æternam. ¶ Mundum sane quem dilexit deus, humanū genus accipimus, id est, uiuos
et mortuos, mortuos scilicet, qui uentus: in fide expectauerūt, uiuos, qui in illū siue ex iudæis
siue ex gentibus credituri erāt. Sic enim ait absq̄ distinctione gentilis ac iudæi uniuersaliter, ut
omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitā æternā. Quod quia Nicodemum uel cæ-
teros tunc temporis audientes mouere poterat, adhuc astruit confirmatione subiuncta.

Carnal' iude-
orū opinio de
regno Messie

L Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus
per ipsum. ¶ Hoc profecto contra carnalem iudæorum opinionem in tulit, quibus, ut iam di-
ctum est, terrenum regnū & carnale seculum, Christo regnante sperabatur assuturum, bellis
& cedibus gentium crucentum, uidelicet, ut per occisiones hominum pacificam pararent sibi
uictoriam, essentq̄ capientes eos qui se ceperant. Quo sensu irridendo expectabant & qui-
dam heretici mille annorum fabulam, & auream atq̄ gemmatam in terris Hierusalem, instau-
rationem templi, hostiarum sanguinem, otium sabbati, circificationis iniuriā, in pietaspartus,
liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium seruitutem, cursumq̄ bel-
la ac triumphos & superatorum neces. ¶ Contra hunc, ut dixi, illorum sensum quo talem ex-
pectauerant regem Christum. Non, inquit, misit filium suum in mundum, ut iudicet
mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Non, inquit, misit illum ut iudicet, sed ut iudicetur,
non ut iudicet uel disponat ea quæ in mūdo sunt, sed ut iudicetur, & agat ea quæ salutis æter-
næ sunt. Vnde cuidam dicenti sibi, magister, dic fratri meo, ut diuidat me cum hæreditatem,
respondit sic: O homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Ceterum in ipso-
rum potius iudicium, qui ueniente Messia mundum iudicare, gentesq̄ suo subiugare domi-
nio sperabant se uenisse, alio loco testatur dicens: In iudicium ueni in hunc mundum, ut non
uidentes uideant, & uidentes, cæci fiant. Veruntamen nec ista spiritualia sic iudicare tunc ue-
nerat, sicut iudicaturus est in maiestate sua, nec secularia uel carnalia ullo modo iudicare ha-
bebat, sed ut saluetur mūdo per ipsum, iudicādo potius, q̄ iudicaturus erat. Hac itaq̄ iudi-
cii parte remota, de illo, ad quod uenit iudicio, protinus subiungit. L Qui credit in eum, nō iu-
dicabitur, qui autem non credit iam iudicatus est. ¶ Ecce quem non misit deus in mūdo ut
iudicet mundum, quomodo se dēs, imō iam quasi exaltatus, & pro signo positus, iudicat mū-
dum? Claret proinde, quia non de omni iudicio dixit, non misit deus filium suum, ut iudicet
mundum, Nam ecce iudicat, ecce discernit. Qui credit in eum, inquit, non iudicabitur. Recte
iuste, fideliter. Qui enim credit in eum, hoc quoque quod supra dixit, quod præcipuum est,
credit scilicet, quod nisi quis ex aqua & spiritu sancto renatus sit, non possit introire in re-
gnum dei. Hoc ille credit, & credendo festinat renasci, renatus autem iam alius homo est, iam
nouus homo est, iam a uetusto patre recessit, & ad nouum accessit, alienatus homo est, alteri-
us semen est. Quare ergo iudicabitur? quare propter Adam morietur? quare propter peccatū
illius a dei regno exclusus inuenietur? Absit, inquit, non iudicabitur. qui autem non credit,
iam iudicatus est. Vbi? quando? in illo patre suo, in illo peccatore antecessore suo. Quando il-
le peccauit & iudicatus est, quando tunica pellicea indutus, & a regno dei eiectus est, tunc
& iste iudicatus, & cum illo, cuius in lumbis erat, a regno dei expulsus est. Et quare, inquis, sic
expulsus nunc & in æternum foris permanet? L Quia non credit, inquit, in nomine unigeniti
filii dei. Id est, quia non credit, quod oporteat eum renasci, secundū unigenitum filium dei,
ut possit introire in regnum dei. iccirco is qui non credit, iam iudicatus est, id est, in illa da-
mnatione permanet. Ille autem qui credit iudicatus quidem & ipse tunc est, sed non iudica-
bitur, id est in illa damnatione non retinebitur. Diligenter enim aduertendum est, cum enim
ait, qui credit non iudicabitur, non hoc negat quin iudicandus sit. Hæc ergo distinctio est
Qui credit, iudicatus quidem est in massa, sed non iudicabitur in propria persona, qui autem
non credit, & tunc iudicatus est in massa, & in futuro iudicabitur in sua persona. Nunc in il-
lum diem, quo is qui credit non iudicabitur, & is qui non credit, in illa qua iudicatus est da-
mnatione retinebitur, in illum scilicet extremi iudicii diem mente transpositi, iudicem ipsum
per cunctemur, & huius iudicii causam uel æquitatem ex ore eius audiamus. Ait, L Hoc
est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam
lucem. ¶ Hoc, inquit, est iudicium, hinc homines inexcusabiles sunt, hinc illorum damnatio
iusta est, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt magis tenebras quam lucem. ¶ Si enim
lux non uenisset hodie cum diceretur eis, ite male dicit in ignem æternum, qui paratus est dia-
bolo & angelis eius, pater enim uester primus Adam peccauit, qui diaboli consiliū aduer-

Chrs nō iu-
dicat carnal'
& mundū

Luc. 12

Iohan. 9

Chrs iudicat
& nō iudicat
diuertiū ac

Gala. 1
Eph. 4

Iam iudicat
& in Adam
Gen. 5
Heb. 7

Iudicatus in
massa, iudi-
cabitur in p-
sona si non
credidit.

sum

sum me audiuit, affectās esse similes mei, & uos in illo pariter iudicati estis, quia in lumbis eius
eratis, cum inquam hoc diceretur eis, responderent dicentes: Domine quando primi parentes
nostri aperti oculis nudos se esse cognouerunt, quando lux uenit ad eos requirens, & argu-
ens eos, & dicens primum Adæ: Vbi es? & quis indicauit tibi quod esses nudus, nisi quod ex illo de
quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? nunquid nos culpe uel defensionis coram deo
scij fuimus, qui necdum nati eramus? Si ad nos lux uenisset, & peccata nostra nobis ostendisset,
penitentiam egissemus, & mala opera recognoscentes ea reliquissemus. Hæc fortassis illi
hodie dicerent. Nūc a deo remota est omnis accusatio, & ab illis sublata est omnis excusatio,
uenit enim lux in mundū, profecuta est homines, mox ut de regno dei proiecti sunt. Plurima
illis accendit luminaria, ubi post patrem denudationem nati sunt, & nuditatem suam re-
cognoscentes, & penitentiam agentes, uestitum uel ornatum suum recuperarent. Plurima
eiusmodi illis accendit luminaria & ante legem, & sub lege, scilicet iustos uiros, quorū factis,
dicitis uel scriptis lucentibus, se ipsos uiderent & agnoscerent, tandemq̄ uenit ipsa substantia
lucis, paratum illis ostendens & facilem introitum regni dei, sed dilexerunt magis tenebras
quam lucem. Quare? ¶ Erant enim eorum mala opera. ¶ Quare? fornicationes, adulteria,
adulteria, homicidia, ueneficia, comestiones, ebrietates, furta, petiuria, falsa testimonia, & his
similia. Quibus omnibus lux ista inimica est, quæ committi prohibet quibus conuenire non
potest, iccirco dum ostendit illis aditū regni dei, dum præcipit illis ex aqua & spiritu sancto
renasci, & generationem cœlestem ingredi, in qua non liceat scortari, uel inebriari, polluere
uel pollui, concupiscere & rapere uel furari, refugiunt ab ista luce, seq̄ in tenebras suas recon-
dunt, sicut Adam pater ipsorum & foliis prauæ defensionis pudenda opera contegunt, blas-
phemantes in super ipsam lucē, suasq̄ defendentes tenebras, uocantes tenebras lucem, & lucem
tenebras. L Omnis enim qui male agit odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguan-
tur opera eius. ¶ Non omnis qui male agit (omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei) sed
omnis qui male agit, instanter, studiose, perseveranter, omnis utiq̄ non qui per ignorantiam
uel per infirmitatem peccat, sed qui diligit, qui diligeret defendit iniquitatem, odit istam lucem,
& non uenit ad eam, ut non arguantur opera eius, ueluti illi, quorum ego lucra
dispersi, eiciens uendentes & ementes de templo. Nam iccirco lucem istam non re-
cipiunt, iccirco me non audiunt, quia nisi de cupidis & auaris atque rapacibus uel adulteris,
munifici, largi, atq̄ operosi fiant, & omnino renascantur, ut alij sint, dico illis quæ regnū dei con-
sequi non possint. Isti tales uidentes me eicere dæmonia, & scientes quod illa in digito dei eiciūt,
quem magi quoq̄ coram Pharaone ex operibus cognoscere potuerunt, mentiantur & dicūt:
In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia, quia uidelicet oderunt me ueram lucē,
& quod ad me uenire nolunt, quod lucem presentem fugiunt, uideri uolunt ex iudicio rationis face-
re, non ex præsumptione odij uel inuidiæ. ¶ Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut ma-
nifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. ¶ Qui facit, inquit, ueritatem, id est, qui cū deo
sentit, & iudicat aduersus suam quam odit iniquitatem, qui condelectatur legi dei secundum
interiorem hominem, & uidens aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ,
& captiuum se ducentem in lege peccati, quæ est in membris suis, confitetur, clamat, & inge-
mifcit, qui taliter cum deo tribunal ascendit, & sibi ipsi displicens, se ipsum iudicat, & alius esse
cupit, hic talis uenit ad lucem, quid sit bonum sibi indicantem, & regni dei aditum ostenden-
tem, ut manifestentur opera eius, piæ confessionis & ueræ penitentia uocibus, quia in deo
sunt facta. in deo utiq̄ non contra deum, non quomodo illos qui scienter, & per industriam
peccant, & peccata sua defendunt. ipsi namq̄ uel per ignorantiam, uel per infirmitatem pec-
cauerunt, & peccata sua cognoscentes doluerunt, fleuerunt, confessi sunt, & salutis suæ consi-
lium receperunt, ut renascerentur ex aqua & spiritu, & regenerationē istam custodientes, re-
gnum dei ingrederentur. ¶ Sane competenti similitudine pro re & tempore usus est. Nam
quando hæc Nicodemo dicebat, noctis & tenebrarum tempus erat, quod sicuti adulteri & scor-
tatores amant noctem, diemq̄ fugiunt, sic omnes impij præsens seculum diligunt, & futurum
oderunt, ac mendacis protecti se abscondunt. Contra sicut operosi ac pudici no-
ctem fastidiunt, diemq̄ tardum & multo lumine præueniunt, sic omnes qui ex deo sunt pecca-
ta sua oderunt, iustitiamque esuriunt, & sitiunt, præsensque seculum fastidient, conscientiam
ubiq̄ futuri regni dei ueritatem requirunt. Competenti igitur (ut dictum est) similitudine
per comparisonem lucis & tenebrarum usus est, cunctos collaudans, qui quomodo Nico-
demus ut in tempore noctis lucem quærebat ueritatis, ita uitæ præsentis obscuritatem sacrę
scripturæ illustratione solantur, attendentes illi tanquam lucernæ lucenti in caliginoso lo-
co, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris. ¶ Illos autem improbos, qui
ut se de ignorantia excusent, nolunt intelligere ut bene agant, imō & iuxta prophetam: Dor-
mientes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis, non inquietentur, neq̄ dimidientur
uoluptates eorum comminationibus futuri iudicii, præ timore & expectatione, quæ super-
ueni

Gen. 3

Lux pmissit
luminaria
multa

Gala. 1
Opa lucicon-
traria dilige-
tur a mundo

Esa. 5

Rom. 11

Mat. 23
Exo. 8

Rom. 7
Ingenifcent-
es sub lege
peccati

Boni noctē,
mali diem
oderunt.

Ignorantia af-
fectata non
excusatur
Psal. 55
Amos 6

Questio cur no angelus, sed filius dei factus est ho

uenient uniuerso orbi. Nunc in fine sermonis huius dominici praeterendum non est, quia quari solet, cur deus pro mundi dilectione, quod supra dictum est, no legatum neq; angelu, sed unigenitum suum dederit. Aiunt enim aliqui: Nonne per Michaelem uel Gabrielem archangelum, siue per aliquem principatum ac potestatum, thronorum aut dominationum, diabolum debellare potuisset? Cur consubstantiale filium misit? cur tradidit: cur mortis iniuriam subire uoluit? Haec illis dicentibus si non aliquid certum respondeatur, quod cunctis claro sine constantissimum comprobetur, non potuisse hominem per creaturam aliquam quam fortissimum, a diabolo liberari, nisi per solum unigenitum filium dei, fortasse nimis ultra mea dilectio uel gratia dei nimis importuna uidebitur eius humilitas uel indignatio filii dei.

Heb. z

Et quidem dicimus eis illud apostoli, decebat enim eum per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctore salutis eorum per passionem consummari, sed non illis est satis. Insequuntur enim & dicunt: Quomodo illum decebat, uel cur decebat, si adeo non erat nobis necessaria incarnationis uel mortis ipsius iniuria. Ad hoc multa sunt quae dicantur, sed ei, qui non ex contentione est, qui acquiescit ueritati, sufficit pauca de pluribus. Primo dicendum, non aliter genus humanum a qua uel iusta redemptione potuisset saluari, nisi is, qui ad redimendum uel ad saluandum propiciator accederet, prius ipsam, quae peccatum admitterat, naturam induisset, ut in ipsa pro cunctis eiusdem naturae reatibus, dignam deo satisfactionem offerret. Hoc autem angelice naturae omnino impossibile erat, ut

1. Tim. 6

scilicet hominis naturam assumeret, ut humana seaniua uestiret. Nihil quippe angelicus spiritus humana subtilior est anima, unde nec alter alteri, scilicet angelicus spiritus humano spiritui capabilis est, nec alter alterius est capax. Solus deus, spiritus in creatus, spiritus in circumscriptus, cum nullus ipse sit capax, omni rationali spiritui siue angelico siue humano capabilis est. Proinde cum quis diabolico dicitur plenus spiritu, non hoc existimandum est, quod substantiam humanam animae substantiam diabolici spiritus ingressa sit, sed quod in occultas corporis caernas irrepserit, animamq; in suis sedibus deprehensam, tartareis diuerberet flagellis, inficiat uenenis, uel inflammet incendiis. Quomodo ergo angelus humanam naturam assumeret, qualiter hominis animam, qua non est subtilior, indueret? Praeterea nec angelica natura nostri comparatione, qui terra sumus, aurum optimum est, ac proinde quilibet angelus non tanto praeciosior est homine, ut uenudatus haereditatem aequi ponderare possit.

Angelus non potest humanam naturam assumere in sese.

Quo demones obident hominem.

Angelus non esset sufficiens redemptio nostrae pnti.

Quid enim est angelus secundum naturam, nisi creatura rationalis & immortalis, plane & homo secundum animam creatura rationalis & immortalis est. Praeterquam & pulcherrimam corporis fabricam possidet, & utroq; scilicet corpore & anima, uita aeterna beatitudine perfrui potest. Et ita cum angelus simplam habeat, homo duplam perennis gloriae stolam habiturus est. Igitur hoc unum nostrae salutis erat necessarium, ut deus, qui dilexit mundum, non legatum mitteret sed filium suum daret unigenitum, qui diuina potentia faceret, quod neq; legatus, neq; angelus facere possit, id est, humanam subtilitate diuinitatis suae penetraret animam, totamq; sibimet in unam eandemq; personam coniungeret uel uniret hominis naturam, quam & pro debito adae dignum pretium, utpote quous angelo longe & incomparabiliter praeciosior, aeterno patri offerret, uidelicet electus ex millibus, eo quod caput eius aurum optimum sit, id est pater eius solus & uerus deus sit, & ipse eiusdem patris unigenitus & consubstantialis filius, ac proinde uerus deus sit. Nonne ergo hoc decebat illum? Nonne hoc opus uere diuinum est & sufficiens uere diuinitatis argumentum? Nonne hoc opus, non minus clementiae, quam potentiae, capiti eius aureo gloriosum est insigne, quia uoluit, & solus potuit nostram assumere naturam, uoluit & solus potuit, totum genus nostrum in statera crucis grauiissime praeponderando comparare? Vere ergo, ut apostolus ait, decebat eum per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passionem eorum consummari. Nunc ad euangelicam lectionis seriem redeamus. Post haec uenit Iesus in Iudaeam terram, & illic demorabatur cum discipulis suis & baptizabat. Baptismi nomen ubi cumq; positum uel nominatum fuerit, tantae magnitudinis est, ut totum auditus ris animum confestim impleat, tantiq; splendoris, ut proprietatem faciei suae uix perspici nisi ab exercitato inspectore permittat. Siquidem pleriq; lecta uel audita narratione haec, quia uenit Iesus in Iudaeam terram & discipuli eius, & illic demorabatur & baptizabat, ita maiestate nominis complentur, ut non uacet illis cogitare aut quarere, unde primum eiusdem sacramenti uirtus aut utilitas exorta sit. His autem qui fidei sacramentis plenius imbuti sunt, dubium non est, quia baptismi Christi uirtus uel autoritas ab ipsis dominis nostri Iesu Christi morte & resurrectione initium sumpsit: quando iam mortuus sanguinem & aquam de lare suo lanceatus effudit, Paulo dicente, quia quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, confesuli cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. De qua re supra

Solus filius dei potuit omnem redimere.

Cant. 7

Heb. 3

Qua baptizatus Christi est passionem.

Iohan. 19 Rom. 6

supra in libro secundo plenius dictum est. Cum ergo nunc baptizasse legitur Iesus, quomodo uel qua uirtute baptizauerit quae rimus: maxime propter eos, qui discretionem non habentes, & sola nominis huius, id est, baptismi reuerentia praecipue occupati, nullam esse eius acquisitionem, nisi per litis molestias audire patiuntur. Et quidem difficilior quaestio huius finis inuenitur, nisi prouidus Euangelista post aliquam diceret: quare Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, nunc ex eo dicto facilius quaestio exitus aperitur: quia uidelicet cum opposita sint haec, baptizabat & non baptizabat, & utruq; simul esse non possit, liquet profecto quod Iesus baptizasse hoc loco secundum uulgatam opinionem dixit, quam & rursus ponit, ut destruat uel corrigat, cum dicit: Ut ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisaei, quia Iesus plures discipulos facit quam Iohannes, & baptizabat, quare Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Haec enim dum dicit, priorem sententiam destruit, quia Iesum baptizasse nunc ait, demorantem in Iudaea cum discipulis eius, famamq; hanc per discipulos Iohannis a mulantem dispersam fuisse innuit, maxime Iudeis inuidentibus, & inuidiam concitantibus, sicut in sequentibus de claratur per quaestionem, quae ex discipulis Iohannis cum Iudeis facta esse narratur. Discipuli namq; Iesu baptizabant, quod ipsi reuera inputandum erat, quia de eius auctoritate baptizabant, imo & privilegium supra discipulos Iohannis pro tanti magistri magnitudine non frustra uendebant, quia Iohannis quidem signum fecit nullum, hic autem tantus erat, ut multi crederent in eum, uidentes signa quae faciebat. Praeterea Iohannes huic testimonio perhibebat, tantoq; minor illo erat, & paulatim minuebatur, ut corrigiam calceamenti eius solueret se indignum fateretur. Ipsi ergo Iesu inputandum erat quod baptizabant discipuli eius: uerum non ab inuidentibus uel calumniantibus, sed a fideliter credentibus, & in magisterio discipulorum digne magistri gloriam diligebantibus. Veritatem, ut supra quere re proposuimus, est, quomodo uel qua uirtute discipuli Iesu, uel, si maui, ipse Iesus per illos ministerium baptizabat? Nunquid eadem regula uel efficacia, qua nunc discipuli eius, imo per discipulos uel ministros suos ipse baptizabat? Non utiq; eadem regula, quia neq; data fuerat eadem regula baptizandi, sine qua nusq; potest agi baptismus Christi, quia non ante, sed post resurrectionem suam tradidit illam dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Non ergo eadem efficacia baptizabant, quia necdum aperta erat, de quo iam superius dictum est) uisifici templi laeus dexteru, ut inde cum sanguine aqua egrediens, iuxta Ezechielem: Omnes aquas sanaret, & uirtutem illis regenerationis afferret. Non dum erat mare rubrum, id est, huius baptismi sacramentum Christi sanguine sacramentum. Quomodo ergo qui baptizabant per hoc mare, quod nondum erat, transisse dicuntur? Nondum agnus erat occisus, & iam filii Israel per mare rubrum transisse putantur: ut quid postea uerus iste agnus occiditur, eiusq; sanguine postes consecrantur, si iam Pharaonis & omnium Aegyptiorum primo genitua interierat, & omnes in mari rubro submersi sunt, id est, si hoc baptismum baptizabant discipuli Iesu, quomodo nunc dum baptizantur omne peccatum, tam actuale quam originale obruitur? Sed dicit aliquis: Iccirco baptizabant discipuli Iesu, ut qui baptizabant, ad futuram Christi redemptionem per tinere mererentur. Hoc sane recte conceditur, dummodo remissionem peccatoru, quae est ipse spiritus sanctus, neq; mortuorum, neq; uiuorum aliquis ante Christi passionem aliquo baptismate accepisse credatur. Vnde in eodem hoc Euangelista scriptum legitur: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Igitur quia secundum autoritatem euangelicam non habemus, quod discipuli Iesu de praepro uel regula baptizandi quicq; acceperunt, nisi hoc tantum quod nouissime Nicodemo ad se uenienti dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei: indubitanter tenendum est, quia non expectata baptizandi traditione uel regula: quippe quae nec interrogare nouerat, nec ullam aliam esse putabant, nisi secundum quam Iohannes baptizabat, scilicet in poenitentiam baptizabant & ipsi quomodo ab eodem Iohanne baptizati fuerant, scilicet absq; cathetizatione crucis, mortis, uel resurrectione Christi, absq; necessarie distinctione personaru, in nomine patris & filii, & spiritus sancti: & hoc ipsum quod Iohannes super fuit. Nam postquam ille traditus est, & Iesus in praedicationis officium succedens, ut Euangelista Matheus, Marcus, & Lucas euidenter attestantur, quod iam alio loco dictum est) in Galilaeam uenit, nusq; discipuli Iesu baptizasse leguntur. Nec enim hoc illis ante resurrectionem suam praecipiebat ipse Iesus. Et quidem conuocatis duodecim Apostolis, cum daret illis uirtutem & potestatem super omnia daemonia, mittens illos ad praedicanandum. Item cum alios mitteret lxxij, nihil de baptizandi ministerio loquebatur eis, sed tantum ut praedicaret dicentes: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum dei, quod ex tunc intra nos est, ex quo per mortem regis nostri dei & hominis Christi imper mortem, inquam) & resurrectionem huius magni regis, princeps mundi huius iudicatus, & foras missus est. Vbi enim toto tempore praedicationis Christi, id est, a traditione Iohannis usq; ad passionem eiusdem domini nostri, discipulos eis baptizasse, uel ipsum Iesum hoc illis inuenimus praecipisse: Igitur cum audimus, quia baptizabat Iesus, imo discipuli eius, non ita magnitudine

Quo Christi baptizabat & non baptizabat. Io. 4

Baptismus discipulorum Christi

Mat. 5.

Non eadem uirtute erat baptismus Christi a passione, quam post. Mat. ultimo

Ezech. 47 Ioan. 19

1. Cor. 10, Exo. 12

An passione non dabat remissionem peccatorum per baptismum Iohan. 7.

Mat. 4 Mar. 1 Luc. 4 Mat. 10 Luc. 10 Mar. 14 Luc. 17 Iohan. 8.

Terra Iudæa
cui præerat
Pilatus, quar
ta pars regni

Enon

Ioan. 1

Melchior in car
cere quæ vltro
desit bapti
zare Ioannes

Baptismus
passionis.
Luc. 12

Zach. 5

Mat. 11

Disceptatio
de baptismo
Ioan. & Iesu

Aemulatio
discipulorum
Ioannis
Mat. 20,
Luc. 22

Tentat Iohes
ad emulatio
contra Iesum
Mat. 23
Mar. 12
Nusquam hic
vocat Rabbi
Iohannes.

nomini baptismi opprimamur, ut non discernamus rem ipsam, vel faciem eius, talemque bap
ptismum agi puteamus, qualem Apostolis à Christo post resurrectionem eius mandatum esse
non dubitamus. ¶ Sane Iudæam terram, quo venit, vel ubi demorabatur Iesus & discipuli
eius, illam Iudaici regni quartam partem hic appellat Evangelista, quæ à Pontio Pilatus pro
curabat, in qua Iesus post illa, quæ Hierosolymis facta uel dicta sunt, demorabatur (ut dictum
est) & baptizabat. ¶ Erat autem & Ioannes baptizans in Enon, iuxta Salim, quia aquæ mul
tæ ibi erant, & ueniebant & baptizabantur. ¶ Enon locus est, in quo & Salim uicinus, octauo la
pide à Scythopoli, in campo qui salomias dicitur. Ibi (inquit) erat & Ioannes baptizans. Vt
quid baptizare coeperit Ioannes, superius iam dictum est, uidelicet ut illo baptizante, Chris
tus manifestaretur in Israel. Sic enim ipse dixit quia ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in
Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Cur ergo à baptizandi officio non cessabat, quo
niam quidem Christus manifestatus erat? ¶ Non dum enim (inquit) missus fuerat in carcerem
Ioannes, ¶ Opportunius atque rationabilius cessaret, cum in carcerem missus, baptizandi fa
cultatem amisisset, etiam si uellet, ac proinde neminem tanquam de mutatione sententiæ suæ
solicitem redderet, uelut qui populum frustra tanto clamore permouisset, nonnunquam bap
tismi usum magis propter unum hominem, quam propter regnum dei, tam cito desiturus incho
asset. Et quidem hoc tempore opportunum sciendum erat, quod propter manifestandum unum
hominem Christum baptizans in aqua uenisset, sed tempus tunc loquendi non erat, ut hoc &
cætera omnia iam diceret. Baptizabat itaque, & penitentiam prædicabat tam diu, donec in car
cerem mitteretur. ¶ Quo facto nec discipuli eius, nec Iesus, uel discipuli eius usquam bap
tizasse leguntur, donec ipse prior baptizaretur illo baptismo, de quo ait: Baptismo habeo bap
tizari, quomodo coartor usque dum perficiatur? baptizandus namque erat passione sua, quoni
am & ipse adhuc iuxta prophetam sordida habebat uestimenta, scilicet membra carnis corru
ptibilia, passibilia, atque mortalia: quibus ablatis uel depositis per expoliationem mortis, recu
peraret eadem per gloriam resurrectionis candida facta, id est, impassibilia uirtute immorta
litate. ¶ Facta est ergo quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione, & uene
runt usque ad Ioannem. ¶ Ecce nunc quoque tantus tamque uehemens fluit uentus, ut non solum
harundo aliqua, sed & adulta iam arbutcula, eius impulsu agitari posse uideatur. Crescente
namque Iesu, & isto iam incipienti minui quod fieri oportere fuerat & ipse protestatus & emu
lati sunt discipuli eius, Iudæis malitiose sollicitantibus & inuidiæ flammâ concitate uolentibus
ut testimonium Ioannis, quod perhibuerat de Iesu, discipuli eius infirmare conarentur, ex
torquendo uidelicet ab illo sermonem de Iesu, qui à priori testimonio dissonare uideretur.
¶ Verbi gratia, Puta dixisse Iudæos: Ecce habemus duos Baptistas, cuius eorum baptismus
melius purificat? Cuius (inquiunt discipuli Ioannis) nisi eius, qui aquas istas primus inuenit,
primusque mortalibus ostendit: baptista noster non ab hominibus, neque per hominem, sed per
uerbum domini cum esset in deserto solitarius baptizare didicit, atque inde huc uenisset, iunio
rem illum (ad quem omnes modo ueniunt) ut cæteros ipse baptizauit. E contra Iudæi: Non
magister uester (inquiunt) baptismum suo purificationem baptismi illius prætulit, dicens:
Ego baptizo in aqua, ille uos baptizabit in spiritu sancto & igni? Nōne se indignum dixit sol
uere corrigiam eius calceamenti? ¶ Itaque facta quæstione huiusmodi, uenerunt (inquit) ad Io
hannem: Nec mirum rudes eatenus discipulos contendisse de purificatione baptismatum,
uel dignitate magistrorum, cum & magni Apostoli, iam instante passione magistri, contem
derint quis eorum uideretur esse maior in regno cælorum. Usque ad Iohannem uenerunt.
Multum instanter & animose quæstionem uentilarunt, qui uentofam eiusdem quæstionis
machinam usque ad turrim illam perduxerunt, quæ fundata erat supra petram altissimam, lon
ge eminentiorem, multoque fortiore harundinibus nostris, quæ huiusmodi uento solent quæ
libet in partem leuiter agitari. Nam ut nouerimus, quæ usque ad illum uenerint hac intentione
ut eum deuocarent à testimonio Christi, uerba ipsa satis euidenter hoc innuunt, quæ fuerunt
huiusmodi: ¶ Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic
baptizat, & omnes currunt ad eum. ¶ Summa ergo quæ ab illis dicta sunt, uel dici potuerunt,
ita breuiter expressa est, ut in singulis pene dictiunculis uis insita lateat, quæ permouere
potuisset, nisi solidum, prudentem, & bene (ut præ dictum) est in ueritate fundatum animum
offendisset. Primo, ut sæpe uentus urens blando susurro prælaudat, blandiuntur & dicunt Rab
bi, quo prænomine gaudere sciebant molles auricularum Scribarum & Phariseorum, sicut &
dominus: Amat enim, inquit, primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari
ab hominibus Rabbi. ¶ Nusquam enim præter hunc locum inuenimus eum uocatum esse Rabbi, nec ab
ipsis qui quærentes ab illo consiliū salutis dicebant: quid faciemus & nos, nec ab aliquibus in
quibuslibet euangeliorum locis. Quod & si quædam dici potuit, & ab Euangelistis, ut superfluum, re
cte prætermisum est, hoc tamē loco nullatenus omitti debuit, ob significandam magnitudinē
præsentis adulationis. Hoc itaque magnifico prænomine præmisso, quod ad consensum ipsorum
putaretur

putaretur posse delecti, ut domino Iesu studeret sese & præferri. Qui erat (inquiunt) te
cum trans Iordanem, &c. ¶ Norandum diligenter quanta arte, quam accuratis agit in insidijs,
ut Ioannem peniteat testimonij, quod domino perhibuit. Duabus namque præcedentibus pro
positiunculis, duas obliqua accusatione subnectunt, hoc modo: Qui erat tecum trans Iordanem,
ecce hic baptizat: & cui tu testimonium perhibuisti, ecce omnes ueniunt ad eum. Qui
trans Iordanem tecum erat, seque tuis manibus ut minor submiserat, ecce hic in Iudæa super te est,
& sua seorsum autoritate baptizat. Et cui tu testimonium perhibuisti, indiscreta humilitate
nimium te subiciens illi, & gloriam tuam dans alteri, ecce omnes te neglecto, ueniunt ad eum,
numquam baptismum parui pendentes, illum iuniorē certatim expetunt. ¶ His & huiusmodi di
ctis Iudaico luore concinnatis hoc agebatur, ut fidelissimi testis animus à ueritate, cui testi
monium perhibebat, auerteretur: atque ita baptizantium rupta concordia, baptismi uel
penitentia remedium, facilius quasi rationabiter contemni uideretur. Nam pha
risæi & Iudæorum quæ plurimi spreuerunt consilium dei, non baptizati
baptismo Ioannis: quippe qui expectabant falsi & fallentes,
Messia regnante in regno eius superbiere, non de pecca
tis suis humiliari, uel penitentiam agere, gentes
uniuersas spoliare, non duas tunicas, aut du
plices escas cum gentibus diuidere.

* præferre
Dux uigilie
nandi Ioan
a Iesu
Præua interi
tio Iudæorū
Luc. 7

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVAN
gelistam Commentariorum Liber Quartus.



VIA REVERA IOHANNES LUCERNA ^{Ioan. 5}
ardens & lucens est, merito nos in lumine eius exultamus, si
tamen ipsum lumen eius agnoscerimus, quod Iudæi cogno
scere noluerunt. Et ideo uolentes exultare ad horam, &
temporale terreni regni gaudium, ab illo, quem Christum
esse existimauerunt, se sinantes præcipere, competenter ex
ultare non potuerunt. Est autem lumen eius, humilis ueri
tatis, & uera humilitas, qua totus in corde & in ore præful
gens, ueras inanis gloriæ, quæ stultis lumen esse uideatur, te
nebras admittit & non poterat. ¶ Cum ergo mittit im
& ueniunt Iudæi ad Ioannem, quæstionem (ut prædictum est)
de purificatione facientes, & ille testimonium perhibet ueri
tati, bene & laudabiliter in lumine eius exultamus, non ad horam, sed ad uerum & integrum
diem non ad tempus, sed ad impertentem æternitatem, dum radiantem per os eius
libenter amplectimur ueritatem. Hoc itaque loco quid responderit, audiamus. ¶ Nō potest ho
mo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de celo. ¶ Ac si diceret: Quid me dā fautores importu
ri tantopere uocatis Rabbi? Quid maiore quam ego sum uocabulo, me quasi honorantes exten
ditis: Hoc nomen eius est, & illi congruit, qui solus nullius in diget, qui solus habet, docetque ho
minem scientiam, dat præcepta uiuendi, legemque uitæ ac disciplinæ subiecto sibi impartitur
homini. Et hic longe homines excellit, quorum nemo accipere potest quicquam, nisi fuerit ei datū
de celo. Omnes enim aliunde acciperunt, singuli de plenitudine alterius donum expectant
propterea. ¶ Omnis ergo homo prohibendus est, ne amercari ab hominibus Rabbi quippe cum
Moysen nusquam scriptura sacra hoc nomine appellare consueuerit, quia uidelicet legem non de
suo dedit, sed aliunde ut daret ipse accepit. Quapropter nolite me uocare Rabbi, sed uocare
me discipulum ueritatis: quia profecto cum & ego sum homo, non potuissent quicquam accipere,
nisi fuisset mihi datum de celo. Nunquid uero nunc primum dico, quod non sum ego deus, sed
tantum homo? ¶ Vos ipsi mihi testimonium perhibetis, quod dixerim ego non sum Christus,
sed quia missus sum ante illum. ¶ Quando missus ab Hierosolymis sacer dotes & leuitas, ut in
terrogarent me: tu quis es, Confessus sum & non negaui, & confessus sum, quia non sum ego
Christus, & dixi: Qui post me uenturus est, ante me factus est &c. Quod ergo nunc ita dixe
rim: Vos mihi nunc testimonium perhibetis, in eo quod dicitis: Rabbi qui erat tecum trans
Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti. ¶ Nequaquam ergo nunc primum me purum
hominem esse cognoui, quia uos scitis, uos memores estis, & nunc mihi testimonium perhibe
tis, quod dixerim: Ego non sum Christus. Quod si dixissem, profecto plus quam hominem
me esse affirmassem: quia CHRISTVS plus quam homo est, quia non tantum homo,
sed & deus, & homo est. Quapropter illi soli dicite Rabbi, quia magister uester unicus est
Christus

Ioannes cre
prior inanis
gloria.
Ioannes recu
sat uocari
Rabbi
Psal. 95
Eccl. 4. 5.
1. Cor. 4
Ioan. 1
Nec Moyses
rabbi dicitur
Exo. 5. 4
Ioan. 13
Ioannes non
erat Christus
sed purus ho

Mar. 27
Ioan. 1
1. Cor. 4

Christus, de quo dixi, iam & audistis, quia de plenitudine nos omnes accepimus. Illius itaque vos mecum estote discipuli: Quid enim habeo quod non de plenitudine eius acceperim? Si autem accipit, quid me gloriari uultis non acceperim? Soli illi gloria est, quia de nullo accepit, quia plenus est, & non illi de caelo datum est, quia caelum ipsum eius est. Iam nemo mihi molestus sit, si spiritus potestatem habens ascenderit super me, locum meum non deserat. Locum (inquam) meum, modulum meum non excedam. Noui ego locum meum, hunc scilicet quia non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Vultis audire quid ille, & quid ego sum? Vultis nunc istud cognoscere persimile, quod uobis est bene cognitum? Qui habet sponsam, sponsus est, Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudium gaudet propter uocem eius. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Nostis hoc quicumque; aut nuptias egistis, aut nuptijs interfuitis, quanta sponsi & amici eius distantia sit. Sed cur dicitur Ioannes amice sponsi, non aperte, sed quasi sub uelamine utranque, scilicet diuinam & humanam Christi naturam commemorastis. Poterat enim sic dici: Qui deus & homo est, ille Christus est. Nam illud dicitur quod dicitur est qui habet sponsam, sponsus est, non quidem sic accipimus, ac si dictum fuisset: Non ego qui purus homo sum ut quisque uestrum Christus sum, quia deus non sum, sed ille Christus est, qui & antequam homo esset deus erat, sed postquam homo factus est, nihilominus secundum suam naturam deus est, propter assumptam uero hominis naturam, Christus est: quomodo quilibet sponsus & antequam sponsam acciperet uir erat, & postquam accepit illam, nihilominus natura, uel sexu suo uir est: propter coniunctum uero sibi sexum uel feminam sponsus dicitur & est. Nos ergo sic dictum esse hoc accipimus, & inde Christum esse sponsum cognoscimus, quia non hominem tantum, sed deum & hominem esse credimus & confitemur. Nam nisi prius illud crederemus, hodie illud Dauidi cum praeconiis: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, ceteraque huiusmodi testimonia scripturarum nequaquam intelligeremus. At illi nec dum credebant, nec dicit sciebant Christum deum esse & hominem. Non sic expectabant Messiam, ut deum fore crederent, sed hominem, quamuis magnam, tamen hominem tantum. Cur ergo dicitur Ioannes lucerna mundi, non sicut discipulis tuis aperte prius Christum deum & hominem esse ostendit, quorum tarditatem ipse melius nosti, sed tanquam perfectis, & in fide Christi exercitatis mystica & alta proloqueris, quorum superficiem uix aduerrere possint? Videlicet quia non iam ante passionem Christi expedit ista praedicari. Nec enim ratio diuinitatis admittit eundem Christum agnoscere, quod uel quantum sit, & secundum dignitatem suam honorari uel adorari, prius quam peracto quod a patre in unum est uel seruitio, sed ad dexteram maiestatis in excelsis. Hic ordo necessarius erat nostrae salutis, ut priusquam sibi mereretur ea quae dei sunt, ageret ipse, uel pateretur ea, quae hominis sunt. Unde & cum duodecim Apostolis daret uirtutem & potestatem super omnia daemona, & ut languores curarent, & mitteret eos ad praedicandum, non seipsum illis praedicare iubeat, sed hoc tantum ut poenitentiam homines agerent, hoc scirent quia appropinquaret regnum dei. Itaque & Ioannes quia quaestionibus pulsabatur, ideo de magnitudine Christi, quae est diuinitas eius, omnino reticendum non erat. Rursus uero si non erat officij, praedicare incarnationem eiusdem filij dei, sed tantum baptizare & dicere: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum dei, sic testimonij sui dicta temperabat, ut & ueritatem non taceret, & tamen uulgo diiudicandam aut conculcandam non exponeret. Ait ergo: Qui habet sponsam sponsus est. Quod praeter hanc, de qua iam dictum est, latetis intrinsecus mysterij gloriam, quam iuxta Psalmistam, caeli enarraturi erant, ita ut non essent loquelae neque sermones, quorum non audirent uoces eorum, quorum sonus in omnem terram, & uerba in fines orbis terrarum exitura erant, dicendo: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo; Exultauit ut gygas ad currendam uiam, praeter hanc (inquam) interioriorem gloriam, in superficie quoque utilitatis habet plurimum, quod praesentes quoque edificare, & a tua poterat nimium carnali aemulatione compescere. Quis enim nemo illorum erat, qui execrandum esse nesciret adulterium, ubi paranympus sponsum se esse mentitus, creditur sibi sponsae audeat commaculare thalamum. Verbi gratia, Pater Abraham seruum suum fidelem esse arbitratus, per deum caeli adiuratum dirigit, ut uxorem accipiat filio suo Isaac, dans illi quae secum portet de omnibus bonis suis. Ille Rebecca ad puerum inuentam allocutus, & aquas haurientem contemplatus, quia speciosa erat, primo armillas tradens, & in aures eius appendens aures, animo illius iam bene praeparato, tandem a parentibus illius obtinet, ut fidei suae credita, domino suo Isaac transmittatur. Nunquid iste cum seruus sit Isaac, si ipsum Isaac se esse metiatur, puella pulchritudine delectatus, & deo suo praecipiat eius amplexus, impunitus dimittetur? Nemo utique illorum erat, qui nesciret execrandum hoc esse facinus, cuius ob magnitudinem seruilibus poenae modis merito punirentur. At nunc quae seruilis conditione fidelitatis honore supergressus est, iccirco magnus in dono nuptiarum sponsi domini sui paranympus stans, & audiens eum, & gaudio gaudens propter uocem eius gratulantis super industria uel sedulitate sua, quae condignam sibi puellam adduxerit. Plane huic

Iesus est sp̄s
sus, id est, de
us & homo.

Psal. 18

Cur Ioannes
nō aperte dixit
Iesum esse de
um, & hominem
Responsio

Mat. x

Prudens re-
sponso Ioā.

Mar. 3

Psal. 18

Exemplū de
seruo Abra-
hae quaerere
sp̄s iam filio
Isaac.
Gen. 24

huic simile Ioannes illud asserit, quod uenit ipse in aqua baptizans, parare domino plebem perfectam. Cum enim dixisset qui habet sponsam, sponsus est: tunc sponsus, qui stat & audit eum, gaudium gaudet propter uocem eius, conclusit sic. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quod gaudium? Hoc uidelicet, quod eius qui habet sponsam, & in deo sponsus est, amicus sum, & ante illum missus sum, & quae primitiuam discipulorum eius ecclesiam, baptisimi mei aquas haurientem allocutus, armillis bonorum operum adornauit, & in aures appendi, dicendo: Appropinquabit regnum dei, & sic usque ad unigenitum filium dei patris per duxi, dicendo: Ecce agnus dei, cui mox copulabitur, mare sua Sara, id est synagoga, mortua praefidelitate, & implebit faciem orbis semine. Hoc inquit gaudium meum est, & hoc impletum est, ita ut altius quid non ambiam. Quid mihi dicitis, tu ipse esto sponsus? Sponsus ille uocetur & sit, cui sponsa deberetur. Meum quippe gaudium impletum est in hoc, quod sum sponsi amicus: in hoc, quod sto in triclinio, & audio eum gaudens propter uocem eius, propter testimonium eius quod & uos audiri estis, quo me beatificat dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, &c. Cum ergo haec diceret Ioannes eis, qui se supra dicta quaestione pulsauerant, & de illo expectantem uolebant ipso auctore supra id, quod ex ipso audiebant & uidebant, alij quidem nimium fauentes, alij uero malitiose testimonium, quod domino perhibuerat, imitatione uocis eius infirmare, uel annulare molientes: cum iccirco illis similitudinem de sponso & amico obijceret, non se metipsum reprehendere discipuli eius, qui magistro nimium fauebant? nonne intra se metipsum erubescere iudei poterant, qui testimonium eius de Christo, quod imminuere tentauerant, e contra potius augeri uidebant? Proinde uerus ac dignus sponsi paranympus, integer amicus, digne in aeterno caeli triclinio stat coram illo, & audit uocem eius, & gaudio gaudet, quod ab illo non auferetur. Digne per omnia hic omnibus paranympis in exemplum proponitur, id est, omnibus qui sponsae Christi, uidelicet sanctae ecclesiae curam atque regimen sortuntur, ut nequaquam adulterinis illam oculis contempnentur, & uero sponso eius copulam furetur. Nam quod diu catholicam illi fidem praedicant, sponsi amici, sponsi uicarij, uiri quoque uocantur, & sunt, quia Christus in eis loquitur, & ipsius semen est uerbum fidei, quod per illos suscipitur. Vbi autem quippiam eorum, quae a fide Christi aliena sunt, auribus eorum inferre moliantur, adulteri sunt, quia non Christus in eis loquitur, & uelut alieno corpore sponsa commaculatur, cum talibus errorum magistris se summitti patitur. Quam eius uoluntariam passionem Paulus de praecipuis sponsi huius amicis unus, magno clamore redarguens: Nunquid (ait) Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Dicebant enim illi, disputationes habentes inter se: Ego quidem sum pauli, ego autem Apollo, ego uere Cephas. Et hoc modo non quidem Paulus aut Cephas siue Apollo adulterabant sponsam Christi, erant enim fideles et ministri, sed prone in adulterium eius animae conabant amicos sponsi sui ad adulterandum pro uocare. Verum quacumque ex parte siue uocem, quae sponsa dicitur, siue eorum qui amici dicuntur, adulterij proueniat fomes, testimonium hoc uerum est, & dissolui non potest: Qui habet sponsam sponsus est, id est solus ille, qui cum deus esset, humanam sibi naturam unire dignatus est, solus ex omnibus ille, & non alius sanctae ecclesiae sponsus est: & quicumque alius se ingererit, adulter esse potest, sponsus esse non potest. Huic autem (quem sponsi huius omnes imitant amici) uero amico satis est, quia magnus est, quia plenus gaudium asserit, quod dignus habitus est stare, & audire eum, & esse conscius eorum, quae cum sponsa geruntur secretorum caelestium. Quid ergo superest? quid de reliquo faciendum est? Ait: Illud oportet crescere, me autem minui. Hic dicitur (inquit) solo uocis testimonio clamauerim, quod ille maior me sit, & quod prior me fuerit, deinde rebus euidentiibus oportet certum fieri, quod non ego Christus, sed ante Christum missus sum, quod ille non uero ego homo tantum, sed & deus. Hoc enim mihi minui, & illi crescere est, non quod mihi collata mensura de creseat, uel eius immensitas augetur, sed quod in nouitiam uobis ueniat longe inaequalis utriusque quantitas. Alias autem & uere secundum naturam hominis, quae paulo minor est ab angelis, crescere habet, primo signis & prodigijs, deinde ordine mortis, resurrectionis, & ascensionis, & sic accipere nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & in omnes gentes poenitentia praedicetur, & remissio peccatorum. Sic omnino fieri oportet, sic expedit, sic necessarium est humano generi, ut adoretur sedens ad dexteram maiestatis in excelsis. Interim me oportet minui, nec quis confidat in me puro hominem, & ponat carnem brachium suum, quod mox fieri uidebitis, quando traditus & decollatus, ad inferos descendam, nihil dignum agens hoc nomine Christi, quod uos mihi importune imponitis. Quibus peractis tunc demum non solum uobis sed & toti mundo decantabitur comparatio mei, quem Christum esse putastis, & eius qui uere Christus est, contra quem uestris quaestionibus depugnastis, tunc istud sciet & dicet, quantum illo, quem filium Ioseph dicitis, minor ego sim quem Zacharias genuit, quod uos dissimilantes pro eo, quod deferto incognitis, & iam dudum obliuioni traditus adueni, Christum me esse arbitramini, qui de quibusdam secretis & inuisibilibus locis aduenierim. Nec dubita discretionem

Ioannes para-
nympus &
amicus sponsi.
Luc. 28

Gaudium Iesū
nis impletum.
Mat. 11

Luc. 21
Paranympus
sponsae
adulteri, hō
t. Cor. 1

1. Cor. 1

Vnō tē sp̄s
sponsus

Quō Ioānes
minuitur, &
crescit Iesū.

Psal. 8.
Philip. 2
Luc. 14

Hier. 7

Luc. 4
Mar. 15
Luc. 5

In oib⁹ Testis maior Ioanē

Pfal. 118

Mat. 14 Mar. 6

Qui de sursum uenit super omnes est.

Purus hō de terra ē & terrenus 1. Cor. 15

Ibidem

Mat⁹ Chri⁹ oī maloz est testimonium

Philipp⁹ Ait⁹ Chri⁹ q⁹ propheta⁹ v⁹ dicit. 1. Reg. 9

• pr⁹ scium.

tionē mea paritas ab eius magnitudine distinguetur. Quem enim homo corruptibilis, mutus & loqui nō ualens, de carne sua genuit, procul dubio minor dicitur, ut est, eo quem deus incorruptibilis & inuisibilis, eloquens & omnia dicendo faciens de corde suo eructauit. Hęc & cetera ubi palam omni mundo cōperint prædicari, sonantibus cœlis, & gloriam enarrantibus huius filij dei, tunc indubitanter apparebit, q⁹ monte quouis cœlum altius sit, q⁹ dies nocte sublustris pulchrior sit, q⁹ sol lucifero splendidior sit. ¶ Hoc eius crementum, ipsa quoq⁹ natiuitatis ac passionis eius tempora, modus quoq⁹ & locus passionis eiusdem pulchre significant. Non enim natus est, uel patitur, quibus temporibus dies minuuntur, non ut ego Herodis, aut Pilati in fausto natalicio, sed in paschali patitur plenilunio, non ad salutationem unius puellæ, sed ad clamorā petitionem totius synagogæ, non in abscondito tenebroso carceris, sed sub dño, palam omni cœlo, teste omni mundo, extra portam ciuitatis, non de collaris, & ca pite imminutus, sed patulo ligno exaltatus, & extensus, figura crucis sese orbem quadrifidū ad se trahere protestatur. Sequitur: Qui desursum super omnes est. Audiant & hoc, & cetera quæ sequitur, audiāt iudges, & confusione operiantur heretici, contra quos maxime hoc euangelium, ut sepe dictum est, conscribitur, qui Christum ex Maria sumpsisse initium, diabolico cōmentati sunt spiritus. Qui de sursum uenit (inquit) super omnes est. Dixerat q⁹ oportet illum crescere, ratione subiungit, probans q⁹ merito crescat, q⁹ merito mundus omnis de illo maior q⁹ de se sentiat. ¶ Cur (inquit) ille crescit, cur tu illo crescente minueris? Qui de sursum uenit, ait, propter hoc ipsum, quod desursum uenit, q⁹ non ex traduce in utero matris factus est, nec de nihilo, & non aliunde q⁹ de carne uirginis prodijt, sed in principio erat uerbū, & apud deum erat, & deus propter hoc digne super omnes est, maior omnibus est, excellentior omnibus est, non loco, sed dignitate, nondum corpore sed honore nondum carnis impari sibilitate, sed gratiæ & ueritatis plenitudine. Omnes enim de deorsum sunt, & propter hoc ipsum q⁹ de deorsum sunt, & de deorsum uenerunt, de terreno patre, qui de terra sumptus est, cum materia uel initium terra est, & cum gratia creatoris cœlum fieri possit, terra factus est, quam serpens comederet, propter hoc iure infra illum omnes sunt, q⁹ non ex super omnes est. Vnde & subditur, Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Quid est enim esse de terra, nisi existendi initium habuisse de terra, nihil amplius esse q⁹ q⁹ sumptum de terrena humani generis massa? Qui ergo est de terra, inquit, id est, cuius esse coepit ex terra, de terra est, id est, terrenus est, quemadmodū & ente cesser eius, de quo apostolus: Primus (inquit) homo de terra terrenus. Terrenus omnino est omnis, qui terrenū fundamentū, id est, terrenū habet initium, ac proinde de terra loquitur, id est, terrena sapit, terrenis sensibus inuoluif. Quid ergo fieri oportet: quomodo illi subuenitur? Ait: Qui de cœlo uenit super omnes est, & quod uidit, & uidiuit hoc testatur. Qui de cœlo uenit, & ideo cœlestis est, ut ait idem qui supra apostolus: secundus homo de cœlo cœlestis, unde & super omnes est, ut prædictum est, iste quod uidit & audiuit, hoc testatur, uidelicet ut de plenitudine eius nos omnes accipiamus, & aliqd de cœlo loquisciamus, qui non nisi de terra loquebamur. Ecce aperuit quo tendat, id est, ad qd dixerit, super omnes est, uel quomodo aut super quos omnes est. Ait enim. ¶ Qd uidit & audiuit, hoc testatur, uidelicet super eos oēs est, qui futurū esse testati sunt regnū dei, qui apertū esse hominibus testati sunt introitū regni dei. Hoc autem propheta & reges ante testati sunt, hoc patriarchæ & iusti expectantes & prænoscentes, a longe salutauerūt, & de illo poteris cohæredibus suis prælocuti sunt. Sed nūquid regnū illud uiderūt: nunquid regni illius uoces audierūt, & inde huc uenientes, sedentibus in tenebris captiuis, qui uincti erant, uisa & audita liberi annunciauerūt: Nunqd de cœlo uenerūt, & non potius in ista captiuitate, q⁹ antea omnino non erant, nati sunt, & toti de terra exorti sunt? Ergo super omnes regni dei testes, hic testis idoneus est, quia uidelicet erat iam ante q⁹ huc ueniret, & de regno dei de regno suo, huc in nostrū exiliū uenit. Et cū esset rex illius regni dei propter nos, ut illud nobis testaretur & aperiret, in forma serui nasci uoluit. Vnde uerissime nūc dictū est, quod uidit & audiuit, hoc testatur. ¶ Et quidem propheta uisiones quasdam regni illius uidebant, unde & uidentes dicti sunt, sed longe aliud est uisiones regni dei figuratiuas & ænigmaticas oculata inspiratione uidere, aliud ipsum regnū uidisse, & inde huc uenien do, nobis qui nūq⁹ ibi fuimus, testari uel annūciare. Ad quid aut dixit hoc discipulis suis, siue iudeis, cū quibus questio facta est de purificatione? Ad qd illis dicentibus: Rabbi ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eū? hoc dixit, nisi ut discipuli sui pro se æmulari desinerent, ut iudæi contra ueritatem illi insidias machinari desisterent, & potius ad illū Baptistam uerū submissio capite omnes uenirent? Quod q⁹ facere frigidi præ inuidia detrectabant, protinus dolendo subiūgit: Et testimonium eius nemo accepit. O consiliū malignantiū, synagoga perditā, cœtus sceleratus. Ecce quem legatum, q⁹ legitimum testem q⁹ fidele testimonium non acceperunt. Indignitas rei, q⁹ præsciuit cor iohannis alte tetigit, acerbitas sacrilegij mentem rati domini consciam percussit, ita ut dolens exclamaret. ¶ Et testimonium eius nemo accepit. Vere enim testimonium eius

eius nemo accepit, uidelicet q⁹ diu inter homines ambulauit, q⁹ diu præsentia corporali stans in concione hominū testimonij perhibuit ueritati, siue in synagogis iudeoz, siue in pretorio Pilati. Clamar hoc iniuria crucis, probat hoc in dignitas mortis, qua punitus esse uelut falsus testis. ¶ Sed dicit aliquis: Non nemo accepit eius testimonij, nam aliqui acceperunt, aliqui in eum crediderunt: Acquiescimus, non negamus, aliqui ut cūq⁹ crediderunt, quantum incerti & infirmi, dum illum esse filij dei confessi sunt, testimonij eius acceperunt, uerū tamen in illo articulo uel hora necessarij testificationis, quanti contestari aut subscribere ausi sunt: Nōne omnes relicti eo fugierūt? Nonne percussio pastore oues dispersæ sunt, & solum illū reliquerunt? Igitur q⁹ dicit dominus in forma serui testimonia regni dei declamauit, quis non solū dictis se cundū scripturas, sed etiam mirabilibus factis eadem testimonia confirmauit, testimonium eius nemo accepit. Aut ubi reiectus a concilio malignantiū, contemptus a iudicibus iniquitatis, & punitus ut falsus testis, resurrexit a mortuis, & ascendens in cœlum, deo patri suo qui illum miserat, ea quæ perpeffus est reuulit, statim adiutor testimonij eius, & defensor idoneus spiritus sanctus aduenit, & exinde testimonij eius non nemo accepit. Tunc comprobatus & agnitus est uerus fuisse testis, tunc & exinde creditus est uerus esse rex, imo deus uerax & uera delulisse iura regni dei. Vnde & subditur: Qui autem accepit eius testimonij signauit, quia deus uerax est. ¶ Quis enim est ille beatus, qui accepit eius testimonij, nisi ille filius salutis omnis populus Christianus, sancto spiritu insignitus per ministroz manus, quibus dictum est: Accipietis uirtute superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni iudæa & samaria, & usq⁹ ad ultimū terræ: Nam quicunq⁹ illos adiuuit, testimonij a superueniente spiritu sancto in seipsis habentes, & testificando prædicantes, Verbi gratia, cū dicunt: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti a patre. ¶ Hęc nimis, & cetera huiusmodi prædicantes, quicunq⁹ audiuit & baptizatus est in nomine patris & filij & spiritus sancti, ille testimonij eius accepit, & de illo qui & eum non negaret se esse regem regni dei, regem ueræ & filium dei cū interrogatus se esse non negaret ante faciem Pilati, negatus est & punitus ut falsus testis, de illo utiq⁹ protestatur, quia deus uerax est, quia unus & uerus cum patre & sancto spiritu deus est. Hoc protestatur, hoc in corde suo signauit, hoc in fronte sua cum signo crucis depinxit, corde credens ad iustitiam, ore confitens ad salutem. Inspiciens iudæus uel hereticus (qualis fuit Cherinthus) hanc ueritatem soluere nititur, dicens in corde suo non est deus. Sed acceptor testimonij gnauit, id est, dinga memoria notauit uerba testimonioz eius, quibus cōstanter deus uerax esse defenditur. Sic enim in Euangelio suo loquitur, quomodo deus, Vnde & protinus subditur. ¶ Qui est ex deo, uerba dei loquitur. ¶ Quid enim est uerba dei loqui, nisi sic loqui, quomodo licet soli deo loqui? Pene huic simile est in Actibus apostolorum de Herode, cū digna reprehensione legitur: Cumq⁹ sedisset (inquit) in datus ueste regali, populus acclamabat, dei uoces & non hominis, id est, uoces quibus iuste & licito acclamandū est soli deo, & non homini. Verbi gratia rex in eternū uiuens, semper potens, omnipotens, immortalis rex, & deus non ster, & similia. Sed illum percussit angelus domini, eo q⁹ acquiri uisisset immoderato favori populi, & non de differ honorem deo, hic autē cū loqueretur uerba dei, cum emitteret uoces dei, Exempli causa: Anteq⁹ Abraham fieret egosum, & ego & pater unum sumus, & ego principium qui & loquor uobis, cum iste hæc, & his similia dei, & non hominis uoces emitteret, uirtutum gloria comitabatur, comprobans quia ipse deus uerax esset, non ut prædictus Herodes, qui cum dei uoces sibi acclamatas admisset, percussusq⁹ & putrescens consumeretur uermibus, ait cum gemitu: Ecce deus uester, scilicet falsus, id est, homo non deus. Ait ergo: Quem enim misit deus, uerba dei loquitur. ¶ Ac si diceret: qui non communi more naturæ in matris utero ex traduce transfusus est, sed a deo in hunc mundū uenit, missus est, qui non, ut ego uel prophete omnes, ad hoc natus est ut mitteretur, sed ad hoc missus est ut nasceretur, hic uerba dei loquitur, id est, sic loquitur quomodo deus, & acceptor testimonij eius ex uerbis ipsius corde credulo concepit, quia deus uerax est, quod ex operibus uerba consequentibus agnoscere promptū est, & eadem uerba diuinitatis eius in sacco cordis uel memoria signat, ut quotiens superbus Goliath, id est (Cherinthus uel Arrius, siue alius q⁹ hereticus) blasphemat hūc deum Israel, parata proferat uerba hæc, tanq⁹ de petra Dauid, lapides limpidissimos & blasphemā superbie fronte percussit, contestans, q⁹ dei filius de⁹ uerax est. Non enim hic homo gregarius aut plebeius est, non communi mensura filioz Adam, aut iustoz hominū diuina gratia circumscribitur. Hoc est quod sequitur: Non enim ad mensuram dat deus spiritū. ¶ Vere non ad mensuram, quia totus, sicut per integram columbæ speciem mihi demonstratum est, totus plane spiritus sanctus cum omnibus donis suis super eum requiescit, quomodo colūba super caput eius, ostendit se mihi cū omnibus membris suis. Non ita cuiq⁹ in cunctis millibus, ex quibus hic unus electus est, spiritus sanctus datus est. ¶ Nos omnes damnari capitis homines sola dei clementia perditioni & morti superstitēs, miseri & egentes, nati infeliciter,

Mat. 23 Zach. 13

Actu. 1

Ioan. 1

Quis testis monium eius accepit cum

Rom. 10

Psal. 15

Quid est uerba dei loqui

Ioannis 8 Ioan. 10.

Chri⁹ missus est ut nasceret, Prophe⁹ tæ nati sunt ut mitterent

1. Reg. 17.

Ioan. 1

Cant. 5 Misera natiuitas hūang

Mat. 15
 Chr. feliciter natus
 Pr. diligit filium & quid iustissime
 Ephes.
 Eroia dedit in manu eius
 Dan. 7
 Infinita p̄ris erga filium
 dilectio suo
 O. creatur ad dei sicut gura stitula.
 Plat. 4.
 Mat. 11

& à superno patre extorres, qui rodebamus in solitudine squalentes calamitate & miseria, & esse sub sentibus delicias putabamus, nos olim canes muti, & præ inedia latrare non valentes, pro magno habemus & nobiscum bene agitur, q̄ deus patrum nostrorum deus appellari dignatus est, nos ipsos cum canibus gregis sui posuit, & effecti de reliquijs eius, aperire os & latrare ualeamus. Cuius nostrum macræ scientiols, tanq̄ panis siliaginei semuncia proficitur, uel prophetica gratia quadra diuiditur, & sua singuli mensura contenti, bene nobiscum actum esse fatentes, foris excubamus. ¶ Hic autem homo nobilis, feliciter natus, & anteq̄ in hac forma nasceretur, cceloz dominus, & sanctorum angelorum imperator designatus, nulla mensura circunscriptur, neq̄ diuisum aliquod indicat munusculum sancti spiritus, sed quid? Breui sententia magna dem uobis differentiam eius exprimat. ¶ Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. ¶ Quis nostrum habuit aures audiendi, & audire meruit hoc quod iste magnus pater dicit stans à longe, & stans humiliter cedens maiori, scilicet filio dei in contractione cordis sui: Quid enim iste dixit contemplator uiscerum dei patris: Quid dixit, quid corde reueren distimo & ore religiosissimo profudit? Pater inquit diligit filium. ¶ Pater iuste, mirum ne autiniustum est q̄ tu filium diligit? q̄ tu filium tuum dignum honore ducis? Si uere utiq̄ iustitiam loquimur, recta iudicemus nos filii hominum, quorum nemo unq̄ carnem suã odio habuit, sed nutrit & fouet eam. Si enim carnem suam quisq̄ diligit, & legitimum pater filium suum carne sua progenitum eodem quo seipsum honore dignum ducit, & hoc nemo reprehendit, quanto rectius suam deus pater in filio suo substantiam diligit, & illum consubstantiali formã eodem quo seipsum honore dignum ducit? Quid enim, si corruptibile nostræ mortalitatis pellem de sinu patris exiens induit? Num ideo minus honorabilis est & ipsi patri, qui ad hoc illum misit, minus debuit esse amabilis? Nonne potius ipsum hominem, quem suorum iustitiam induit, ad dextræ suæ consensum subleuare debuit? ¶ Ait ergo: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Filium (inquit) qualis nunc est, scilicet seruuli formã induit, cū ipsa serui formã sic diligit, ut omnia de dextera eius, nec unq̄ iudicaturus sit quicq̄, sed iudicium omne agere uelit per illam serui formã, quam filius suus in sinu suo induit. Hoc ipsum & Daniel propheta longe ante profetatur: Aspicebam (inquit) in uisu noctis, & ecce in nubibus cœli filius hominis uenit, & usq̄ ad antiqui dierum peruenit, & in cōspectu eius obtulerunt eũ, & datum est ei regnũ & honor, & omnis populus, tribus, & lingua seruiunt ei. Quid igitur æmulamini & dicitis: Ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum? Omnes omnes, & ipsi & ipsi quocq̄ qui ad eum uenire nolunt, in manu eius dati sunt. Cum exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Omnes iudicio suo faciet assistere, oues quidem ad dexteram, hœdos aut ad sinistram, & hos qui intus, & illos qui foris sunt iudicabit: tantum regnũ, tantum honorem suũ, tantam potestatem, æternam potestatem pater dedit illi. ¶ Non enim ad mensuram pater diligit filium. Si nouimus quid sit dilectio patris, liquet profecto, q̄ totum cor patris plenum est dilectione filij, nec superesse potuit angulus aliquis in sinu p̄toris inmensi, & incircūscripti, ubi à filio secluderet quippiam magnũ uel exiguũ de uniuerso thesauro patris. Quid enim est dilectio, qua pater filium, uel filius patrem diligit, nisi spiritus sanctus patri & filio consubstantialis? Hoc autem supra dictũ est, q̄ non ad mensuram dat deus spiritũ. Ergo non ad mensuram, sed toto corde, tota uirtute, tota dilectione, toto spiritu & scio diligit pater filium. Quid igitur retineret, uel ubi reconderet quod non daret in manu eius? Si parentes thesaurizant filijs carnalibus, quanto magis talis parens tali filio thesaurizasse credendus est cœlum & terram, & quicquid in eis continetur. ¶ Quanti uero, uel quales coram illo sunt isti thesaurifici sunt quasi stilla stitule, quasi puluis exiguus. Angusti atq̄ inopes mortaliũ animi adeo magna hæc æstimant ut dicant: Vbi erat, & quomodo se habebat anteq̄ ista faceret deus? In qua solitudine taciturnus absq̄ ullis diuitijs, & sine cunctis officialibus morabatur? Hæc ideo cogitamus, quia diuitiarũ eius solam fecerunt, id est, creaturam, ab illo in tempore & loco conditam, solam p̄ inopia sensus intuemur. At illi non magis per creaturæ multitudinem honoris uel diuitiarũ cumulus accreuit, nec magis per angelicæ uel humanæ creaturæ diminutus est ruinã, q̄ si una stilla plenæ excidat stitule. Anteq̄ ista faceret, magnus erat dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non erat numerus. ¶ Quid ergo (inquis) ratorpere à præcone suo magnificatur filius, q̄ omnia dedit pater in manu eius? Quid ipse filius quodam loco exultans? Omnia inquit mihi tradita sunt à patre meo: Quanta est hic materia exultationis & gloriæ, q̄ sibi dantur gentes in hæreditatẽ ab eo, corã quos sunt oēs sicut stilla stitule? Sed uere digna est exultatio uel magnificentia, q̄ nō gloriatur auaritia, sed exultat bene uolentia, q̄ non ipsi regnũ, sed ipse regno proficit: non ipse nostro seruitio sublimatur, sed nostra seruitus per eius dominiũ liberatur, ipse dum in nobis regnum accipit, inclinatur: nos dum illi subijcimus, colli nostri uincula soluimus. Igitur quod ait Iohannes: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, id est, ac si dixisset: Nos oēs natura filij iræ fuimus, hic aut unicus dilectiõis est filius, & deus pater omnium nr̄m salutẽ per manũ eius operat. Vnde & subditur, Qui

Qui credit in filium dei, habet uitam æternam, qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Iste igitur omnes Aegyptii, ite omnes ad Ioseph, & dicitur illi: Salus nostra in manu tua est. Hæc enim dicit præco, saluatoris mundi. Hæc dicit filij præcursor accersentis, qui regium curram eius cum uoce præconia præcurrit. Qui credit in filium dei, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. ¶ Quid est hoc? Omnes homines in Adam peccauerunt, & eieci de paradiso dei ad tenebras deuoluti sunt, & Aegyptii, id est tenebrosi facti, ecce fame pereunt, ecce uita æternã panem non inueniunt. Sed iam nunc iste dominatur in tota terra Aegypti, & qui crediderit in illum, ipse cibabitur pane uitæ & intellectus, & potabitur aqua sapientiæ futuraris. Illi aperientur horrea paradisi, quæ clausa erant guloso homini propter morsum ligni uetiti, & de ligno uitæ comedens uitam æternam habebit, qui ad illum non ierit, qui in illũ non crediderit, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. ita præfinitum est in trichino trinitatis, ubi filius iste natus præceptum obediẽter accepit, ut fieret saluator mundi. Omnis terra nostra sterilitate percussa est, cuncta humani generis massa spinarum & tribulorum maledictione damnata est. Quid ergo comedemus nos omnes infelices Aegyptii? Quisquis nostrum, quisquis omnium filiorum Adam, non crediderit in hunc filium dei, non confessus fuerit eum saluatore mundi, iuxta edictum magni patris, magni regis dei, qui illum in curram suam ascendere fecit, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Quæ ira dei? Illa utiq̄, quæ super præuicatore patrem eius descendit. Non enim ait, ira dei descendit super eum, sed ait, ira dei manet super eum. Olim nanq̄ super omnes hæreditario iure descendit, & non est aliud nomen sub celo datum hominibus, per quod possit amoueri, nisi iste solus & unicus filius dei. Qui ergo incredulus est huic, manet super illum ira dei, quia, ut dictũ est, non nisi per istum potest amoueri. ¶ Hæc plane salutis aut uitæ conditio recens non est: nã & Abraham pater noster secundã fidem, eodẽ pacto iustificatus est, nisi enim in promissione seminis sui, quod est Christus, credidisset, quod in illo benedicerentur omnes gentes, nec istus nec amicus dei appellatus fuisset, ac proinde saluus omnino non esset, similiter & posteriori eius eadem futuri fide seminis, & eiusdem fidei signo, quod erat circūcisio, de quo alias iam dictum est, salui facti sunt. Quid enim si plurimi signum circūcisionis habentes causam eiusdem circūcisionis nescierunt? Nonne & nunc post abolitã circūcisionem, ex nobis, qui crucis Christi signamur, aliqui præter solum Christi nomen sacramentorum omnium ignari sunt, aliqui & ipsum Christi filij dei nomen per ætatis infantiam inuocare nesciunt, & tamen, quia super eos inuocatum est nomen eius in illa ætate morientes salui sunt? Longe enim aliud est, doctũ non esse, atq̄ incredulum esse. Igitur uniuersaliter sentiamus dictũ, id est, de uniuersitate hominum, antiquorum pariter & nouorum quicunq̄ incredulus est filio, nō uidebit uitã, sed ira dei manet super eum. ¶ Hæc uero arserit & luxerit lucerna hæc, uariarum domini præparatrix, nunc extinguenda est homicidã & adulteri Herodis sacrilegio, deo permittente, quæ uidelicet lux eius præsentit tempore oportuna non est. Expe dit enim, ut antequã Christus eiusmodi luce ubiq̄ publicetur, oculi iudeorum obsecerentur, & in tenebris insana mente discerantur. Igitur & uenerabilis & sponsi amicus secedat iam probatus & emeritus, ut hoc tempore sponsus noster, deus noster, deus sit absconditus, & de illo tam sublimia nemo loquatur. ¶ Nec doleat, quod quasi indignus amoueatũ à soluenda corrigia calceamentorum eius, id est, quod nō pettingat ad opportunum tempus prædicandẽ incarnationis eius. Nam & illi qui calcea. menta eius in Idumeam extenderunt, id est, qui fidem incarnationis eius gentibus prædicauerunt, nati erant mulierum. Dixit autem uniuersali enunciatione ipse sponsus, cuius calciamenta portare desiderabat, quia inter natos mulierũ non surrexit maior Iohanne Baptista. Non ergo doleat, q̄ uelut indignus repullus sit nam ubicunq̄ calceamenta ista deportata fue rint, sanguis quoq̄ eius de carcere & conuiuio Herodis clamabit, & fidem Christi, atq̄ testimonio caritatis magna uoce prædicabit, sequitur: Ut ergo cognouit iesus, quia audierit pharisei quia iesus complures discipulos facit & baptizat q̄ Iohannes, quanq̄ iesus nō baptizat sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam. ¶ Facit prior ipse iesus quod docturus est humilitatis magister, & uenerando præmonstrat exẽplo hoc ipsum quod per habitaculum gratiæ suæ Paulum dicturus nobis est, ut simus honore inuicem præuenientes. Nam q̄ diu lucerna hæc de qua prædictum est, lucerna clarissima Iohannes ardet & lucere potuit, ut passus filii tenebrarum, ut staret lucens super candelabrum suum, tato illum honore dignum duxit hic dominus omnium, ut sicut ille non seipsum comendabat prædicatione sua, sed Christum, sic ecce contra Christus Iesus, illo superstitite, nusq̄ poneret in conspectu populũ magister sui, cathedram per publicæ prædicationis officium. Quod si facere uoluerit, magna utiq̄ claritate sua famã illum citius obscurasset, sicut sole meridiano lucernæ fulgor exiguus operiri solet. Hoc omnino deuitans exemplorum honorũ prouisor, nec hoc

Gen. 47

Nemofaluat in fide si in die

Eccl. 15

Ira dei manet super eum.

Actu. 4

Rom. 9
Gala. 3
Gen. 22
Rom. 4
Gen. 17

Salus paratur ei in uero nomine Christi super eos.

Mat. 4

Psal. 6
Rom. 9
Pet. 2
Nō minorã postol. Iohã.

Bapt.

Mat. 5

Mat. 11

CAP. III.

Chr̄s phumã itate cœlit

Iohan. Bapt

Rom. 12

Iohan. 9

Ma. r. 1
Luc. 4

saltem passus est, ut propter id, quod sui quoque discipuli baptizabant, quaestiones augetent, quae iam, ut supra dictum est, fieri coeperant, sed loco & tempore quaedam dignitas est, ut debito cum honore Baptista suus, ad consummationem cursus sui perveniret. Hoc est quod euangelista nunc refert. Ut ergo cognovit Iesus, quia audiverunt pharisaei, quia Iesus plures discipulos facit & baptizat, quam Iohannes, quamquam Iesus non baptizaret sed discipuli eius, reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galileam. Qui omnia novit antequam fieri, tunc primum istud cognovisse dicitur, quando quaestio, quae praedicta est, ex discipulis Iohannis cum Iudaeis facta est. Et recte tunc cognovisse dicitur, quando iam aliis cognoscere solum fieri debebat, quod falsis invidiorum laudibus non delectaretur, videlicet eadem iudicii sui maruritate, quae demonum testimonia clamantium, scimus quia sanctus deus, quia filius dei tu es, audire dignabatur. Hoc enim quod Iesus baptizaret, & plures quam Iohannes discipulos faceret, audierunt pharisaei non habentes aures audiendi, sed omnino surdi ad audiendum verbum dei, & caeci ad videndam rectitudinem consilii divini. ipsi namque, ut superius dictum est, spreverunt consilium dei, non baptizati baptismo Iohannis. Excaecavit illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Hoc isti tales audiverunt, quod Iesus baptizaret, malitiosa utique invidia, quod discipuli baptizabant in magisterum referentes. Non enim Iesus baptizabat, sed discipuli eius. Quod baptizabat discipuli eius, hoc satis erat occasione detrahendi contra magistrum praeripere festinantibus. Dicebant ergo: Ecce duos baptistas habemus. Numquid uterque Christus est? Creditibilis est, quia neuter. Quid ergo est, nisi erraticus favor in docti popelli, qui prius Iohannem Christum esse nobis susurravit, nescientibus & nunc eundem faciat curiositate fastidians, istum novum confectatur eadem temeritate vel incertitudine iudicii? Videte nunc quam contentiose agant isti duo viri, ut contra se invicem nomina sua magnificent in populo. Vt ter illorum pertinacius apud urbem istam maledicta, quae non novit legem, nomen Christi obtinebit? Ut cognovit Iesus, inquit euangelista, quia hoc, quod supra dictum est, audiverunt pharisaei, reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galileam, non quidem timens illorum malitiam, sed suo lectum hominem prioris caedens, & tempus suum, quod illo adhuc praedicante non dum advenerat, decenter expectans. Ite, inquit, abiit in Galileam, signatim addidit iterum, quia videlicet dudum illuc abierat, postquam baptizatum a Iohanne Spiritus expulerat in desertum, tunc scilicet quando invenit Philippum, & in Cana Galilaeae aquas converterit in vinum, ut intelligas illum eius reditum in Galileam, a quo caeteri euangelistae incipiunt, non primum de alterum esse post eius baptismum. Hunc eius reditum diligenter contemplerur intuitu, quia totius figurativus est, & illius aquae rivum, de quo dixerat in Iudaea, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum dei, illius viuae aquae flumem, quae de templo suo egressura erat, ubi Iudaeorum sacrilegio solueretur, sicut ibidem tunc dixerat illis, soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quo per ducitur, quo eius alvei deflexurus sit, in his, quae praefens lectio commemorat, dictis & factis suis mystice praepingit, ductore & viarum eius dispositore digito dei. Quod euangelista sic incipit: Oportebat autem eum transire per Samariam. Quam ob causam? Illam utique quae longe inferius post hunc eius transitum, his verbis subiecta est: Ipsi enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in patria sua honorem non habet. Ergo ut verum comprobaret hoc testimonium suum, id est, non aliam ob causam se apud Iudaeos honorem non habere, nisi quia patria sua, contribules sui Iudaei erant, & praer invidia notum hominem contemnebant, simulque hoc ex opposito, id est, ex eo quod in patria non sua divinum honorem habebat, aliam convinceret non subesse causam nisi commune malum superborum invidiam, oportebat eum transire per Samariam. Hoc oportebat, hoc propositio vel consilio divinitatis eius congruebat, ut per illos alienigenas iter faceret, & illud quod de nobis qui alieni a deo & hospites testamentorum eramus, consilium habebat, praefiguraret.

Iohan. 7

Luc. 4
Iohan. 1. & 2.

Iohan. 3
Ez. 47
Iohan. 4

Samaritani a Iudaeis vitabantur propter duas causas. 3. Reg. 12

Exo. 24

4. Reg. 17

Iohan. 2
Miltentius Iesus transit per Samariam
Matt. 17

¶ Samaritani namque a Iudaeis inter alienigenas reputabantur Samaritanis Iudaei non contuebantur longa retro series, duplex causa dissensionis est. Prima, quia per manum Ieroboam x. tribus a Iuda, & a domo David rescisse fuerant, & relicto templo domini, quod Salomon in Hierusalē extruxerat, vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam, pro deo coluerant, videlicet in statu regis sui, meruentis, ne si iuxta legem in anno Hierosolimam ascenderent, ut in conspectu domini dei sui apparerent, solliciti a fratribus suis filiis Iuda & Benjamin ab illo recederent. ¶ Alia causa erat, quia cum caeteris decem tribus captivasset Salmanassar & cum reliquiis illarum de diversis gentibus collectos incolas habitare fecisset, unaqueque gens fabricata est deum suum, & ita commixta cum gentibus reliqua, Israel inimicis suis Iudaeis maiorē contemptus materiam dederant, ut merito viderentur contempnibiles. Sed hoc erat propositum divinitatis, ut Iudaeis, qui sacrosanctum corporis eius templum soluturi erant, ut supra dictum est, propter perfidiam relicta, salus ad alienigenas transfret. Bene ergo oportebat, relinquentē Iudaeam transire per Samariam. Factis enim prius loqui volebat, quod postea dictis firmaturus erat. Dicitur quippe, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, iam nunc eam dem doctrinam

mulieri Samaritanae se petendam esse innuit, sub nomine aquae in vitam aeternam salientis. Presentis ergo lectionis mysteria, nobis aduenis gentibus desiderabilia super aurum & lapidem praetiosum multum, & dulciora super mel & favum, enuciare conemur, ipso adiuante cuius intimam sub cortice literae gratiam ueneramus. Venit ergo in civitatem, quae dicitur Sychar, iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Sychar ipsa est sychem, sed uitiolose, ut sychar legeretur error inolevit, urbs Samaritanorum, quae nunc Neapolis dicitur. Samaria quippe civitas regalis erat, quae nunc Sebaste nuncupatur, sed & omnis regio quae circa eam fuit, a civitate quondam nomen accedat. Illic videlicet in Sychem, dedit Iacob praedium Ioseph filio suo, quando moriens in Aegypto dixit ei: Dabo tibi partem unam extra fratres tuos, quam tui de manu Amorrhaei in gladio & arcu meo. Dicendo se eam in arcu & gladio possedisse arcum & gladium iustitiam uocavit, per quam meruit peregrinus & aduena interfecit sychem & Emor propter Dinam suam raptam, de periculo liberari. Timuit enim, ut in historia legitur, ne vicina oppida & castella, ob euerfionem foederatae urbis, aduersus se confurgerent, & dominus non dedit eis ut nocerent illi. Vel certe sic intelligendum: Dabo tibi partem unam, quam emi in fortitudine mea, hoc est in pecunia, quam multo labore & sudore acquisiui. Quod ait ait, extra fratres tuos, ostendit abscisse forte dedisse eam tribui Ioseph. Siquid eodem loco sepultus est Ioseph, & Mausolaeum eius ibi hodie cernitur. Iuxta praedium illud uenit dominus Iesus. Erat autem ibi fons Iacob. Fons iste, cum pro raritate fontium uigugis aquae, cuius in illa terra plerisque locis praeter cisternas penuria est: tum pro dignitate uel memoria tanti patriarchae insignis & notus erat, praefertim ubi inflabat alter aduersus alterum, scilicet Iudaeus aduersus Samaritanum, & Iudaeo de ciuitate Dauid, temploque Salomonis gloriantē, Samaritanus de priorum patriarcharum mansionibus, qui illis in locis habitauerant, se defendens anhelantem solabat in opiam. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat hic super fontem. Hora erat quasi sexta. Haec iam mysteria quae tendunt sunt. Nam quomodo hic in fonte subiecto relucet solis imago, sic ista domini Iesu fatigatio uel sessio, fatigationem sessionemque alteram praefert, quam ipse in arcano diuinitatis suae meditabatur consilio. Quam ergo fatigationem suam meditabatur? Iudeis dixerat superius: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Hoc utique futurus erat, & hoc illis facientibus, Iesus ipse ex itinere humanitatis suae, uera passione, ueris doloribus, & uera morte erat fatigatus. Deinde ascenso caelo uaturus erat ad praedium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo, extra fratres suos, id est, relicta Iudaea uenturus erat ad Gentes, quas deus pater in hereditatem daret sibi uero Ioseph, cuius typum nomine & actibus gessit filius ille accrescens Ioseph. Ad illam hereditatem suam uenturus erat dei filius, & post acerbam mortis fatigationem, sedens in magna requie ad dexteram patris sessurus erat, & super huius hereditatis suae puteum, id est, exuperaturus uniuersum humanam cupiditatis uel philosophice sapientie profundum. Nam ubi quod stultum est Dei sapientiam, esse hominibus comprobauit, & perfrustitiam crucis sapientes mundi confudit & subiugauit, hominumque cupiditates timore suo repressit, quid aliud quam super puteum sedit? Bene ergo postquam Iudaeis de templo suo electis, dixit: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, relinquens Iudaeam, super Samaritanorum sedit puteum. Quia postquam illos de domo & regno dei expulit, qui sceleratissime soluerunt templum corporis sui, & in agone mortis dicentis: Sitio, potum obtulerunt fellis & acetum, relinquens illis desertam domum suam, uenit ut biberet fidem & salutem gentium, & daret illis aquam uiuam, quam egredientem de templo corporis sui soluto, Iudaei ad se uenire passi non sunt. Cum autem sic sedet Iesus, hora sexta est, quia uidelicet nunc, dum ipse dominus omnium, ad dexteram patris residens regnat sexta mundi uoluit aetas. Sequitur: Venit mulier Samaritana haurire aquam. Hoc profecto sitiens & arida gentilitas faciebat. Cur rebar certatim ad illam inanem philosophorum huius mundi disciplinam, ut uel secundum stoicos curiositatem, uel secundum Epicureos, omnem expleret cupiditatem, sperans in illis esse uenam aquarum uiuentium, id est, in scholis illorum praedicari ueræ & summæ beatitudinis uiam. Quid enim Socratis uel Platonis academiam, caeterorumque sectas diuersas philosophorum, nisi puteos uiuentium esse putabant aquarum? Veniens ergo mulier Samaritana haurire aquam, tandem aliquando inuenit dominum sedentem super puteum, quia philosophos suos diuinitate gentilitas, tandem aliquando reluctanter per Apostolos suos audiuit dei sapientiam Christum. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli autem eius abierunt in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me potes, quae sum mulier Samaritana? Non enim contutur Iudaei Samaritanis. Non mulier Iesum, sed mulierem Iesum prior alloquitur, & dum ab illa bibere potest, non se illam, uel ullum hominem communem, aut immundum aestimare profiteretur. cum utique & ipse causam eandem ignorare non posset, propter quam mulier mirata est, quam Evangelista subnectens: Non enim inquit contutur Iudaei Samaritanis. In quo parua quidem dignationis

Psal. 118
Sychar quae & Sychem.
Gen. 48
Gen. 34
Mausolaeum Ioseph
3. Reg. 8
Gen. 35
Iesus fatigatus ex itinere Iohan. 2
Mysticae expositione praedio
Sedens super puteum
1. Cor. 11
Iohan. 19
Hora sexta aetas mundi.
Philosophia putabat habere aquas uiuas.
Mulier gētes contemendas significat

eius scintilla praelucet, sed eius indicio gratiae eius immensitas, quae postmodum in cunctis gentibus eadem dignatione diffusa est, praefignata est. Nam quomodo tunc mulierem illam affatu suo praevenerit, quae nullam colloqui vel alicuius communionis copiam haberet in omnium gentium contemptoribus Iudaeis, & illa prior obsecrare dignatus est, qui sine eius ope non solum aquam bibere, sed & totum puteum poterat in unum convertere: sic omnium gentium merita, misericordia eius praevenerit, quae alienae & immundae reputabatur ab illo peculiari populo dei nimium de suis vel patris suorum praesumente meritis, & obsecrare dignatus est, ut communicaret sibi, maxime dicente Apostolo, qui legatione fungebatur pro illo: Obsecramus pro Christo, recedat illi deo. Quae recedat illi deo, dicitur ab ecclesia de gentibus ultronea vel gratuita legatione petiuit, profecta ab illo bibere poposcit, quia salutem eius sitiens, totis visceribus charitatis illam reuera in magna sua attraxit. Quod audientes, ille scilicet gentes, plus quam ista mulier, admiratione & gaudio replere sunt sicut in Actibus apostolorum scriptum est, quia cum legissent apostolorum epistolam, gauisae sunt super consolationem, scilicet, quod saluati essent absque circumfusione carceris, operibus legis, sola Christi fide. Nec illud uacat a mysterio, quod discipuli eius abierant, de quibus & dicitur, quia abierunt in civitatem, ut cibos emerent, & solus saluator cum sola peccatrice & alienigena locutus est. Quando enim gentes primum allocuta est gratia Christi, quando angelum suum ad Cornelium misit, apostoli Christi abierant, neque cum hominibus eiusmodi quicquam de uerbo salutis locuti fuerant: sed extraneos illos arbitrati, solos filios regni, scilicet Iudaeos sibi incorporare uolentes, quasi circuibant civitatem, iuxta psalmistam: Dispersit ad manducandum, & quia non erat saturati, & murmurabat. Igitur cum illa mulier admirata dixisset, quomodo tu Iudaeus cum sis, poposcis tui, quae sum mulier Samaritana? Respondit ergo Iesus & dicit ei: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & de disset tibi aquam uitam. Pulchre diuina sapientia humanae facundiae dignatur nunc uti elegantia, dum ab aqua uisibili, cuius ad petitionem se inclinauerat latens, in carne maiestas, metaphoram faciens mulieris mentem paulatim subleuando, ad petendam sancti spiritus gratiam leni introductione inuitat. Si scires, inquit, donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere. Notanda diligenter series tenorque uerborum. Non ait, si scires deum, non solum quippe Samaritani, sed & plebs gentium scire poterant, unum esse creatorem deum. Sed ait: Si scires donum dei, quod profectio non est aliud quam spiritus sanctus, & donum patris & filii, quem ante redemptoris aduentum miser infide mundus non cognouit. Item non ait, si scires quis dicit tibi, da mihi bibere: quod utique illa scire uisus & audire poterat, eumque sedentem super puteum praetento digito Samaritanis concubus suis demonstrare: sed ait: si scires quis est qui dicit tibi, id est, qualis essentia eius est, quantum ad ceteris mortaliibus differt: ga non filius hominis tantum, sed & filius dei est, non homo tantum, sed & deus est. Et est sensus: Si scires patrem & filium & spiritum sanctum, si audisses nominis eius euangelium, tu forsitan crederes in eum, & peteres ab eo donum dei, scilicet aquam uitam, id est, baptismum, ut per gratiam sancti spiritus acciperes remissionem peccatorum. Iam enim patrem deum plerique utique sciebant, ipsam autem qui nunc haec loquebatur, dei filium & spiritum sanctum nesciebant. Quod in probatione Iudaeorum dictum est, a quibus nunc reuersus fuerat, quosque incredulos sciens de templo eiecerat, futurum praefignans, quod illis eiectionis alienigenas per aquam & spiritum sancti regenerationem introduceret in regnum dei, quod postmodum euidenter Nicodemus dixit. Erat est huius simile, quod Iudaeis ciuitatibus exprobrans, dicit: Si in Tyro & Sydone factae essent uirtutes quae in uobis factae sunt, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Quod enim de hac Samaritana muliere ueritas protestatur, de idololatris uniuersaliter sentiendum est gentibus, quae ubi euangelica praedicatione audire & scire meruerunt donum dei, & eum, qui in apostolis suis loquebatur eis, Christum filium dei, poenitentiam egerunt, & a saluatore Christo donum dei, uiam aquam, scilicet spiritum remissionis peccatorum, petierunt, & in nomine trinitatis baptizati sunt, sic quae de orbibus gentibus ecclesia facta est, cuius haec mulier typum gerebat, & cui in persona illius ueritas testimonium perhibebat, quod non per malitiam, ut per fida synagoga, sed per ignorantiam peccauerat. At illa mulier, adhuc circa nomen aquae, quam haurire uenerat, carnali sensu oberrans. Dicit ei: Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam uitam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum & bibit ipse ex eo, & filii eius, & pecora eius? Errabat enim mulier haec in uocabulo aquae uiae, nesciens riuum iugiter fluentem aquae inuisibilem, & in deficientem gratiam spiritus sancti, aquam uiam & quia uocatur appellatorem nuncupari. Sed libertatem huius obiectionem Iudaeorum obiectionibus commiserat. Superius, cum illis signa petentibus, dixisset quidam, quod intellectibus eorum uidere iter impossibile, soluite, inquit, templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud: illi iruerent et obiectantes, xl. & vi. inquit, annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Tu autem, inquit, homo contemptibilis & crucifigende, tu in tribus diebus excitabis

bis illud? Haec autem non hostili irrisione, sed amica percunctatione, reuerenti compellatione praemissa: Domine inquit, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Nisi humiliter praemississet uocem, dominum eum compellens, putarem forte, quod tantum homini alio, utpote Iudaeo, uasculum suum commodaturo non esset ad hauriendum aquam. Nunc autem palam est, quod non ipsa Iudaeorum contemnebat, sed a Iudaeo contemni metuebat, quia uidelicet Iudaei potius euidenter superbiendi materia habentes, nec uasculum Samaritanorum uti dignabantur. Samaritani uero conscientiae morem gerentes, & si interdum animosa contentione seipso consolabantur, satis illis esset non contemni, & ab eorum, qui in se confidebant, tanquam Israelitae ueri, communionem non repelli. Rursus illas amaritana mulier illi uideo, scilicet domino nostro, nullum aliud uasculum, praeter suum, praesto adesse uidens: Domine, inquit, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: tanta scilicet altitudine, quantam manu tua attingere non praeuales. Altus quippe est quadraginta cubitis, ab ipso latere hominis usque ad summum digitorum extensus. Nonne ergo longius est ad salutem superbia Iudaeorum, quam humilis conscientia Samaritanorum? Hic & illic praefes iustitiae ueritas, in templo corporis sui residens, uerborumque ac rerum causas in statera appendens, unam aquam de eodem templo corporis sui profluentem, Iudaeis non creditam, Samaritanis propinare uenit, in dicitur de gentibus Ecclesiam, quam (ut saepe iam dictum est) haec mulier Samaritana praefigurauit. Quod illa non dum in telligens, & a saluatore, quem non cognoscebat, ipsam Samaritanorum aquam Iudaico fastu despici existimans: Vnde ergo, inquit, habes aquam uitam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & bibit ex eo ipse, & filii eius, & pecora eius? Ac si dicat. Nunquid qualiscumque Iudaeus, quantumcumque Hierosolymitanus maior est, mundior, aut religiosior est patre nostro Iacob? Non. At ille nobis hunc puteum, ille inquam, non cuius alienigena, sed patre nostro tam magnus, tam sanctus, tam mundus, & deo charus, hunc nobis dedit puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius. Vnde ergo tu, uel quicumque Iudaeus, habes aquam, quam in contemptu huius aquae, uelut mortuae, aut immundae appelleret aquam uitam, aut mundam? Notandum, quod non ait, qui dedit, sed qui dedit nobis puteum: quia uidelicet non legitur Iacob illic fodisse puteum, sed tantum emisse partem agri ad filios Emor patris sychem, quod praedictum ex ueritate ueteris historici Euangelista refert (ut supra dictum est) Iacob dedisse filio suo Ioseph, subiuugens de hoc puteo, erat autem ibi fons Iacob. Omnis enim puteus fons, quibus non conuerso omnifons puteus sit. Et quidem Abraham & Isaac certis locis puteos fodisse leguntur, quorum etiam plerisque Palaestini inuidentes obstruxisse, & pro quibusdam tantum contendisse referuntur. Hunc autem puteum, de quo cum Samaritana muliere tanta saluatoris collatio est, nec Iacob, nec patriarum quicumque fodisse memoratur. Recte ergo non dixit qui dedit, sed qui dedit nobis puteum, fortassis cum ipso praedictum pariter ad filios Emor coemptum, sufficere animans ad huius aquae defensionem, quod ille tantus patriarcha biberit, & filii eius, & pecora eius. Ad haec dominus nos ter mulieris tarditati condescendens, qui nouerat se in doctrinae magisterium suscepisse animam, generalem propositionem aquae uiae, cuius nullas esse differentias, aut species illa peruidere poterat, ipsam aquam uiam, quam se posse dare dixerat, & illam, quam solam mulier ista nouerat, propriis differentiis hoc modo determi(n)at. Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. Haec namque differentiae, scilicet iterum sitire, & in aeternum non sitire, contrario modo a se inuicem discrepant: uelut omnem sitim extinguere, & nullam sitim extinguere. Quos effectus contrarios in his domini nostri dictis aduertere promptum est. Nam aqua eiusmodi, quam haec mulier haurire uenerat, scilicet aqua elementaris, nullam omnino sitim extinguit: quae qui biberit ex ea, solo corpore refocillato, cum iterum sitiat, inopiam naturae non se explicuisse satis euidenter indicat. Aqua autem illa, quam Iesus dat, corporis & animae sitim aeternam funditus extinguit, ut apud inferos non sitiat ardens, aut ardeat sitiens, sed eodem, qui haec loquitur, agno duce pergat ad uitae fontes aquarum, & aeternae beatitudinis haustu, cunctam corporis & animae purgans inopiam, non desinat omni bono in aeternum. Vnde subdit. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Quae est enim haec aqua uia, nisi illa, quae (ut supra dictum est) in baptismo Christi percipitur spiritus sancti gratia? Aqua haec spiritus sanctus est, aqua haec deus est. Aqua haec in corde dei patris fons uiae est, in ore dei filii, gratiae & pacis flumen est, in beatis angelis torrens gloriae est, in electis hominibus inundatio uitae est. Quae a quocumque bibita fuerit, ad matricem suam, aeternae diuinitatis abyssum, resilit, inferno profundior, terra longior, mari latior, & caelo altior. Illuc (inquam) resilit, in deum uenit, pariterque bibentis animam etiam in infernum descendit, saliendo in uitam aeternam sustollit: ubi non eluriet, neque sitiat, & non percutiat aeternus & sol. Et antequam illuc saliat, fons in bibente sit, & per finem cordis riuos sapientiae & scientiae diffundens, animamque totum alueum implens, & paulatim in uerbo nitit per mecatum ortis prorumpens, hortos uicinos areasque longe positas affatim irrigat, talis

Humilis obiectio mulieris Samaritanae

Iacob non foderat sed emisit puteum suum. Gen. 33 Gen. 48

Gen. 22

Differentia inter sitim & aquam uitam

Sitim extinguere & non extinguere

Apo. 7 Eia. 58

Descriptio aquae uiae

Eia. 49

Cant. 4

Cor. 7

Actu. 17

Mysterium abiectionis discipulorum

Actu. 10

Psal. 58

Si scires donum dei

Et quis est qui dicit tibi

Gentiles facti sunt & Iudaei

Mar. 11

Aqua uiae gratia spiritus sancti

Supra obiectione mulieris Samaritanae

Felix ecclesia ex gentibus contra iudeos Mar. 12. Iohan. 3

Psal. 117

Clemens medicus Chrs

Ecclesia ex gentibus contra fornicaria

Confessio mulieris

Prophetia etiam de preteritis est.

que anima meretur audire. Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium. Recte ergo qui biberit (inquit) ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. **L** Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque ueniam huc haurire. **B**eaata mulier haec alienigena, imò beata Ecclesia de alienigenis collecta, cuius haec typum gestat, merito surrectura in iudicio cum generatione mala & adultera, ut condemnet eam. **S**i (inquit) terrena dixi uobis, & non credidistis, quomodo si dixerò uobis caelestia credetis? **T**erreni templi, terrenae aedificationis similitudine usus, dixerat: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud. & illi terrena quae sola in his uerbis intellexerunt, cum posse facere non crediderunt. Quomodo credidissent, si caelestia dixisset, si se caelestem uitam dare posse, si se illos ita potare posse dixisset, ut in uitam aeternam salirent? Sed haec mulier credit, & confessa est, & non negauit. Dixit enim mulier haec, dicit & nunc mulier magna per totum orbem dilatata, anhelas & sitiens, sitiens & clamans: Domine da mihi hanc aquam. **C**redidit ergo, propter quod & sic loquitur, ac proinde generatio illa iure (ut praedictum est) huius comparatione condemnatur. **Q**uid tandem restat? Quare tantum bonum differtur? Qui bonum tam optabile petendum a se dixit non rogatus, postulanti simpliciter quare non confestim largitur? **A**ndi quod sequitur. **L** Dicit ei Iesus: Vade, uoca uos tuum. Respondit ei mulier: Non habeo uirum. **E**cce quomodo mulierem peccatricem, quam sciebat non habere uirum, quam nouerat legitimum non inisse coniugium, reuocat ad cor suum, ut uideat in testimonio conscientiae suae quid facto opus sit, quatenus illud donum dei mereatur accipere. **P**oterat dicere: Nisi poenitentiam egeris, & peccata tua confessa fueris, quia peccatrix es, & sic, & sic egisti, nisi inquam poenitentiam egeris, ego hanc aquam non dabo tibi, quia uidelicet non nisi poenitentibus, & peccata sua confitentibus, & eadem relinquentibus, haec sancti spiritus gratia, hoc donum dei tribuitur. **H**oc dominus dicere poterat, sed uia est arte sua nostrae salutis opifex dei sapientia, quatenus nec illam molesta uerecundia pulsaret, & tamen necessariam salutis eius peccatorum confessionem eliceret. **L** Vade inquit, uoca uirum tuum, & ueni huc. **Q**uid illa reputaret, nisi ad hoc uirum suum debere uocari, ne mulier sine uiro suo tanquam uita facultatem perciperet, & hoc à tantae rei largitore recte pensari, quod uir tanti doni particeps esse deberet, cum quo mulier unum corpus esset? **E**t quidem protinus cucurrisset, si haberet quem uirum suum legitime profiteri posset. **S**ed quid faceret quae uirum non habebat, nec tamen uirgo, nec uidua erat? **Q**uomodo iam dignam non timeret repulsam, quae tali commotione cogebat agnoscere se mulierem non legitime nuptam? **S**tetit ergo suam agnoscens indignitatem, & confessa est dicens: Non habeo uirum. **S**ufficit ista confessionis inchoatio uocanti misericordiae. **N**on expectauit aut exegit ut totum diceret, sed clementiae manum porrigens, pepercit pudori, subuenit conscientiae fluctuanti. **N**am sequitur. **L** Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo uirum. **Q**uinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes non est tuus uir. **H**oc uere dixisti. **H**oc illa mulier bene intellexit, quia uere dixit, bene & uere nunc quoque Ecclesia dicit, quia quemadmodum illa quinque uiris abusa fuerat, & nunc uirum non habens, aliquem tamen habebat, quem uirum suum nominare non poterat. **E**cce Ecclesia quondam cum gentilibus esset, quinque sensibus corporis luxuriata, in omni concupiscentia carnis & oculorum, quae in mundo est, tandem ad hoc deuoluta fuerat, ut pro uiro suo legitimo, pro factore & amatore animarum deo, diabolum reciperet, & in ligno & lapide fornicans cum illo qui non erat suus uir, sed naturae suae hostis, non amator, sed interemptor: non sponfus amoris, sed author mortis: homicida, non medicus: diabolus, non deus. **H**oc (inquam) uere dixit, hoc dicendo ueritatem locuta est, sicque semetipsam in principio accusans, abluta lauacro, & uiam aquam in poculum salutis adepta est. **I**gitur magister & dominus, hoc exemplo discipulis suis, huius aquae uiae ministris, imitandus, competentem arte ab ea, quae uiam aquam postulabat, confessionem peccatorum exegit, eamque ad conscientiam suam reuocauit, dicendo: Voca uirum tuum, & ueni huc. **Q**uare protinus peccata illa non abscondit, confessa est, nec defendit. **N**am quam ueraciter eadem narranti consentiat, quam humiliter conscientia ueritati concedat, respondendo manifestat. **L** Domine, ut uideo propheta es tu. **Q**uid enim amplius est dicere, uerum est, quinque uiros ego habuisti aut dicere: domine ut uideo propheta es tu. **D**enique in hoc palam est, quam non in uita fateatur, quod in spectatore conscientiae suae, domini & prophetae honorat nomine, nullam aliam ob causam uel experimentum, nisi quod secundum pronuntiationis eius ueritatem, peccatricem se agnoscebat esse. **V**na eademque responsione & de se confessa est quod erat, & de illo quod eum esse intelligere poterat, minus quidem & longe minus, quam ille est confessa est, sed consistendo quantum percreperat, digna se fecit cui crederet Iesus totum quod erat. **H**oc interim pretereundum non est, non tantum futurorum praesentiam, sed & preteritorum, ac praesentium oculorum reuelationem recte solere appellari prophetiam. **M**ulier ista dominum nihil de futuris praedictum audierat, sed tantum de praeteritis ac praesentibus occultis cordis sui uera dicere illi sentiens, prophetam esse pronuntiabat. **A**deo consuetum erat iam tunc, occultorum reuelationem prophetiam nuncupari. **Q**uid imò

Occultae cordis inspicere, prophetia est

1. Cor. 14

Desiderium ubi dei corde mulieris est

Foris tibi non dubitasti admitti

Vetus certamen inter deos & San

Gen. 33

Causa illius diffentionis

Psal. 131

5. Re. 18

4. Reg. 17

Consolatio Samaritanis in Chrii facta

quid uero cum istae tres prophetiae partes sint, id est, de praeteritis, de praesentibus, & de futuris, ea plurimum ualet ad probationem prophetici spiritus, quae praesentialiter quis ita conuenit, ut occulta cordis eius manifestentur. **T**unc enim dubitatio homini nulla relinquatur, quin in prophetante solus deus loquatur, praeter quem corda hominum peruidere nemo potest alius. **Q**uod Apostolus commendans ait: Si omnes prophetent, intrat autem quis infidelis uel idiota annuincit ab omnibus, & iudicatus ab omnibus, occulta cordis eius manifestata sunt, & ita cadens in faciem adoratur deum, pronuncians quod uere deus sit in uobis. **I**ta plane mulier haec ubi foris audiuit ab homine, quod de se ipsa nouerat intus, secure pronuntiabat, quod uere in homine illo esset deus, & indubitanter dixit: Domine, ut uideo propheta es tu. **Q**uod Deinde sciens & hoc, quia prophetae per figuras & tropologias loqui consueuissent, carnalem amouit intellectum ab eius dictis, nec eo sensu quo prius, ultra uiam aquam ab illo petiuit, potius doctrinam ueritatis ab eo querere intendit, tanquam à propheta, tanquam ab eo, qui non de corde suo loquendo, contentionibus inaniter efferreretur, sed per quem (sicut experimento didicerat) loqueretur deus. **N**am praeter sitim corporis, ob quam ueniebat haurire aquam, habebat quandam aliam sitim, scilicet sitim audiendi uerbum dei: quod optime nouerat ipse ad aquator mentium, qui loquebatur ei. **N**unquid enim sola peccata eius nouerat, & defyderium animae eius, docilemque humilitatem cordis eius non nouerat? **V**t quid ergo dixerat ei: Si scires donum dei, & quis est qui tibi loquitur, tu forsitan perisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam? **Q**uid in incerto locutus est: An quia dixit forsitan perisses, dubitasse putandus est? **N**on utique in sermone omnia scientis, uniuersa uidentis, forsitan dubitantis significat incertitudinem, sed affirmantis admirationem, sicut & illic: Si crederetis (inquit) Moysi, crederetis forsitan & mihi. **N**am & illic iudicium uel incredulitatem iudeorum, & hic in eorundem exprobrationem, facilitatem ad credendum miratur alienigenas. **I**n hac ergo muliere sitim quoque praesentem audiendi uerbum dei, cui uidelicet sitis suae protinus satisfieri deposcit, ubi prophetam illum esse comperit, **N**am dicit ei. **P**atres nostri in monte hoc adorauerunt. **E**t uos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi oportet adorare. **A**c si diceret: Domine quoniam ut uideo propheta es tu, iam uero à diebus multis propheta non est uisus in Israel, loquere nobis ex ore domini, à diebus consulentibus te responsum iustitiae in sermone domini. **E**cce uetus longumque certamen. **V**os Iudaei non contumini nobis Samaritanis, & iccirco non contumini nobis, quia non adoramus in Hierosolymis. **D**icitis enim, quia tantum in Hierosolymis adorare oportet, & hoc uobis dicentibus patrum nostrorum repugnat autoritas, quae non leuiter continentur. **N**am patres nostri in monte hoc adorauerunt, & sine dubio absque Hierosolymis in templo salomoneum placuerunt, quae in monte hoc adorauerunt. **H**ic erecto altari pater noster Iacob in uocauit hic super illud fontium deum Israel, postquam reuerfus est de Mesopotamia Syriae, & habitauit hic iuxta hoc oppidum, emitque partem agri huius in qua fixerat tabernaculum, à filiis Emor patris Sychen centum agnis. **T**u ergo domine quoniam propheta es, quid dicitis? **H**anc proponendo quaestionem mulier sapientiam profectio aquam uiuam petebat, magnisque defyderij capax situlam, inclinata super marginem fontis aeterni, ad hauriendum immergebat, plus inuenta aqua uiuentis, quam adhuc ipsa posset estimare. **V**eritatem in hac ipsa sitimquisitione, non totum dicit, non totum proponit. **D**icendo enim illud, unde locus ille poterat esse uenerabilis, uidelicet quia patres nostri (inquit) in monte hoc adorauerunt, diffentionis uel uel segregationis causas reticuit. **Q**uia uidelicet quod Hieroboam & decem tribus cum eo, ut recederent à Iuda & à domo Dauid, cui dominus iurauerat dixerat: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam, uitulos aureos fecerant, & adorantes dixerunt. **H**i sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. **Q**uod factum esse in eadem ciuitate Sychar, quam Hieroboam rex edificauit, historia libri regum narrat. **P**raeterea commixta fuerant (ut superius dictum est) inter gentes quas Salmanaasar rex Assyriorum, translatis decem tribubus, reliquis earum cohabitare fecerat, & unaquaque gente fabricante deum suum, didicerant opera eorum, & ob hoc maiorem Iudaeis contemptioribus suis causam uel materiam contemptus praebuerunt. **H**as inquam causas ista mulier in proposita quaestione reticuit. **A**t illa propria culpe maculas satis humiliter confessa fuerat. **N**on ergo uitio, sed laudi potius illi est, quod communem gentis suae ignominiam, satis omnibus notam, praedicare non properauit. **D**ominus autem iudex aequitatis postulat, ita respondit. **M**ulier crede mihi, quia uenient dies, quando neque in hoc monte, neque in Hierosolymis adorabitur pater. **V**eneranda & in timore sancto audienda sunt dicta haec uerbi incarnati, de sancto corporis sui templo suauissime intonantis, & breui quidem, sed graui elocutione ueram atque dignam de adoranda diuinitate sententiam proferentis. **E**t Samaritanos quidem in praeterita contentione inferiores fuisse Iudaeis, rationabiliter asruit, sed eisdem rursus in eo consolatur, quod omnem de locorum suorum praerogatiua controuersiam mox esse toleranda indicat ueris adoratoribus dei. **C**uius consolatio nis quoque dicta iam in principio quae in fine distribuens, mira arte diuidit illas in medio collocans orationem.

oratiunculæ suæ particulas, quibus Samaritanos absq[ue] scientia deum adorare, dicendo: satis optime percussit. Nam & anteq[ue] diceret: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est: repetiuit & profectus est quod præmiserat, dicens: Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate, &c. Adeo beneuolentiam auditoris infirmi magna dignatione retinere curauit. ¶ Nunc singula uerba gratiæ de ore eius emanantia pertractanda sunt. Mulier crede mihi, tibi (inquit) dicitur mulier dicturus sum quod uir necdū dixi, tibi crediturus sum, qui non credidi me ipsum Iudæis scribisq[ue] ac pharisæis siue sacerdotibus adorantibus, imò latrociniariis in illo magno & pulchro templo dei, & quod illis factis tantum præsignaui, eiciens illos cum flagello de domo patris mei, uerbis autem aperiendū esse necdū credidi, tibi nunc dico, tibi dicitur mulier credo, tuæ fidei committo, tu tantū crede mihi nunc interim tanq[ue] propheta, quoniā prophetam me esse dixisti, mihi in quā crede, & necdū dico ut credas in me, quod futurū est, quando aliquid de me quod supra prophetam, imò supra omnem gradū uel dignitatem sit, incipies sentire. ¶ Hoc mihi crede, quia ueniet dies & in proximo sunt, quos patres uestri sunt in monte hoc adorauerūt, multi quoq[ue] prophete & reges, qui in Hierosolymis adorauerunt & non uiderunt, uestri autē beati oculi paulo post uidebunt, quando uos, q[ui] nunc ut alieni à templo dei despiciimini, uos in quā & omnes quicūq[ue] de quibuscunq[ue] gentibus ad uitā prædestinati estis, adorabitis deū, in uocantes patrem, eum scilicet confitēdo, & adorando pariter filium cuius pater est, per cuius adorationem fiet, ut deus pater eius uester q[ui] sit pater. Ita in quā adorabitis patrem, non in monte hoc, neq[ue] in Hierosolymis, sed in omni loco dominationis eius, quia uidelicet non tantū in hoc, aut solum in Hierosolymis, sed à solis ortu usq[ue] ad occasum, magnum & horribile erit nomen eius in gentibus. In Hierosolymis autē, q[ui] nunc celebris est orationis locus, lapis sub lapidem non relinquet qui non destruat. ¶ Iam exultare poterat mulier pro favore sui gentis, existimans q[ue] autoritate tanti hominis, quem propheta esse credebatur, nihil præferretur monti Samariæ sancti ciuitatis Dauid, templūq[ue] salomonis. Quod tamen de futuro uerum erat, de præterito tamen futurū non erat. Quapropter humilianda erat de peccato, q[ui] in Samaria magis abundauerat, ne inepte letaretur de super abundantia gratia. Sequitur ergo, Vos adoratis q[ui]d nescitis, nos adoramus q[ui]d scimus, quia salus ex Iudæis est. ¶ Ac si dicat: Vos amaritanani qui à domo Dauid, & à templo dei recessistis, & in monte samariæ consisti estis, non inde iustificati estis, quia patres uestri in monte adorauerunt, sed inde coinquinati, quia Ieroboam urbem istam Sychem in hoc monte edificans, uultus aureos fecit hic, & dixit: isti sunt dii tui Israel, quæ tibi eduxerunt de terra Aegypti. Vos inquam qui propter cultum uultuorū à templo dei recessistis, adoratis q[ui]d nescitis, dum dicitis adorantes, & quid dicitis nescientes, isti sunt dii tui Israel. ¶ Nos Iudæi qui regi nostro Dauid adhaesimus, & deum patrum nostrorū in loco quem elegit adoramus, non nescientes quid dicamus, sed optime scientes, quia salus ex Iudæis est, quia de tribu Iuda & de semine Dauid saluator repromissus est, & hoc scientes, & ob hoc eidem Dauid adherentes, deumq[ue] qui iurauit ei dicens: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam, in templo quod filius eius edificauit, adorantes, utique adoramus quod scimus, ad hoc referuati ipsi Dauid, ut ex nobis salus, quæ illi repromissa est oriretur, sed hætenus in hac contentione adorauerimus. Venient dies, quando neq[ue] in monte hoc, neq[ue] in Hierosolymis adorabitis patrem. Hoc est quod subsecutus repetiuit. ¶ Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. ¶ Iam uenit hora & nunc est, uenit & nunc est tempus acceptabile, dies salutis, quando ueri adoratores, ueri inquam, id est, non quid adorent nescientes, sed ueram adorandi scientiam habentes, adorabunt patrem nō in monte hoc, neq[ue] in Hierosolymis (ut prædictum est) sed in spiritu & ueritate. ¶ Quid dulcius, quid hac ueri adoratoris diffinitione pulchrius? Adorabitis (inquit) patrem, spiritum adoptionis filiorum ab ipso percipientes, & in filij eius unigeniti mēbra uenientes. Patrem enim in spiritu adorare quid est, nisi spiritum adoptionis filiorum accepisse, in quo clamamus Abba pater? Quid est adorare patrem in ueritate, nisi in filio eius mandando (qui dicit: Ego sum ueritas) patrem inuocare? Idem ergo est ac si dixisset: Ueri adoratores manifesta ac necessaria diffinitione personarum adorabunt unum deum, patrem, & filium, & spiritum sanctum. ¶ Cur hoc loco spiritum ueritati preposuit, nec dixit: Adorabunt patrem in ueritate & spiritu, sed dixit in spiritu & ueritate? Videlicet, quia sicut nemo uenit ad patrem nisi per filium, ita filium nemo agnoscit, nisi per spiritum sanctum. Nemo enim potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Ipsa quoq[ue] uera adoratio, propria sancti spiritus operatio est. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Proinde opus est, ut homo per præuenientem gratiam accipiat spiritum sanctum, per quem agnoscat & confiteatur dominum Iesum in carne uenisse, quod est recta uia per filium ad patrem uenire. Bene ergo non dixit: adorabunt patrem in ueritate & spiritu, sed in spiritu inquit & ueritate. Cæterum ubiq[ue] inuocauit hoc nomen recto ordine & euangelica traditione

Mulier crede mihi, Io. 2.

Adorabitis patrem, Lu. 10.

Psal. 112 Malach. 1 Mat. 24.

Peccatū Hieroboā in adorando, 5. Reg. 12.

Salus ex Iudæis est, Deut. 12 Gen. 49.

Psal. 131.

2. Cor. 6.

Adorabitis patrem spiritu & ueritate, Rom. 8 Iohan. 14.

Ibidem 1. Cor. 12. Rom. 8.

traditione, primo continuatim pater & filius, & dein de tertia persona spiritus sanctus, eo uidelicet respectu, quia ab utroq[ue], id est, à patre & filio procedit spiritus sanctus, sequitur: Nā & pater tales querit, qui adorent eum. ¶ Cur de mihi inquit, quia iam illa hora uenit, & sic patrem adorabunt ueri adoratores. ¶ Nam ecce nunc in præsentia: tales querit pater, qui adorent eum, quærit accessu lucerna, quærit diligenter domo euerfa. Ecce lumen diuinitatis superposuit in testa carnis humanae, & à sanctuario suo incipiens, domū suam euerit, falsos adoratores eiciens, quia domum suam, quæ domus orationis est, facere speluncam latronum, & exinde querit per totum mundum ueros adoratores qui adorent eum, non in carne, sed in spiritu: non in latrocinio, sed in ueritate. Euerteret templum & ciuitas Hierosolymoy, non stabunt luci & delubra gentilium, diuidentur contra se familiae populorū, rumpentur fœdera cognatorū duo in tres, & tres in duos separabuntur, filia aduersus matrem, & uaria aduersus socrum, & sic omnimoda commotio domo euerfa, tales procul dubio pater inueniet qui adorent eum. ¶ Non tales factos inueniet qui adorent eum, sed inueniet in lucis & in delubris idolorum, quos tales faciat, ut adorent eum. Nam idolatras inueniet, rapaces, ebriosos, fornicarios, cæterisq[ue] uitij oblectos, sed abluet eos, sed sanctificabit eos in spiritu suo & in ueritate sua. Non congregabo, inquit, conuenticulae eorum de sanguinibus, nec memor ero nominū eorum per labia mea. Idolatres siue fornicarij nominabuntur, sed uocabit eos nomine alio, in quo qui benedictus est, benedicetur super terram. Dicis: Quare tales pater querit adoratores? Quare neq[ue] in monte hoc, neq[ue] in Hierosolymis adorabimus patrem? Audi quod sequitur. ¶ Spiritus est deus, & eos qui adorent eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. ¶ Quare uis ita recte possit accipi, spiritus sanctus est deus, uidelicet ut spiritus subiectum, & deus sit prædicatum, rectius tamen hoc loco deus subiectum, & spiritus intelligitur prædicatum, nec aliquid esse quod dixit spiritus est deus, q[ui] si dixisset: & uerbum erat deus, Nunc enim non id agit aduersus spiritus sancti blasphematores, & iccirco falsos atq[ue] impios dei patris adoratores, ut propria sancti spiritus persona deus esse defendatur, sed agit aduersus carnales, & sanguinolentos adoratores, q[ui] deus uerus quem si legitime adorare factitant, non sic careo, sed spiritus, & ideo non manducandis tauroꝝ carnibus, aut epotando hircorum sanguine delectatur, imò non in loco quærendus, sed in spiritu sancto adorandus, & in ueritatis confessione sit inuocandus. Hoc ergo astruit quia deus spiritus est. ¶ Vere enim spiritus est, non solum corporis sensus, sed & subtilitatem excedens omnis spiritus, spiritus incircūscriptus, quia in nullo loco concluditur, neq[ue] (ut humaniformi putant) Humanorū similitudine membrorū determinatur. Spiritus enim omnium spirituum fortissimus, omniumq[ue] spirituum, quorum utiq[ue] creator ipse est subtilissimus, nullius capax, capabilis autem præ subtilitate suæ naturæ rationalibus, id est, tam angelicis q[ue] humanis spiritibus. ¶ Et hoc æqualiter de tota trinitate sentiendum est, quia profecto tam pater & filius q[ue] & spiritus sanctus, spiritus est, nec iccirco tertia diuinitatis uice persona spiritus sanctus dicitur, q[ui] sola persona hæc sit spiritus, sed quia procedit ab utroq[ue], id est, à patre & filio, iccirco nomen hoc ab utroq[ue] fortitur, ut dicatur spiritus sanctus. Nam (ut prædictum est) & pater spiritus, & filius spiritus est, & pater sanctus, & filius sanctus est. Atq[ue] in de mutuo uel composito nomine spiritus sanctus dicitur est. ¶ Igitur quia deus spiritus est, & eos (inquit) qui adorent, in spiritu & ueritate oportet adorare, id est, in spiritu adoptionis filiorū clamare Abba pater, in filij confessione honorare patrem, ut supra dictum est. Oportet enim os in confessione ueritatis aperire, & spiritum attrahere atq[ue] in illo dicere dominū Iesum, atq[ue] confiteri illum in carne uenisse. Alioquin qui maclat pecus, quasi qui excerebret canem: & qui offert thus, quasi qui benedicat idolo. ¶ Sine Iudæus, siue Samaritanus, uel quilibet schismaticus, præcedens se ab unitate spiritus, quia non est uerbū ueritatis in corde eius, & in ore eius, id est, quia non credit corde ad iustitiam, quod est adorare patrem in spiritu, & non confiteatur ore ad salutem, quod est adorare eundem in ueritate, iudicatus inquam, siue hæreticus æque ut paganus, nullatenus inter ueros patris adoratores reputatur. ¶ Cum ergo, inquis, deus à patribus nostris in carnibus & sanguine holocaustorū aut uictimay se adorari uoluit, nūc in spiritu & ueritate ma uult adorari, cur tunc alios uel diuersos q[ue] nunc quæsiuit, aut nūc alios q[ue] tūc adoratores requirit? Ad hæc inquam: Permissit quidem sed non iussit deus in eiusmodi sacrificijs se adorari, permittit in quā non præcepit per se uoluit. Respexit interdū oblata, nūq[ue] quæsiuit offerenda. Iam dudū ob omni humilissimo oblatione dominus per prophetas suos defendit se. Dicit enim per hieremiam: Holocausta stomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cū patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de uerbo holocaustorū & uictimarum, sed hoc uerbū præcepi eis dicens: Audite uocem meam &c. Itē per Esaiam: Holocausta stomata inquit arietū, & a dipem pinguiū, & sanguinem uitulorū, & agnorū, & hircorū nolui. Cum ueniretis ante conspectū meum, quis quæsiuit hæc de manibus uestris, ut ambularetis in atria

Id. p[er] accessu lucerna euerit domū, & quærit Luc. 17 Mat. 21

Mat. 24 Lu. 19 Mat. 10

Ex idolatris ueros adoratores facit, 1. Cor. 10 Psal. 112

Esai. 67

Spiritus est deus, Duplex est scilicet

Psal. 49 Heb. 9 Deus uere spiritus est

Cur spiritus sit dicat, cū tota trinitas spiritus sit

Adorare in spiritu & ueritate, Rom. 8

1. Cor. 12 Esai. 66 Extra uita tē ecclesie non sunt uera adoratores Rom. 10

Quæstio de holocaustis Resp[on]sio q[ue] de illa p[er]missa non iussit

Hic. 7

Esai. 1

in atria

Cur de carnalibus victis concessit ad tempus.

Gal. 5

Iohan. 5 Gen. 15

Gal. 5 Coloss. 3.

Psal. 71 Verba legis de Messia v. turo. Deut. 18

Psal. 44 Iohan. 5 Modestia molesta mulieris interrogatio.

Mat. 7 Luc. 11 Iohan. 8

Mat. 7 Ingrata patria Christo.

Iohan. 15

Gētes nō ē aspernandas ab apostolis Act. 10.

Act. 11

in attris meis: Igitur quales nunc querit, quales nunc esse precipit, tales deus, qui spiritus est semper adoratores quæsiuit, nec uoluit unq̄ aut dignatus est aliter q̄ in spiritu & ueritate adorari. ¶ Porro carnales erunt homines filij israel ex Aegypto egredientes, assueti secundum Aegyptios cæterasq̄ gentes holocaustomata uictimis addere, carnesq̄ comedere. Præterea nec spiritus datus, nec ueritas de terra orta fuerat, in qua deberent sicut oportet adorare. Gessit ergo pro tempore & pro hominū qualitate, ut adoratores qualescunq̄ macerent & comederēt sacrificiorū carnes, posita lege de sacrificijs propter transgressiones, tanq̄ pædagogus adolescentem petulantem cohereret lex, donec gratia ueniret, aleret figura, donec ueritas illucelceret, faueret umbra donec res clara succederet. Nunc spiritus datur & in proximo est, nunc ueritas adest, quia gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Nunc uenit fides, per quam uerus adorator extitit Abraham pater noster, & ipsa queritur amoto pædagogo, quæ ex spiritu & ueritate est, in qua adorauit Abraham, ut prædictū est, in qua adorare oportet cunctos ueros adoratores. Vbi non est Iudæus neq̄ Græcus, imò quod magis ad rem iam atinet, non est Iudæus neq̄ Samaritanus, non seruus neq̄ liber, non masculus neq̄ femina, sed omnia in omnibus cū spiritu suo ueritas. Sequitur. L. Dicit ei mulier: scio q̄ Messias uenit, qui dicitur Christus. Cū ergo uenerit, ille nobis annuntiabit omnia. ¶ Hoc interim memori mulier mente uoluebat q̄ dixerat Venient dies, & repetendū: Venit (inquit hora & nunc est. Nec inscia erat, quin de Christi aduentu loqueretur, cuius in diebus iustitia & abundantia pacis oriretur. Legem quippe & prophetas Samaritani recipiebant, ex quorū præconijs scire poterant uenturū Christi doctore iustitiæ, primo Moysē dicente: Prophetam suscitabo eis (inquit dominus) de fratribus tuis similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq̄ ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autē uerba eius quæ loquebat in nomine meo audite noluerit, ego ultor existam. Hinc illa: Scio (inquit) quia Messias uenit, subaudi, quin nos doceat alia legislatione (eodem Moysē loco supradictō attestante ac dicente) Prophetam suscitabo uobis dominus ex fratribus uestris, ipsum audietis tanq̄ me. Cum ergo uenerit (inquit) ipse nō uobis annuntiabit omnia. ¶ Sane q̄d interpositū est, qui dicit Christus, non mulier dixit, sed Euangelista ut nomen Hebraicū interpretaretur, interposuit, quia Messias hebraice, Christus Græce, unctus dicitur Latine. Vnctus autē est regali pariter & sacerdotali gratiæ plenitudine, unctus præ cōfortibus suis, id est, præ cunctis filijs hominū. Non enim illi ad mensuram dat deus spiritum. ¶ Cū uenerit (inquit) ille talis, ipse nobis annuntiabit omnia. Ecce quomodo explorat q̄d audierat, ecce quomodo se audisse dissimulat, ut iteq̄ & amplius audiat. Et quidem ait se scire, quia uenient dies, & quia Messias uenturus est, dissimulat autē se audisse ut iteq̄ audiat: quia uenit hora & nūc est. Sic ori suo parcendo melius interrogabat, sic modesta non molesta interrogatione melius pulsabat. Dicit autē ipse: Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperiet. ¶ Nonne Iudæi superius quæsierūt & pulsauerūt dicentes: Quod signū tu ostendis ostendis nobis, quæ hæc facis, & non inuenerūt nec aperte audire digni fuerūt: Quare? quia nō cū fide sed infideliter quæsierūt, non modeste sed moleste pulsauerūt. Hæc autem humiliter quæsiuit, fideliter petiit, modeste pulsauit, sequitur ergo. L. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. ¶ Ego (inquit) qui loquor tecū sum ille Messias, ego uobis annuntiabo omnia. Ecce quomodo huic alienigenæ semetipsum credidit, quæ Iudæis nō crediderat, & ostendit illi honorandū nominis sui thesaurū, quod in patria sua, scilicet in Iudæa necdū prodiderat, ne mox q̄d futurū erat, præciosam nominis eius margaritā porci conculcarent, & hoc sanctū canina rabie blasphemantes corroderent. ¶ Hoc enim in exprobrationem illius patriæ sue fiebat, in qua (sicut Euangelista posteriū dicitur est) honorem se non habiturū pethibebat, uidelicet ex opposito patriæ non sue, id est, gentilitatis, in qua nō solū tanq̄ ppheta, sed tanq̄ deus dei filius honorem diuinū habiturus erat, q̄d iam à presenti effectu comprobatur. Honoratus est enim ab his alienigenis samaritanis, ubi Christū se esse dixit: in honoratus est & crucifixus à contribulibus suis, ubi signa & prodigia fecit in eis quæ nemo alius fecit. Sequit. L. Et continuo uenerūt discipuli eius, & mirabant q̄ cū muliere loqueretur. Nemo tamen dixit: quid queris aut quid loqueris cū ea. ¶ Hoc miraculū tūc quidem cepit facere discipulis suis dominus Iesus in eo, q̄ ex Iudæis natus, qui non contebantur samaritanis, mulieri Samaritanæ in colloquio iungi dignabatur, perfecit autem post resurrectionem suam, in eo quod Petro per excessum ostensis animalibus siue reptilibus dicendo: Macta & manduca, & q̄d deus sanctificauit, tu commune aut immundū ne dixeris, neminem hominem communem, aut immundū dicendū esse ostendit. Et tunc quidem tanq̄ magistro & domino reuerentiam exhibentes tacuerūt, & nemo illorū dixit: Quid queris, aut quid loqueris cū ea. Cum autē in nationes gratia sancti spiritus effusa esset, cū super Cornelii & cæteros gentiles, qui loquēte Petro audiebant uerbū, spiritus sanctus decidisset, & loquerent linguis magnificantem deū, tunc uero mulier magna, scilicet Ecclesia de gentibus, quæ per hanc samaritanam significabatur, magno testimonio defensata est ut timerent, dicente Petro: Ego quis eram qui prohiberem

berem deum, & glorificarem deum dicentes, ergo & gentibus pœnitentiam ad uitam dedit. Nunquid enim Christū uel spiritū eius dicere audent: Quare introisti ad uiros præputiū habentes? L. Reliquit ergo mulier hydriam suam, & abiit in ciuitatem, & dicit hominibus illis: Venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq̄ feci, nūquid ipse est Christus? J. Eleganter satis in hac muliere præfiguratum est, qualiter prophetam hūc patria non sua, scilicet Ecclesia de gentibus honoratura sit. Vbi audiuit dicentem illum: Christus ego sum qui loquor tecum, continuo sitim suam propter quam uenerat haurire aquam, præ gaudio uitæ aquæ quam inuenerat, oblita est, hydriam suam reliquit, ut expeditior curreret, rotamq̄ ciuitatem attonitam reddidit, clamando cuiusmodi hominem repperisset, uel quid ab illo audisset. ¶ Audito namq̄ Christi nomine, primitiua gentiū Ecclesia, statim curam carnis in concupiscentijs facere oblita est, cupiditatem suam uel curiositatem, quam inani philosophia seu fluxus rerum temporalium uoluptatibus implere satagebat, abiecit, omniq̄ onere deposita, solum Christi nomen pectore & ore baiulans, mundū omnem clamore boni nuntij compleuit, inuitans ad credendum, festinans ad generandum spiritualiū turbam filiorū. Et quidem tūc uix pauci admodū mirati sunt, aut attenderunt saltem, q̄ illa mulier præ festinatione felicitis gaudij suam hydriam reliquisset. ¶ At uero ubi mater nostra ecclesia, quæ prior nobis Iesum foris inuenire meruit, & intrantibus (ut supra dictū est) a postolis, imò etiam indignantibus quibusdam ex circumsisē fidelibus gratiam eius, id est, spiritū accepit, ita protinus omne seculi onus abiecit, ut miraculum grande fieret cunctis mundi amatoribus, cunctis seculi posteritatis regibus, iudicibus, gentibus uniuersis, maximeq̄ suis secundum carnem cognatis, uel affinis. Nec uero solummodo omnibus miraculum, sed & pleriq̄ parti, imò & toti diabolicæ ciuitati, cuius caput Roma, cuius superbiæ cornu Nero tunc erat, furoris fuit incendium, causa tumultus, & iræ occasio, seditionū & seuisimæ persecutionis incrementū. Omnibus pœnis, omnimoda effusione sanguinis cogebant illam, ut reciperet suam, quam abiecerat hydriam. ¶ Præualuit uirtus aquæ uitæ, dulci ebrietate sopitam exuperans carnem, mentemq̄ lætificatione uigilantem, ita ut non solum cupiditates abiecit rursus bibere non appeteret, sed & ipsa animarum uasa fictilia, scilicet corpora sua penitus abdicarent. Sic multitudo martyrum coronata est. Interea clamore non cessante dicentium: Venite & uide hominem, creditē in Christum dei filium, uestrū deum & uestrū hominem, exierunt mali ciues ciuitatis diaboli, & facti sunt boni ciues ciuitatis dei. Vnde & subditur. L. Exierunt de ciuitate, & ueniebant ad eum. ¶ Hoc q̄d in exprobrationem patriæ eius positū est. Gens enim sua & pontifices Pilato traditum extra ciuitatem eiecerunt, & ab eis, qui signa eius multa & magna uiderant, eiecit, eiecit extra portam passus est, hi autem alienigenæ & ignoti, qui nec uerbum quidem ullum ab eo audierant, quanto minus signa uiderant, hi inquam propter hoc solum, q̄ ab una muliere audierant, dicente: quia dixit mihi omnia quæcunq̄ feci, multum honorantes eum, exhibant de ciuitate sua, & ueniebant ad eum. Amplius autem nūc, ubi iam à prædicta patria sua usq̄ ad finem, id est, usq̄ ad mortem, mortem autem crucis in honoratus est. Nos uero qui illū non uidimus, sed tantum in auditu auris didicimus, q̄ (sicut Apostolus ait) Iesus ut sanctificaret per semetipsum populum, iuxta portam passus est, eximus ad eum extra castra, in propriū eius portantes. ¶ Nunc inquam amplius exprobrandū est malis, & digne perditis agricolis, q̄ dominū uinæ, dominū suum extra uineam eiicientes occiderunt, & iccirco recte ablatum est illis regnū dei, & datum est genti, id est, gentilitati facienti fructus eius, quæ de ciuitate, quæ uocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, siue Babylonia meretrix, de ciuitate in qua mēdia boli, quæ ciuitati dei superne Hierusalē semper aduersatur, exiuit populus dei, deflens & confitens q̄ peregrinus sit & ad uena super teerā clamando ad alterutrum. Examus ad eū extra castra, in propriū eius portantes. Non enim habemus hic manentē ciuitatē, sed futurū inquirimus. L. Interea rogabant eū discipuli dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibū habeo manducare quem uos nescitis. ¶ Superstitionis Iudaicæ hoc erat, q̄ discipuli Iesu mirabantur de illo, quia cū muliere Samaritana loqueretur, & tamē cibos quos à Samaritanis emerrant, illi ad manducandū offerrebant. Verū fuerit hæc carnalis uel qualiscunq̄, superciliosa tamen iustitia scribarū & Phariseorū, ut ab alienigenis coemerent quidem, sed nullatenus præparatos ab illis cibos aut potū propinatū perciperent. Illud omittendum non est, propter q̄d hoc, cæteraq̄ (ut iam dictum est) acta uel conscripta sunt, uide licet q̄ scribē & pharisei gentes despectui habentes, & cuncti pene Iudæi salutem earū odio habentes, gaudebant tamen q̄ ipsi reges & principes locū per se summo honore dignū ducerent, & templū maximis muneribus illustrarent, interdū & de suis redditibus prestarent sumptus ad ministeriū sacrificiorum pertinentes. ¶ Hoc inquam gaudebat, cum haberent manus pollutas Christi sanguine, huiusmodi sacrificia offerentes, adhuc tamen fideles qui erant ex circuncisione de illorū priuilegio cum gentilibus altercabantur. Iudæorum tantummodo conuersionem, uel ut mundum cibum. Christo contententes esse offerendum, gentiles autem (sicut Petro per uisum ostensum

Primitiua ecclesia q̄ muliere definata. R. orb. 15 Coloss. 2

Ecclesia ex gentibus q̄ sedula & festinans Act. 11

Quid designat relicta hydria.

Exprobratio cōtra Iudæos ex fide gentium

Heb. 15 Mar. 26 Luc. 20

Apo. 18

Heb. 15

Superstitio & curiositas Iudæorū scilicet

Iniquus est estus, q̄ gentiū fides vexabat a Iudæis gentibus. Act. 10 Act. 10

Vergsacrificium non in vitulis. P. sal. 49.

Mar. 7.

Bonitas dei similitudines r. rum nobis aperuit mysteria. Mat. 22. Mar. 15. Luc. 21. Luc. 15.

Facere voluntate pris ita locuti Chro sicut esturicti manducare. Rom. 6.

Nemo est qui sic dicere potuit. Rom. 8. Gal. 4. P. sal. 118.

S. et non hnt aliqd in passibile i termin sicut Chrius habuit a. Thmo. 5.

ostentum est) uelut immunda quadrupedia terrae, indignos reputantes. Cum in interea quidam de haeresi Pharisaeorum qui crederant, surgentes dicerent non solum modo circumcisionem sed & totam legem Moysi oportere seruari, quid aliud discipuli Iesu, nisi cibos importunos offerentes, dicebant ei? Rabbi manduca: Sed contra clamavit ipse in psalmo: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Nequaquam. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam mea sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia uelut aera caeli, & pulchritudo agri mecum est. si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrae, & plenitudo eius. Sed quid? Inmola deo sacrificium laudis. De quo profecto uero sacrificio, cibique sibi congruente proximus dicit: Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis. Reuera namque nesciebant, quod abiecit sibi & potibus, uarijs baptismatibus, & iustitiis carnis, ueri adoratores adoratori essent partem in spiritu & ueritate, quod uere est uerum sacrificium laudis deo patri & filio & spiritui sancto immolare. Nesciebant inquam na hoc illis non praesentibus, sed absentibus dixerat dominus mulieri Samaritanae. Vnde & mirantes dicebant ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare. Eodem modo in uerbis eius carnalis sensu caligabant, cum diceret eis: Ego habeo cibum manducare, quem uos nescitis: quo & Samaritana mulier, cum de aqua uirua a se petenda uel danda loqueretur ei. Non ergo mirum, quod illa in aquae uocabulo haesitauerit, cum isti in cibi nomine nihil uelociore ad intelligendum fuerint. In hoc sane miram dignatione operae pretium est attendere sapientiae dei, quae sic paruulis condescendit, ut non omittat qualemcunque rem occasio sibi obiecerit, quin per eius similitudinem illis introducat studio, quasi praecognoscit exhibeat inuisibilia mysteria regni dei. Quid enim omittit qui non regum nuptias, nec piscatorum sagenas, non margaritas negotiatorum, nec ueteres uteros uinariorum, non ficus aut uineas, neque granum synapsis, nimirum inter minuta praeterit olera? Ita de singulis similitudinibus caelestium carnalibus explicat, ut tanquam in notis & uulgarijs speculis, solis imaginem uideant, quae eius splendorem aegris oculis ferre non sustinent. Sic nunc mulieri aquam haurienti, sub nomine aquae, de gratia locutus est spiritus sancti, ut ex commo ditatur aqua uisibilis quam hauriebat, uirtutem perpenderet atque inuisibilis quam nesciebat. Sic nihilominus cibos offerentibus in corporeos de corporeo loquitur cibo, ut ex corporee refectionis similitudine ostendat uoluntariam, imo & optabilem sibi esse operari opus salutis nostrae. Quod quia non aduerterunt prima eius dictione, dixerunt enim: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Proinus subsecutus adiungit. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, ut perficiam opus eius. Quo dicto patenter indicat, quam spontanea in operando salutem nostram deo patri obedientia deseruiat, & quod magis delectetur in hac obedientia, quam aliquis uolens dum oblati sibi dicitur ei, manduca. Et recte plus. Nam corporeis cibis sola caro, quae defecit reficitur, iterum defecit: per hanc autem obedientiam sic refici habebat mortalibus & passibilis in Christo natura humana, ut resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quae est enim uoluntas patris, nisi illa, de qua paulo ante mulieri Samaritanae dixit: Nam & pater tales quaerit qui adorent eum? Quid inquam uult, aut quod quaerit pater, nisi ueros adoratores habere, qui adorent eum in spiritu & ueritate? Sed tales per filij passionem inuenti sunt, tales adoratores per crucem & sanguinem filij deo patri acquisiti sunt. Cum ergo dicit: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, hoc (ut praedictum est) per congruam similitudinem magnifice exprimit, quanto desiderio consummando operi salutis nostrae intentus sit. Et quidem constat sanctos homines, qui spiritum adoptionis filiorum acceperunt cum magna dilectionis dulcedine operari opus fraternae salutis, & si quidem a timore seruili incipiunt in amore filiorum consummari, quod est iuxta psalmistam dilatato corde currere uiam mandatorum domini. Verumtamen nemin illorum adeo dulcis est labor operis, ut omnino recte dicat: meus cibus est quod facio uoluntatem dei. Non enim quicquam impassibile habet substantia hominis, cuius respectu dicere possit, labor uel afflictio in opere dei sic sibi delectabilem esse, ut cibus suus debeat appellari. Constat quippe tantum ex anima & corpore, quod utrumque sit procul dubio passibile. Ideoque cum quis tribulatur, patienter & in suauitate conscientiae suae reclinat, quia pie uiuit in Christo, nec dum recte dicitur cibo suo uesci, quod non dicit ipsa merces operis reficit, sed sola consolatur eum spes in alio reposita mercedis, ut non deficiat sine lassescat sub illa, qua totus, id est, in anima & in corpore, premitur ut tribulationis. At uero Christus non totus erat passibilis, neque tantum ex anima & corpore, quae utraque passibilia tunc erant, sed ex diuinitate quoque constat impassibili. Et cum subiret acerbam passionem mortis, faciendo uoluntatem patris, non totum quod Christus est, id est, diuinum simul & humanam naturam transuerberabat uis doloris, sed natura quidem hominis uero dolore cruciabat, natura uero dei charitate sua cum patre suo pascebatur, qua & semper pascebat. Pascebatur inquam & turbatur opprobrijs, non ut martyres sancti in gaudio spei, sed ut martyrum & sanctorum omnium deus, in praesentia sempiternae & incommutabilis rei. Quid enim unquam sperauit? quid unquam non

non habuit is, per quem omnia facta sunt, filius dei? Nunquid operarius conductus fuit? Nunquid praemium sperans euangelizauit? Nunquid usquam tale quid dixit, quale Apostolus Paulus: Necessitas, inquit, mihi incumbit, uae enim mihi est, si non euangelizaueris enim uolens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quapropter hoc nusquam de illo dictum est, quod praemium acceperit, sicut solet dici de omnibus sanctis, quibus deus mercedem laborum suorum reddidit: quia uidelicet ipse sanctorum omnium remunerator & remuneratio est, sed ad dexteram patris: ubi quamuis natura humana gloria & honore, quem non habuerat, coronata sit: natura tamen diuinitatis, quae illam naturam promouit, ita nos iure tenet reuerentia sui, ut recte fateamur, quia Christus dominus, quicquid secundum hominem accepit, non aliunde, sed de ipsa sibi diuinitate, accepit: ac proinde mercede donatum illum dicere fas non sit. Igitur sancti omnes, quam diu hic exulant, ubi ad diuine uisionis conuiuio gementes ieiunant, quamlibet uoluntarie, quantumlibet cum amore, quod donum est, ad omnes operentur: siue inuiti pro dispensatione credita, siue uolentes, & ideo mercedem apud deum repositam habentes, euangelizent: nemo tamen illorum recte dicit, meus cibus est, ut faciam uoluntatem dei: solus autem ille qui non aliunde mercedem sperabat, sed in seipso habebat, dicente propheta: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo: solus, inquam, ille, qui in opere suo iam diuinitate sua pascebatur, ueraciter dicere potuit: meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius, quia uidelicet dei filius impassibilis, in ipsa passione carnis, quam uoluntate patris assumpsit, dum perficeret opus eius, opus nostrae redemptionis, opus nostrae salutis, plene atque perfecte delectabatur cum illo, propter nos in plenitudine charitatis. Nos quoque quaecumque bona opera nostra fides & dilectio, cetera quae talia, nunc interim cibus eius sunt, postmodum uero nosse cibus erit uisio eius, ubi implebit quod promittitur dignatus est: ut edatis, inquit, & bibatis super mensam meam in regno meo. Vnde ordinate in Apocalypsi loquitur: Si quis audierit uocem meam, & aperuerit, mihi ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum eo, & ipse mecum. Cibamus enim eum, quoties ad eum uoluntatem patris usque ad finem, scilicet & discendo aliterum facimus, donec ipse qui est caput super omnia membra ecclesiae, quae est corpus ipsius, plenitudo eius omnia in omnibus adimpleatur. Sicut enim adimpletur imperator, si quotidie eius augeatur exercitus, & fiant nouae prouinciae, & populorum multitudo succrescat: ita & dominus noster Iesus Christus, in eo, quod sibi credunt omnes, & per dies singulos ad fidem eius ueniunt, ipse adimpletur in omnibus, & quicunque hanc uoluntatem patris cum illo faciunt, ipsi illum cibant, & iuxta alium euangelistam faciunt illum proficere & accrescere: ita & gratia, non solum apud deum, sed etiam apud homines. Cur autem nunc primum huiusce cibi sui mentionem fecit? Nam si haecenus discipulis suis cibos sibi offerentibus conuenerit ista commemorare, non utique nunc errasset in uerbis eius, dicens: Nunquid aliquis attulit ei manducare. Cur ergo nunc primum dixit, meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, nisi quia nunc primum tempus & locus commonuit, uidelicet ex euntibus de ciuitate, & uenientibus ad eum alienigenis, scilicet Samaritanis: erga quos & omnes gentes haec erat uoluntas patris, ut operante filio, fierent ueri adoratores sui? Gratulabatur namque filius in illo cibo suo, in illa uoluntate patris, licet patriam suam, in qua in honorandis erat, scilicet iudaeos, quorum detrimento sibi parabatur ille cibus, ut est gentium salus: iudaeos, inquam, falsos adoratores, templo diruto, & ciuitate Hierosolymorum subuersa, efficiendos humanos fleuerit affectu. Itaque cum Samaritanos exeuntes & uenientes ad se uideret, permanens in Methaphora, gratulabundus, ad modum diuitis, cui iam matura messis multa cibos plurimos possideret, hoc modo coepit prosequitur: Nonne uos dicitis, quia quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uideite regiones, quia alibi sunt iam ad messim. Ecce nesciebamus, quo tempore dominus relicta iudaea, ut supra dictum est, postquam ascenderat Hierosolymam, instante solennitate paschali, reuersus sit in Galileam, transiensque per Samariam, haec fecerit uel dixerit, quae praesens euangelii lectio commemorat. Sed nunc ex eo, quod ait: Nonne uos dicitis, quia quatuor menses sunt, & messis uenit, inquam, colligimus, quia circa mensem qui apud nos Februarius dicitur, hunc transitum fecit. Mensis siquidem, qui apud nos Maius dicitur, plena messis in illis est regionibus. Vnde & in festiuitate hebdomadarum, quae Pentecostes dicitur, nouum sacrificium, id est, panes primitiarum duos de duabus decimis similiae ex omnibus habitaculis secundum legem offerri iubebantur. Igitur ex quo dominus aquam in uinum conuertit in Chana Galilaeae, & nunc quando reuertitur iterum in Galileam, annus exactus est, qui est aetatis eius tricessimus primus, Iohanne adhuc superstitente: de quo supra dictum est, quia uero erat baptizans in Enon, iuxta Salim, ubi & quaesitio facta est ex discipulis eius cum iudaeis de purificatione. Quando autem uel quo huius anni tempore sequentis, idem Iohannes traditus, aut quam diu ab Hero de custodia sit, certum non habemus, quia de scripturis colligere non possumus. Nunc ad

Chrius non sperabat mercedem de vi sancti, sed fructu aquae de uitate. 1. Cor. 9. Sapient. 10.

P. sal. 8.

Solus Chrius recte dixit: Meus cibus est, ut faciam. Galat. 6. 1. Cor. 9.

Esa. 40. 62.

Bona opera non sunt cibus Chrii. Luc. 22. Apoc. 3.

Eph. 3.

Luc. 2. Quaesitio.

Responsio.

Luc. 15.

Leui. 25. Num. 28. Deu. 16. Aetas Chrii, uero adhuc Iohan. bapt. Iohan. 7.

Messis spiritalis, excludit curam de terrenis.

Mat. 10 Luc. 14

Phil. 3

Videte regiones.

Psal. 122

Duplex messis spiritalis. Mat. 9 Luc. 10 Mat. 13 Quod dicitur ante se.

Ibidem.

Psal. 137

Luc. 10

Mat. 3

Regio albae sunt ad metem. Mat. 9 Luc. 10

Merces quod dicitur in uita aeterna. Mat. 10

1 Cor. 9

Deut. 25 1 Cor. 9

expositionis ordinare deamus. Nonne, inquit, uos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Sic tanquam eos refellere uelit, more coarguentis acrius, sub interrogacione proponit: ac si praeter suam spirituales messes, nullam aliam, nullam omnino nouerit. Et reuera nullam messes aliam suam uel discipulorum suorum commemoratione dignam iudicat, quamuis per ipsum per quem omnia facta sunt, hoc etiam fiat, ut messis illa, de qua dicebat, haec singulis annis proueniat. Si enim propter euangelium patrem & matrem fratresque actores obliuisci ac relinquere praecipit ei, qui se dignum esse cupit, ne pro affectu carnali retar detur ab intentione caelestis: quanto magis eandem ob causam uel studium recte discipulos suos scire aut recordari nolebat, quando illa messis ueniret: quae profectio nec si inde tardius, nec, si inde loquerentur, citius maturefceret: Aliter quippe ueraciter dicere non possumus, nostra autem conuersatio in caelis est, nisi caelestium meditatione ita occupati simus, ut non uacet nobis cogitare aut loqui de terrenis: ita intenti agriculturae dei, ut superfluum arbitremur loqui de naturalibus terrenae agriculturae incrementis, ita inhiantes faciende uoluntati dei, ut negligamus cibos corporis. Recte ergo quasi coarguens: Nonne, inquit, uos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Et protinus adiungit: Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albae sunt iam ad messem. Oculos uestros, inquit, oculos interioris hominis, leuate ab hac messe, quam ego comedere non ueni, ad quam ego uos operarios non conduxi, & uidete, non regionem unam, non iudaeam solum, patriam meam, in qua ego domini aut posse floris honorem habiturus non sum: sed uidete plures regiones gentium, regiones omnium nationum, quoniam albae sunt iam ad messem, quia sicut domus regionum cibi ipsorum praefato sunt: quando regiones ipsae albae sunt ad metendum messis: semita mihi, cui postulant a patre gētes in hereditatem datae sunt, cibis copiosus, quem habeo manducare, nunc in promptu est, quando gentes ipsae tractabiles sunt iam ad suscipiendam fidem. Notandum in sermonibus domini duas messes inueniri, unam, de qua nunc loquitur, scilicet praedicationem euangelii, cuius messorum sunt apostoli. Aliam de qua idem alibi loquitur, quam & appellat consummationem euangelii, cuius messorum sunt apostoli. Aliam de qua idem alibi loquitur, quam & appellat consummationem euangelii, cuius messorum sunt apostoli. Aliam de qua idem alibi loquitur, quam & appellat consummationem euangelii, cuius messorum sunt apostoli. Aliam de qua idem alibi loquitur, quam & appellat consummationem euangelii, cuius messorum sunt apostoli.

lium annunciant, de euangelio uiuere. Ergo qui metit & nunc mercedem accipit, scilicet necessariam uitae praesentis alimoniam, & fructum congregat in uitam aeternam, id est, in futuro quoque aeternam accipit mercedem, unumquisque propriam secundum suum laborem. Alioquin ueritas dei non staret, non confirmarentur promissiones patrum. Unde eadem similitudine quae propofita est, adhuc subditur. In hoc enim est uerbum uerum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit: ut, & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc (inquit) uerbum uerum est, in hoc ueritas dei permanet, in hoc promissiones patrum confirmatae sunt: quia semen regionum, quae (sicut dixi) iam albae sunt ad messem, id est, benedictione uiuere farum gentium, quae iam in aduentu meo praesentem habent eandem benedictionem, alius quondam seminauit, alius nunc metit. Quod enim est hoc uerbum, nisi quod ad Abraham ad moysen, & ad omnes sanctos prophetas factum est, quod in semine eorum benedictus est uos omnes gentes: Et in quo uerum est hoc uerbum, nisi quia sicut illis promissum, & ab illis creditum est, sic me adueniente completum est: Illi namque credentes & sperantes, credendo & sperando, si dem & spem suam in propagationem carnis suae, tanquam in bona terra gratiae dei committentes seminauerunt euntes & stantes, & semina sua mittentes. Flendo & seminando proficientes, quod peregrini essent, & aduenire super terram, & non haberent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirerent. Hoc modo laboriosam hyemem passi, seminauerunt, & non messuerunt: tenent defuncti sunt omnes non acceptis repromissionibus, sed a longe aspicientes salutauerunt eas, & ecce nunc alij metunt, scilicet uos, qui promissionum, quae ad illos factae sunt, praesentem habetis effectum. Non (inquam) illi messuerunt, non illi repromissiones acceperunt, deo pro uobis aliquid melius prouidente, ut ne sine uobis consummarentur. Hoc est enim quod sequitur: Et qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Unde & eos beatificans protinus subiungit. Ego misi uos metere quod non seminastis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Sententia haec cum illa congruit, quae idem saluator ait: Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis quia multi reges & iusti uoluerunt uidere quae uos uidetis, & non uiderunt: & audire quae uos auditis, & non audierunt. Vere enim beati oculi discipulorum, qui nunc uidebant regiones, quae albae essent iam ad messem, qui hoc audiebant, quod in hoc opus con ducti essent, ut metere quod alij seminauerunt: Ego (inquit) misi uos metere quod non seminastis, id est, ad hoc uos elegi, & postui uos, ut eatis & fructum afferatis, quem non seminastis. Nunquid enim uos tale quid passi estis, qualia perulerunt Abraham, & caeteri patres qui seminauerunt: Nunquid uos de terra & de cognatione egressi estis, & peregrini uel hospites in terra aliena fuistis, & sepe, ut uobis extra ciuitatem domumque uestram seminantibus, surgeret messis, id est, benedictio, qua uniuersae cognationes terre benedicuntur: Nunc quid uos scientiam, siue prophetiam habuistis, & uos homines sine literis, & idiotae, qui haec enus agerit dei nec uerbo, nec opere excolere sciebatis, in labores eorum introistis, ut quod ab illis est seminat, per uos conferatur in horreum, id est, quae illis promissa est uniuersarum benedictio gentium, a uobis praedicaretur impleta esse, & annuncietur per uniuersum mundum, sequitur. De ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quae cuncti feci. Locus iste cum illo comparandus est, quo longe superius dictum est: Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, uidelicet in patria sua, inter contribules suos, multi crediderunt in eum, uidentes signa quae faciebat. Hic & illic multi crediderunt in eum, inquit Euangelista, causasque subiecit longe diuersas. Illi (inquit) crediderunt in eum, uidentes signa quae faciebat: isti propter uerbum mulieris testimonium perhibentis. Quod omnino in suggestionem Iudeorum legendum est, quem admodum & illud quod ait Apostolus: Quia Iudaei signa perunt, & Graeci sapientiam requirunt, quia uidelicet Iudaei dum signorum uanitatem quaererent, decepti sunt: Gentiles uero, dum rationabili sapientiae sermone delectati sunt, ueritati libenter acquieuerunt. Quid si coram eis quam in unum conuertisset, uel tale quid apud illos fecisset, qualia multa fecit in patria sua, scilicet in Galilaea, uel in tota Iudaea: an castella uel ciuitates eorum circueiens docuisset, & non potius praecipisset Apostolis suis, cum mitteret eos ad praedicandum in uiam (inquiens) gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, uidelicet ne occasionem daret Iudaeis, quasi rationabiliter contemnendi euangelium, quibus missum fuerat hoc uerbum salutis? Unde non mirum quod quidam Samaritanorum postea sic offensi sunt, ut quadam die non receperint eum, pro eo, quia facies eius erat euntis in Hierusalem: non tamen omnes illi, uel discipulis eius inhospitalis fuerant: Nam abierunt (inquit Euangelista) in aliud castellum. Denique Iudaei nullam uel leuem occasionem blasphemandi praetermittebant. Si quidem cum improperantes dicere coeperint illum Samaritanum, propterea quia locus est qui cum eis, & manisset nunc apud illos biduum, antequam Iohanne tradito, publici cum suscepisset praedicandi officium: multo magis, si apud illos praedicans, & miracula faciens

Alia merces uita aeterna.

1 Cor. 9

Gen. 20 Psal. 71

Expectatio patris seminata, & non uentura. Psal. 127. Heb. 13 Heb. 11

Beati apostoli merentes. Luc. 10

Iohan. 17 Apul. 15 passim sunt qd patres Gen. 2

Act. 4

Iohan. 2

Quanto facti sunt crediderunt Samaritani, quod Iudaei

Mat. 10

Luc. 9

Cur Iudaei Chriam Samaritanos uocabant. 10. 2

Remissi⁹ erit Samaritanis q⁹ Iudaeis
Mat. 11
Ingratitudo Hierosolym. Iohanna
Mat. 21 Luce. 4 Mat. 27
Cur Iesus in Syche pot⁹ q⁹ I Hierusa le quoc⁹ tavit
Ephc. 4
Celeritas ali enigenar⁹ ad credendum
Psal. 44
C⁹tra Iud⁹ r⁹u p⁹inac⁹
Psal. 17 Deu. 32
Rom. 7
Ioh. 8
C⁹tra Iud⁹ r⁹u g⁹mulat⁹ ionem
Cant. 8

eam discipulis suis commaneret, occasionem quasi legitime contemnendi euangelium, praebuisset. ¶ Quid ergo (inquam) quam tam putas messem de gentibus collegisset, si eo tempore tam Samaritanis q⁹ caeteris gentibus, per seipsum predicare decreuisset? Quapropter cum patriae suae ciuitatibus exprobraret, poterat idem, quod de Tyro & sydone, de Samaria quoq⁹ dicere, quia si in Samaria factae fuissent uirtutes, quae factae sunt in uobis, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Ergo quia non propter signa, quae nulla uiderant, sed propter id quod dictum est, crediderunt in eum. Audi quod sequitur. ¶ Cum uenisset ergo ad eum Samaritani, rogabant eum ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies. ¶ Et hoc ut cetera manifeste in comparatione Hierosolymorum dictum est. Cum enim ciuitatem ultra introisset, & in templo docuisset, & multi credidissent in eum uidentes signa quae faciebat, non tamen Iesus credebatur seipsum illis. Hoc nempe sciendum, q⁹ tanta fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, ut in urbe magna, nullum hospitem, nullam inueniret mansionem, sed in agro paruolo apud Lazarum, sororesq⁹ eius habitaret, scilicet in Bethania, qui eorum uiculus erat, iam tunc utiq⁹ recepta experimento capitis, q⁹ in patria sua, cuius ciuitas illa erat precipua, nulli habiturus esset honorem. ¶ In illa quippe ciuitate, uel patria sua, uulpes foueas habebant, & uolucres coelidos, id est, malitiosi ac superbiae pennis elati spiritus maligni, mentium infidelium hospitalia compleuerant, & in illis cubilibus habitabant: filius autem hominis non habebat ubi caput suum reclinaret, id est, quorum fidei, diuinitatis suae nomen uel sacramentum crederet, & propter hoc in eadem ciuitate, ubi erant sancta, patriae suae recte nec una saltem nocte hospitari aliquando dignatus est. At uero gentes, audito eius euangelio, uulpes illas & uolucres de foueis & nidis, id est, de cordibus suis, templisq⁹, & aris effugare habebant, & ita de munitate capiti filii hominis reclinatorium praeparare, & iccirco nunc apud istos alienigenas tali ordine, imo tali praefiguratione dignatus est commanere. Mansit autem apud illos duos dies, quia uidelicet Ecclesiae suae duo praecipua charitatis infundans, & in praesenti, & in futuro seculo semper commaneret, & in utroq⁹ seculo tanquam in duobus totis diebus eius illi gratia non de futura est. ¶ Et in multo plures crediderunt propter sermonem eius, & mulieris dicebant: Quia iam non propter tuum sermonem credimus, ipsi enim audiuiimus, & scimus, quia hic est uere saluator mundi. ¶ Non frustra hic euangelista, cui sublimiora quaeq⁹ scribere proposuit est, haec quae leuiora uidentur tam diligenter profecutus est. Supra dixit, quia propter uerbum mulieris crediderunt, nunc multiplicatis creditib⁹, dicebant (inquit) mulieris: Quia iam non propter tuam loquelam credimus, uirumq⁹ scribere curauit, & quia propter uerbum illius crediderunt, & quia iam non propter loquelam eius credere se dixerunt. Cur hoc, nisi quia de illo per mulierem quidem primitus audierunt, sed ne leuitate dicit, & omni uento doctrinae circumferri uiderent, ipse saluatoris uerba in dictio propriae rationis diligenter examinauerunt. Propter eam autem credimus, si non iam propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuiimus, & scimus, quia hic est uere saluator mundi. ¶ Notanda sane magis ac magis rationalis celeritas alienigenarum ad credendum. Nec propter uerbum mulieris, nec iccirco quod signa uiderunt, scire uel credere se asserunt: Sed audiuiimus (inquam) & scimus. Quid enim audierunt, nisi ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, propter quae mirabiliter illi dextera sua deducit: Audierunt ueritatem docentis, mansuetudinem ad credendum inuitantis, iustitiam non accipientis personam Iudaei suae Samaritanin, eum nempe aspernentium, uelur immundum iudicantis quacumq⁹ ex gente sit. ¶ Nonne ergo manifeste nobis haec res gesta per omnia congruit, nobis (inquam) qui non uidimus, sed tantum audiuiimus, & scimus, quia hic est uere saluator mundi? Nonne ipse saluator de nobis aduersus patriam suae duritiam conrestitit & dicit: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi? Nonne illa patria sua iam nunc (sicut per Moysen deus praedixit) incipit ad emulationem adduci in non gentem, in gentem insipientem, & in iram mittit? Hinc enim coeperunt magna, & maligna emulatione alienigenis irasci, dicentes illi non Iudeorum tantum deo, sed & gentium non Iudeorum tantum, sed & totius mundi saluatori, uti nunc Samaritani confes⁹ sunt. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemionium habes: sed emulentur quantum uolunt, irascantur & maledicant quantum ex diabolo per odium spiritum conceperunt. Nam Christus (quem nos secundum carnem non nouimus) secundum spiritum apud nos te quiescit, & duos dies, id est, in praesenti & in futuro seculo permanens, caput suum reclinauit: quia nos audiuiimus, & solo auditu credentes, scimus quia hic est uere saluator mundi. Et uerū utiq⁹ canticum illi mulier nostra ad puteum, ubi aquam uiuam accepit, ubi hydriam suam reliquit, & uoluptates suas oblita est, imo & sanguinem suum sudit, uerum, inquam canticum illi de cantauit dicens: Dilecte mi apprehendam te, & ducam te in domū matris meae, & in cubiculum genitricis meae, ibi me docebis precepta domini. Vere enim martyrii nostrorum multitudo, quae ciuitatem diaboli, omnia relinquendo, uitam quoq⁹ ipsam corporalem conte-

contem-

contemnendo, egressa est, nunc illum in domū matris suae, & in cubiculum genitricis suae introduxit, dum in comunem coetū ritūq⁹ gentilitatis, in ipsa secreta temuloq⁹, ubi cum illa cubitabat turba malignoq⁹ spirituum, nomen & cultū eius abduxit, & ut susciperetur, eiecit illis, clamando, testificando, & moriendo euicit. Sequitur, L. Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galileam. Ipse autē Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honore non habet. ¶ Diligentem aduertenda est haec cratiuncula, sicut in exordio lectionis huius dictū est, ut certissime pateat, cui propositioni sit subiūcta. Nec enim respondet illi uersiculo, cui in serie literarū coniungitur illi in qua, quo dictū est post duos dies exiit inde, & abiit in Galileam. Nam si ita continere uelis, quare inde exiit, & in Galileam abiit (ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in patria sua honorem non habet) profecto rationē nimis à propositione discordes, eiq⁹ repugnantē intulisti, cum Galilea omnisq⁹ Iudaea, quae non continebat Samaritanis, eius patria fuerit. ¶ Ita ergo continuandū est: Dixi superius (inquit euangelista) quae reliquit Iesus in Galileam, & abiit ite in Galileam, & adiecit oportebat autem eū transire per Samariam. Dicit itaq⁹ mihi: Ad quid eum illud transire oportebat? Ad haec inquam: Pro magno negotio oportebat pro magna rei experimento oportebat. Rem ipsam praesenti ratione aperui, rem (inquit) ipsam ita subiunxi. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in patria sua honore non habet. Hanc utiq⁹ rem si recte attendis, liquet profecto, q⁹ utiliter & opportune per Samariam, per illam patriam, non suam transire uoluerit, & duos dies apud illos alienigenas commanere, honore sibi ab eis impensum pro experimento testimonii sui admiserit: Propheta (inquit) non habet honorem in patria sua. Alius euangelista, ut sensum magis exprimeret, paululum commutauit huius testimonii uerba dicens: Quia propheta non est sine honore, nisi in patria sua. Idem ergo est, ac si dicat: Me prophetam, imo prophetam dominū, non aliam ob causam haec patria inhonorat, nisi quia est patria mea. Nam si in Tyro & Sydone faceret uirtutes, quas facio in hac patria mea, profecto in cinere & cilicio, poenitentia agendo me honorarent. Hoc testimonium perhibuit Iesus. At illi testimonium hoc, ut cetera, non accipiebant, uerbis eius non credebant. Vt ergo, sicut alibi de alio testimonio dicitis: uerbis meis non creditis, operibus credite. Item & de hoc eodem testimonio possent illi refragabiliter audire, oportebat eū transire per Samariam, & experimento locū dare, quo comprobaret uere esse testimonium ipsius, & iuxta hoc honorem illum habiturū esse in gentibus, ut qui in uidebant, uiderent & confunderentur: uiderent (inquam) in uidentibus, & in uiderent adhuc. Qui autē credebant, uiderent & lactarentur: uiderent inquam, & magis ac magis credendo iustificarent, sequitur. ¶ Cum ergo uenisset in Galileam, exceperunt eum Galilaei, eū omnia uidissent, quae fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim uenerant ad diem festum. ¶ Hoc iam ipsius testimonio repugnare uideret, q⁹ eum Galilaei exceperunt, quae locutione resonat. Exceperunt, inquit, Galilaei, cum omnia uidissent quae fecerat Hierosolymis in die festo. Sed huius honorationis qualiter uel finem ex alio euangelista colligamus. Iste quippe regressus testis in Galileam, ille est, à quo ceteri euangelistae praemissa tentatione eius initium faciunt. Quomodo eum, uel quo fine excipiendo honorauerunt? Ait Lucas: Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiae, quae procedebant de ore eius. Ecce honorifica exceptio. ¶ Sed proinus additur. Et dicebant: Nonne hic est filius fabri? Item: Quanta audiuius de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua, id est, in ciuitate Nazareth, ubi natus & nutritus es. Quorum curiositati quia non satisfaciebat, repleti sunt, inquit, omnes in synagoga, ita, & surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum usq⁹ ad supercilium montis, ut precipitarent eum. Igitur cum uano honore, id est, sine amore illum exceperunt, non ut illum honorarent, sed ut miraculis eius suam ipsi curiositatem pascerent. Quam & hic euangelista non praeteriit. Cum enim dixisset: Exceperunt eum Galilaei, protinus causam exceptionis huius addidit dicens: Cum omnia uidissent quae fecerat Hierosolymis in die festo, ob hoc, inquit, exceperunt eū, imo (& sicut ait praedictus Lucas euangelista) omnes testimonium illi dabant. Vbi notandū, quia non dixerunt quanta audiuius de te facta in Hierosolymis, fac & hic in patria tua, ne se tantae ciuitati equare uelle uiderent, sed quanta audiuius de te facta in Capharnaum, ubi uidelicet non multis diebus manserant, anteq⁹ in mense pascha Hierosolymam ascenderet. Vere quocumq⁹ modo, tamen exceperunt eū. Quid ergo? Sequitur. ¶ Venit ergo iterū in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam in uinū. ¶ In hoc quoq⁹ dicto sacratissimam dispositionem huius oratoris, scilicet euangelistae Iohannis, recte miramur, imo incarnatam dei sapientiam, quae hoc primo suae manifestationis anno tali ordine profecit, qualem hic non immerito scriptis commendare curauit. Qui uidelicet annus, nunc fere exactus est, ex quo imminente pascha, Iesus Hierosolymam ascendit. Nam & paulo post, eadem instante solennitate, rursus illuc ascensus est. Quid enim toto hoc anno, quo nec dñi tradito Iohanne, publicum praedicandi officium non exercuit, quid in qua hoc anno, nisi future praedicationis, siue instantis saluationis, à tempore suae passionis usq⁹ ad finē seculi, ordinē quo pro-

C⁹tra patri⁹ g⁹ratitudinē

Mat. 13

Mat. 11

Iohan. 10

Q⁹no excipit⁹ Galilaei, Iesus

Luce. 4. Irreuerentia Iudaeorū in Capharnaum Iesum

Mysteriū in cubiculo Iesu

cessura esset, in suis actibus præpingit, & quasi extensis quibusdam disternat lineis: **Hæ-**
bebat quippe in proposito, in æterno diuinitatis consilio, fixum atq; immobile decretum, legē
 de sion, & uerbum domini educere de Hierusalem, scilicet ut pateretur, sicut oportebat, & re-
 surgeret à mortuis tertia die, atq; exinde prædicaretur in nomine eius penitentia atq; remis-
 sio peccatorum in omnes gentes, incipientes ab Hierusalem, ut quia cæcitas euentura erat in Isra-
 el, interim plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Hoc plane per to-
 tum hunc annum in seipso præfigurauit. Nam ascendens Hierosolymam in solennitate pas-
 schali, eandem passionem & resurrectionem suam, per templi solutionem, eiusq; excitationē
 in tribus diebus maturandum præsignauit. Deinde penitentiam & remissionem peccatorum
 quæ in nomine eius prædicanda erat, loquens cum Nicodemum diffiniuit dicens: Nisi quis re-
 natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei, &c. Postea comman-
 nens in Iudæa, ut cognouit quod detraherent sibi, iam enim cæcitas contagebat in Israel, re-
 liquit Iudæam, & ad samaritanos diuertit, quos inter alienigenas reputabant Iudæi. Ecce tan-
 dem in Galilæam redit, tandem iterum ex Chana Galilææ uenit, ubi uinum de aqua fecit. **¶ No-**
ta diligenter. Non de Samaria ad templum Hierosolymorum rediit, unde uidentis & ementes
 eijciedo, uetus sacrificium abiicit, licet & illa ciuitas patria eius fuerit, sed ab alienigenis, ubi du-
 os dies commoratus est in Galilæa, imò in Chana Galilææ rediit, ubi uocatus ad nuptias aqua
 in uinum conuertit. Nam ad Israel salus reuertetur, cum plenitudo gentium subintroierit, ad
 templum autem, id est, ad hostiarum sanguinem suscipiendum, uel circuncisionis ritum, Chri-
 stus nunq̄ rediturus est. Nonne ergo salutis nostræ opifex, rerum, quas facturus erat, toto hoc
 anno quasdam, secundum hunc Euangelistam, umbras præmisit? Ad patriam autem suam, de
 qua naturam hominis natura dei assumens, nuptias fecit, & tanq̄ sponsus procedens de thala-
 mo suo, aquam nostræ corruptionis in uinum uertit in corruptionis. Reuertetur circa finem
 seculi, ut nunc circa finem huius anni in Chana Galilææ rediit. **¶ Quid** ergo nunc illic fecerit
 audiamus, & in exteriori eius opere interius mysterium perquiramus. **¶ Et** erat quidam regu-
 lus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. **¶ Hic** cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa
 in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat
 enim mori. **¶ Regulus** iste qui accessit ad dominum Iesum, rogans ut descenderet & sanaret fi-
 lium eius, à superiori anno nosse poterat, quod illum ad sanitatem conferendam, prout uellet col-
 mitaretur effectus. Nam & hic superius Euangelista dixit, quod antequam ascenderet Hieroso-
 lymam, imminente pascha, mansit in Capharnaum aliquantis diebus, & ceteri Euangelistæ
 non tacent, quod ibi multas uirtutes fecerit, in tantum quod dicerent et conciuies sui: Quanta
 audiuimus de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Cum ergo de uirtute illius be-
 ne comperta non dubitaret, cur eidem dicerent: Domine descende, ut sanes filium meum. **¶ Di-**
cit Iesus: Nisi signa & prodigia uideritis, non credetis. **¶ Non** enim leuiter accipiendum est,
 quod grauissima ueritas patris sui dixit, quod non nisi regulo loquens, toti sue genti pluralis nu-
 meri uerbo dixit. **¶ Cum** ergo credere, & fidem habere patria uel idem sint, primū ponenda,
 & aperienda est diffinitio fidei, statimq; liquet quod regulus iste & sanitatem filij quaerere, & ta-
 men nondum credere potuerit. Paulus Apostolus cum de fide plura diceret, eandem fidem
 diffiniens: Est autem fides, inquit, sperandarum substantiarum rerum, argumentum non appa-
 rentium. Non inquit fides earum quæ præsentibus sunt & corporaliter uidentur, sed speranda-
 rum est substantia, id est, possessio rerum non apparentium, sed earum quæ nondum apparēt
 est argumentum, id est, certitudo rerum. **¶ Quod** enim uidet quis quid sperat? At uero signa illa
 quæ faciebat dominus Iesus, quæ uidere potuerat iste regulus, quæq; sibi impartiri precaba-
 tur, res erant præsentibus, res erant apparentes. Ergo illarum rerum fides non erat, id est, signa
 illa uidere, illa signa scire, & de illis dubitare non posse, credere non erat, fides non erat.
¶ Quæ autem erant res non præsentibus, res non apparentes, quarum fidem uolebat haberi di-
 cendi: Nisi signa & prodigia uideritis, non credetis: Videlicet illæ, de quibus loquebatur, quas an-
 nunciabat nescientibus, pro quarum annunciatione quia apparentes non erant, quia corpo-
 raliter non uidebantur prophetam se dicebat. **¶ Propheta** inquam in patria sua honorem non
 habet. **¶ Verbi** gratia: Appropinquabit, inquit, regnum dei, & Messias iam uenit, & sic dile-
 xit deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, & ego sum qui loquor uobiscum, & sicut
 Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis q̄ credit
 in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. **¶ Hæc** & huiusmodi res, partim quidem præ-
 sentes, partimq; futuræ erant, sed corporalibus oculis non uidebantur, & ideo non apparen-
 tes erant. **¶ Has** ergo res auribus audiendi audire, auribus cordis suscipere de his præeunte ra-
 tionis iudicio non hæsitare, credere erat, fidem habere erat. **¶ At** illi nō audiebant, & cū loque-
 retur quod sciebat, cū testaret hoc quod uiderat, illi testimonium eius non accipiebant, licet si-
 gna multa ab eo fieri uiderent. **¶ Bene** ergo non ait tantum: nisi uideritis, sed nisi signa & pro-
 digia uideritis, non credetis. **¶ Quod** profecto cum acerba (ut dignū est) uituperatione dixit,
 quia

Esa. 2
 Luc. 24
 Rom. 11
 Ioh. 2
 Iohan. 3
 Curnō hic
 rufait, sed in
 Galilæa rediit
 rufusex Sa-
 maria
 Psal. 18
 Regulo isti
 notus Chrs
 Iohan. 4
 Mat. 11
 Luc. 4
 Quid est cre-
 dere, uel fide
 habere
 Heb. 11
 Rom. 7
 Res quare p-
 prie est fides
 Mar. 4
 Supra eodē
 Supra 5
 Infra 2
 Supra 3
 Mat. 15
 Supra 3
 Præ malitia
 Iudeorū i. sti
 uidebant Sa-
 maritani.

quia comparatione illorum iustificati fuerint samaritani supra memorati, quibus non digna
 bantur conti, quia paulo ante apud illos fuerat non sine honore, quia crediderunt in eum, non
 propter signa & prodigia (nulla enim uiderunt) sed propter prophetiam quidem credere cœ-
 perunt, qua dixerat mulieri omnia quæcunque fecit, sed deinde propter sermonem ipsi-
 us sanum & uerū, multo plures crediderunt: dicentes non quia signa uidimus, sed quia ad di-
 uinum & scimus, quia hic est uere saluator mundi. Nonne ipsi scilicet contribules sui maxime
 audierunt, imò & quotidie audiebant, & proinde scire poterant? Nonne saltem testimonia
 Iohannis satisficere illis debeuerant, quem omnes sciebant esse prophetam? Recte igitur hoc
 illis in tempore improperabat, quia Samaritani (ut iam dictum est) comparatione illorum de
 proximo iustificati fuerant, imò & omnes gentes paulo post magnifice iustificandæ erant,
 ¶ Ipsi namq; à fide patrum nimium degenerabant. Nunquid enim Abraham propter signa
 & prodigia credidit? Nunquid quando dixit ei deus: Egredere de terra & de cognatione tua
 & benedicam tibi, & multiplicabo, atq; in semine tuo benedicetur uniuersæ cognatione ter-
 ræ? Nunquid inquam dixit Abraham, quod signum tu ostendis mihi quia hoc præcipis, uel
 hoc promittis mihi ut credam tibi? Quod si obijcias quorundā scripta, quæ non sunt auten-
 tica, quibus fertur de igne Chaldaeorū diuinitus eductus fuisse, & hoc illi pro signo potuisset
 sufficere, dic quæ signa & prodigia deus illi ostēderat, ut fiduciam habens in igne se projici
 intrepidus permitteret? Quod signū aut prodigium acceperat, ut deo se pius promittente se-
 men, in quo benediceretur omnibus gentes terræ, non infirmaretur fide, nec consideraret cor-
 pus suum emortuū, & sterilem uulnam Saræ? Nunquid saltem hoc pro signo, siue spei sig-
 natio acceperat, ut ambo grandæui, ille centenarius, illa nonagenaria, non senescerent, aut fri-
 gescerent? Deniq; saltem hoc, ut Saræ sterili muliebria, id est, menstrua fieri non desinerent?
 Ergo degeneres (inquit) uos, ergo tanto patre indigni, ergo deteriores omnibus alienigenis,
 qui nisi signa & prodigia uideritis non credetis. **¶ Sed** dicitis: Vis ne ut frustra uel leuiter cre-
 damus tibi? Num credere debemus omni spiritui? Te dicente quod Christus sis, & filius dei sis,
 qualiter experiri poterum dixeris? Ad hæc inquam, Plane experimini, sed quomodo lex
 præcipit. Probate sed legitime. In lege enim quid scriptū est? Quomodo legitis? Quod in no-
 mine domini (inquit lex) propheta prædixit, & non euenit, hoc dominus non est locutus,
 sed per tumorem animi sui propheta confinxit, & iccirco non timebis eum. **¶ Nunquid** autē
 & lex itidem non dicit: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se uidisse dicas,
 & prædixerit signa atq; portenta, & euenit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequa-
 mur deos alienos, non audies uerba prophetæ illius aut somnatoriæ. **¶ Fateor** inquam, quia &
 hoc dicit, sed de somnatore, de propheta, qui suadet tibi post deos alienos ire, hoc dicit. Alius
 locus est, aliud mandatū est propheta, qui constituit se in nomine domini uenire, & uerū pro-
 pheta cū ista professione. Sic enim ait: Propheta de gente tua & de fratribus tuis sicut me, sus-
 citabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies ut pennis à domino deo tuo in Oreb. **¶ Ac** dein-
 cept: Qui autē uerba eius quæ loqueretur in nomine meo audire noluerit, ego ultor eorū. **¶ Er**
 subinde: Quod si tacita (inquit) cogitatione responderis, quō possum intelligere uerbum, & non
 est locutus dominus, hoc habebis signū. **¶ Quod** in nomine domini propheta ille prædixit,
 & non euenit, hoc dominus nō locutus est, sed per tumorem animi sui propheta confinxit, &
 iccirco non timebis eum. **¶ Itaq;** secundū legis mandata non per signa neq; prodigia, sed
 per uerbum uere experire, ut scias de patria mea, quid credere debeas. **¶ Verbi** gratia. Cū dico ti-
 bis: soluite templū hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, imò cū aptius dico & dicā, quia
 occisus post tres dies resurgam, si nō euenit quod dico, hoc dominus non locutus est, imò ego
 qui loquor dominus non sum. **¶ Interim** anteq̄ illud fiat, cū dico uobis: quid cogitatis mala in
 cordibus uestris, & cetera talia cum dico redeuntes ad cor uestrū, si intelligitis ita esse rem in
 cordibus uestris ut dico, scitote quia dñs locutus est, & uera sunt cetera, quæ omnia in no-
 mine domini uobis loquor. **¶ Sic** em legitime samaritani paulo ante ueritatē examinauerūt,
 una muliere prædicante uenite & uidete hominē, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. **¶ Quis**
 enim alius nisi dñs deus occulta cordiū perspicit, & Alumnū legis sapite legem Prophetā tam
 ille qui loquit qdem in nomine dñi, sed mentitur, q̄ ille cuius quidē uerbum quod locutus est
 euenit, sed locutus est in dñs alienis, hic in quā & ille pariter contemnent, imò & occidēt.
 Qui autē in nomine domini loquitur, & uerū uerbum loquitur, hic timendus est, hinc per oia
 credendū est. **¶ Sed** uos ecōtra signis & prodigijs experiri uultis, aliqui imò pene canōica signa
 de cælo quaeritis, uidelicet ut si Christus ego sum, si propheta ille ego sum de quo dixit Mo-
 yes, (ut præ dictū est) Propheta suscitabit uobis dominus deus de fratribus uestris, ipsum au-
 dietis tanq̄ me, si in quā pphera ille ego sum, hæc signa & prodigia queritis, & rursus dñs uel imi-
 le qd propter uos fiat Romanis signis & portentis illis, quæ propter patres uos facta sunt in
 teræptis Aegyptijs. **¶ Et** quidē generationi huic male & adultere, quæ tentando huiusmodi
 signa querit, signū non dabitur, nisi signū ionę prophete, ut sicut ille fuit in uentre ceti tribus
 diebus

Degeneres
 Iudæa fide
 patrum
 Gen. 2
 Gen. 22
 Fides Abra-
 he abiq; præ-
 uis signis
 Rom. 4
 Obiectio Iu-
 deorum
 Iohan. 4
 Responso
 quō ex lege
 debuit Chri-
 sto credere
 Deut. 15
 Responso de
 pphæ in Je-
 r. promissa
 Deut. 18
 Ex lege tene-
 bantur Iudei
 Chro uel abt
 que lignis
 credere
 Iohan. 2
 Mat. 6
 Mar. 9
 Incredulitas
 Iudeorum
 Mat. 6
 Deut. 18
 Mat. 11

Ion. 3. & 4

Luc. 24
Mat. v. timo

Fides gentiu
ex auditu

Supra eo.

Regulus nō
credebat
Chr̄m deum
esse.

Mat. 8
Curnō defe
dit cū regulo
Christus.
Psal. 145

Alis pphetis
plus i re mi
nori creden
dum est
1. Reg. 10
3. Reg. 18

Mat. 23

Deu. 15

Cur hoc sig
nificat

Supra eo.
Patria Iesu
difficilis ad
credendum

Iohan. 2.

diebus & tribus noctibus, tunc demum illo prædicante, triduanam pœnitentiam egit Ni
niue, & illa referuata exaruit cucurbita, quæ obumbrabat super caput Ionæ, ita fit filius homi
nis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, & tunc demum in nomine eius pœniten
tia & remissio peccatorum prædicetur in omnes gentes, illisq; trina mersione baptismatis, in no
mine patris, & filij, & spiritus sancti, & ita saluatis, ista patria mea, hæc generatio mala disper
datur. ¶ At ramentum uobis paucis, quæcunq; residui estis, quæ non tentantes, sed necessitatem haben
tes, signa quæritis, signa fient plura & maiora quæ petitis, ut audiant gentes, quæ solo auditu cō
tentæ erunt, & dicant audiuimus & scimus, quia hic est uere saluator mundi. Igitur cum di
xisset dominus: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. ¶ Dicit ad eum regulus: Do
mine descende priusquam moriatur filius meus. ¶ Quid aliud peritō diceret medico regulus iste,
medico inquam, quæ cum sit homo & non deus, opus habet per semetipsum ad lectulum egroti
accedere, & tam uisu oculorum, quam tactu uenarum, genus morbi dignoscere, & secundum mor
bum antidotum dare: Accesserit enim ad dominum, rogans eum ut descenderet, & sanaret fi
lium eius, & illo differente: Domine inquit descende, priusquam moriatur filius meus. Videlicet
non credebat, quæ ab illo resuscitari posset si moreretur, nec tantam fidem aut humilitatem ha
bebat, ut diceret, uelut ille beatus Centurio, qui non erat de Israel: Domine nō sum dignus, ut
intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo & sanabitur filius meus. ¶ At Iesus nō descen
dit, sed mansit in eodem loco, & tanquam deus, qui omnia quæcunq; uoluit fecit, sanitatem filio
eius sola uoluntate, in qua uniuersa sunt posita, restituit, & tanquam propheta uerbum uerum di
cit, quo secundum legem prædictam probari debeat, quia de corde suo confingit nihil. ¶ Ait
enim: Va de, filius tuus uiuit. ¶ Hoc denique unum idemque dictum, & uera de presentibus pro
phetia est, & (sicut ex seruis suis idem regulus postmodum comperit) imperium uitæ est.
¶ Constat uero, quia de minori miraculi huius parte, id est, de prophetiæ ueritate sancti pro
phetae digne secundum legitimam probationem (de qua supra dictum est) magni habitus sunt.
Verbi gratia, Samuel, quando dixit saul, inuentus est effinas, & uerum dixit, quas tamen ipse
non inuenit. Itemque elias, qui regi Achab multam pluuiam mox affore dixit, & uerum di
xit, nec tamen illam opere suo, aut dedit, aut fecit. Igitur cum incomparabiliter maius sit opus
uitæ, & uirtutis, & potenti imperio facere, & uero uerbo annunciare, quam opus non sue uir
tutis uero tantum uerbo nunciare, merito generationi malæ & adulteræ improperatur, quia
sepulchra prophetarum honorabant, quos patres illorum occiderant, & dominum prophe
tarum uerbis blasphemis inhonorabant, quem & implendo mensuram patrum suorum oc
cisuri erant. Quanta enim maiora his ostendit illis opera, & non crediderunt: Attamen regu
lus iste prophetiam simul & potentiam operis huius diligenter inuestigans, seram licet, fidē
habuit. Sequitur enim. ¶ Credidit homo sermōni quem dixit ei Iesus, & ibat. ¶ Credidit nūc
interim sermōni eius, paulo post comperta non sola uirtute sermonis, sed & potentia loquen
tis, non solum sermōni eius credidit, sed & in ipsum tanquam in deum dei filium credidit. Nam &
hoc sequitur. ¶ Iam autem eo descendente serui occurrunt ei, & annuntiauerunt dicentes, quia
filius eius uiuere. ¶ Iam ex hoc prædicatio scire potuit regulus iste, quæ fidelis Iesus propheta esset
domini, quia uidelicet iuxta legalem distinctionem & nihil loquebatur in dijs alienis, sed po
tius inuitabat auditores ad dilectionem creatoris, & uerū sibi uerbum dixerat de uita filij sui.
Hoc inquam scire poterat, etiam si casu aliquo, uel medicina se absente illata, filius suus conua
luisset. Sed nō eo contentus fuit. ¶ Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. ¶
Videlicet scire cupiebat, utrum eodem uerbo quo dixerat ei Iesus: Filius tuus uiuit, eodē in
quam uerbo uirtutis suæ salutem porrasset, ut ad filium suum febre fugata tam cito rediret.
Sciebat quippe horam illam, & diligenti memoria tenebat, ex industria notatam, certoque te
nore apud animum suum defixerat, ut si hora recuperatæ sanitatis illa esset, in qua dixit ei Ie
sus: Filius tuus uiuit, iam de diuina illius magni prophetæ potentia non dubitaret, quæ esset ipse
filius dei, quæ esset rex Israel. ¶ Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Co
gnouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit Iesus: Filius tuus uiuit, & credidit ipse, & do
mus eius tota. ¶ Bene quidem, quæ per occasionem unius filij, salus patri, & toti domui facta est,
sed quid magnū fuit, quæ pro tali uel tanto signo credidit tota domus unius reguli: Non enim
signum hoc paruum fuit, per quod se ubique esse, ubique posse, & sola uoluntate cuncta perfec
re satis euidenter ostendit. Nam & iccirco ab hoc Euangelista præteriri non debuit, qui pens
sola diuinitatis filij dei testimonia, pro causa sepe dicta congestit. Quid ergo tantus hic Euan
gelista nunc os suum ampliauit, ut declamaret nobis, quia credidit ille, & domus eius tota,
nisi quia domus illa erat de incredula huius magni prophetæ patria: ¶ Ipse enim Iesus (ut su
pra dictum est) testimonium perhibuit, qui propheta in patria sua honorem non habet. Hic
autem regulus, & tota domus eius ad hoc luce rationis perducipotuerunt, ut inuidentiæ te
nebras euaderent, & hominem patriæ suæ non tantum ut prophetam, sed ut prophetarum
dominum credendo honorarent, & honorando crederent. Similiter quando cōuertit aquas
in uinum

in uinum: Crediderunt, inquit, in eum discipuli eius, cum pro quantitate miraculi fructus ef
ferual de exiguis, ergo & quod hic ait Euangelista: Credidit ipse & tota domus eius, & illic
Crediderunt in eum discipuli eius, pro quantitate quidem operum, paruum commemorat
fructum, ueruntamen non contentum respectu patriæ suæ, quæ esset nimium difficilis ad
credendum. Et hoc quidem saluatoris beneficium, in uno reguli filio (u legitur) ita factum
est. ¶ Caterum sicut Archisynagogi filia, quæ tunc mortua est, quando mulier à fluxu san
guinis liberata est, recte synagogam significat, quæ tunc præ infidelitate & inuidia uitam suā
reliquit, quando gentilitas à peccatis suis, in Christum credendo, recessit, ita nihil prohibet
in filio reguli mystice eundem populū Iudaicum accipi, cum supra dicta mulier Samarita
na manifeste typum Ecclesiæ de gentibus prætulerit, qua in dominum credente hic incipie
bat mori. Nam sicut Archisynagogus, qui procidens ad genua Iesu, rogauit pro filia, ita eque
& regulus nobilem fidem patrum, Abraham, Isaac, & Jacob recte significat, quæ pro salute
illius populi apud Christum & dominum patrem, antiquis meritis interuenit. Quam illorū
fidem dum in fine seculi respicit, in eo quod reliquæ israel salutæ sunt, recte illis dicit: Nisi signa
& prodigia uideritis, non creditis. Nisi enim prædicantibus Enoch & Heli, instantis iudicij
subsecuturi iudicij signa & prodigia uiderint, multo maiora quæ nos, qui neque redemptoris si
gna uidimus, neque uenturi iudicij signa & prodigia adhuc uidemus, non credent. Quapro
pter tunc illorū minoris laudis uel gratiæ fides erit, ut eidē populo recte dicatur & illud, quod
in typum eius Apostolo Thomæ dictum est: Quia uidiisti me credidisti, beati qui non uiderūt
& crediderūt. ¶ Sed & illud quod dictum est: quia heri hora septima reliquit eum febris, quæ
& mulier Samaritana sexta hora in dominū se dentē super putei credidit, pulchre huius myste
rio congruit. Quid enim est hora septima, nisi post solis ascensum eius de solis descensus: Sexta
quippe hora sol altissimus est, nec nisi descendendo septimam facit horam. Igitur sexta hora
mulier Samaritana dominū agnouit & credidit: hora uero septima, filij reguli febris reliquit
quia uidelicet ascendente in cœlum Christo sole iustitiæ, ecclesia de gentibus credidit. Iudai
cus uero populū illo descendere incipiente, id est, signa & prodigia descensus
sui præmittente crediturus est.

Mysterium
huius signi
Mat. 9

Rom. 11
Apo. 11

Iohan. 20
Mysterium
sextæ, & se
ptimæ horæ

FRANCISCVS RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN IOHANNEM EVAN
gelistam Commentariorum Liber Quintus.



HVNC EVAGELISTAM IOHANNEM PER
aquilam significatum esse (quod pene cunctis notum est)
recte spiritui sancto placet. Christum quippe solem iustitiæ
gyrantē per circuitū, & in circulos suos reuertentem, id est,
omnia disponentē, & in secreto consilio cuncta præuidentē,
claro intuitu contemplatus est, uiasque eius in hoc euangeli
o tanquam in horologio lucido ratiōabili ungula depinxit, ut sapi
entiæ eius circuitū, consiliorūque eius circulos diligētē lector,
quantū lippientibus utriusque speculetur oculis, ita quippe iti
nera, & facta quædam describit filij hominis, ob insinuandū
consilium eiusdem filij dei, quemadmodū ob inuestigandū
ascensum, seu descensum solis, geometricales quosdam cir
culos sibi depingere solent Astronomici. In quo illud maxime notandū, quod nullum paschale
festum præterit, & uelut si ab orientali linea iuxta uersus progressionarios solis gradus cō
putes, ita semper ab hoc festo secundū facta & dicta, circa maxima & necessaria uersa sacra
menta Christianæ fidei, sunt autem quas commemorat, tres trium annos solennitates, quar
ta solennitate excepta, in qua passus ipse ac sepultus, resurgensque à mortuis, eadem, quæ supe
rioribus annis docuerat perfecit, & de seipso condidit salutis nostræ sacramentū. ¶ De pascha
primi anni ita dictū est, quia Hierosolymā ascendens primū & maxime necessariū uitę nostrę tan
tum uerbis aperuit instrumentū dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō pot
introire in regnū dei, &c. Ac deinde cōmoratus in Iudæa, detrahentibus Iudæis, inuidentibus
Phariseis, diuertens in Samariam cinitatē, tandēque rediens in patriā suā, mystice præsignauit,
quos uel quod ordine eiusdem regenerationis, ut supra dictū est, deriuaret gratiā. ¶ Ecce hoc secū
do anno eodē festo ascendens Hierosolymā, ueniens ad prohaticā piscinā, eandē quam præterito
anno uerbis tantū cōmendauerat, factis quoque præfigurat baptismi sui potentiam, ac deinde
per occasionē factos eius, aduersantibus & calumniantibus Iudæis, diu ueritatē diuinitatis
suæ defendit, firmum nobis fidei uerbum cōtradit, in quo tota eius baptismi uirtus consistit.
¶ Tertio

Cur Iohānes
Pascua si
gnificatur
Eccle. 1

Cur Iohā. 2
diligētē cō
memorat pa
scha.

Pascha pri
mi anni, præ
catoris Chri.
Iohā. 3

Pascha secū
di anni.

Pascha tertij
anni.
In ita. 6

Pascha quar
ti anni.

CAP. V
Dies festus
Iudæorū, hic
pascha est
supra. 4

Exo. 23
Deut. 16.

Piscinam gemi
nolacu

Probatio.

Languentes
sub porticib.

* addo ob.

Iosephus de
bel. Iudæico
lib. 7. cap. 12.
Mysterium
piscinæ

Angelus ille,
Christi descen
sus significat
Esa. 9
Ioan. 5
1. Cor. 5
Psal. 89.

Rom. 6
Gen. 49
Deut. 33

¶ Tertio nihilominus anno circa solennitatem eandem, factio conuiuio de quinq; panibus & duobus piscibus, ita quinq; milia hominū per occasionem cibi illius, aliud non minus necessarium salutis nostræ commendat sacramentū dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis &c. ¶ Quarto anno in eadem solennitate, ut prædictum est, passus uidelicet ut superioribus annis doceret, nos in morte eius baptizaretur, & carnem eius ad manducandum, & sanguinem ad bibendum acciperemus. Adeo sanctam & ueram ueteris paschæ rationē comprobatur, ut in qua uetere fulgebatur memoria dei beneficiorū, in eadem solennitate nouorū cōderet ueritatem sacramentorū. Igitur hoc mense principio mensium, qui iuxta solem istum uisibilem primus est in mensibus anni, quid fecerit, quid dixerit iste festiuus nobis sol iustitiae, in hoc (ut cœptum est) euangelicæ lectionis speculo contēplemur. Post hæc erat dies festus Iudæorū, & ascendit Iesus Hierosolymā. Hic Euangelista paschale festum non aperte exprimit, dū dicit indiffinitē: Erat dies festus Iudæorū, & ascendit Iesus Hierosolymā, sed ex superioribus festiū paschale fuisse colligit. Nam aliam ob causam superius, ubi mulieri Samaritanæ est locutus, dixit discipulis suis: Nōne uos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & metis uenit? Constat uero, quia ubi non plus q̄ quatuor menses ante messem intersunt, paschalis festiuitas non plus q̄ duobus mensibus longe abest, quoutiq; spacio temporis alia festiuitas nulla occurrit, qua secundū præceptum legis omne masculinum deberet apparere ante conspectū domini. Igitur & hoc paschale festum est, quo nostrorū (ut prædictum est, & posterius liquebit) sacramentorū principijū repletur. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinq; porticus habens. Piscina non a pisce dicta est, sicut nec fiscina a fisco, nec mutina a muto, nisi forte per antiphrasim, eo q̄ pisces minime habeat. Erat autem aqua gemino lacu in signis, quorū alter plerunq; impletur imbris hybernis, alter rubris est discolor aquis, unde hostijs lauabantur. Quamobrem probatica quoq; dicta est. Græce namq; probata, latine oues dicuntur. Vnde (ut prædictum est) piscina hæc probatica dicitur, eo q̄ ibi hostijs lauaretur. Quæ cognominatur inq; Hebraice Bethsaida. Notandū q̄ non ait, quæ cognominatur probatica. Quod si dixisset, uideretur idem dici Græce probatica, quod Hebraice Bethsaida: sed est inquit probatica, id est, id est, lauandis hostijs accommodata, quem sensum sermo latinus uno uerbo non resonat: cognominatur autem Bethsaida, q̄d latine dicitur domus frugum. Cuius nominis secundū res subséquentes magnū est mysterium. ¶ Quinq; (inquit) porticus habens. In hoc tm̄ continetur mysteriū, ut quis per hominis factum, tamen a deo recte credatur prouisum: quatenus huius numeri porticus illic haberentur. Cur enim illic haberentur? sequitur. ¶ In his iacebat multitudo magna languentiū, cæcos, surdorū, aridos, expectantiū aquæ motum. Id est, ad hoc piscinā hæc porticus istas habebat, ne multitudo languentiū ad cœlestis remedij opificem piscinam excubans, tectū non haberet, ne opem supernā expectare non liceret, estu urente, uel turbine aut pluuiā de sub uuido urgente. Longa enim erat supernæ uisitationis expectatio, de qua protinus subiungitur. ¶ Angelus autem domini secundū tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua. Et quinq; primus descendebat in piscinā, sanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Ideo tunc euidenter presentes sanctæ ciuitati & templo præfides aderant uirtutes, anteq̄ admīssum in saluatorem crudele necis sacrilegiū, recessisset ab eis omne cœli præsidium, quo facto, ut Iosephus q̄q; testatur, audire sunt eadē uirtutes cōclamantes: Transeamus ex his sedibus. Notandū uero q̄ non esu hostiarū, quæ illi us piscinæ aqua lauabantur, sed ex eadem, qua hostias lauabantur, a qua sanabatur unus, quicq; post motionem eius primo descendisset infirmus. ¶ In his inquam, ut prædictū est, tantū continetur mysterium, tantūq; præfiguratum est sacramentū, quanto opus habebant quæ cœlesti templo inferendæ erant hostiæ uiuæ, scilicet animæ & corpora sanctorū: quanto opus habemus omnes nos homines, quoniam ex primo parente nostro uerum languorem, ueram & omnimodam tam corporis q̄ animæ contraximus infirmitatem. ¶ Scimus enim & credimus, credimus in quā propter q̄d loquimur, quia dominus noster Iesus Christus, quocumq; iuxta prophetam magni consilij angelus, de cœlo uenit, id est, non de deorsum, ut ceteri homines, sed de sursum: non de terra, ut primus homo terrenus, sed de cœlo uenit homo cœlestis: ga nō de matre iuxta quosdam abortiuos hereticos initium habuit, sed a deo uenit, a patre exiuit, apud quem erat anteq̄ formaretur terra & orbis. Venit inquam in populum Iudæorū, de illo carne assumens, & eodem de sensu suo, dum prædicat & annunciat salutem & pacē, mora est gens inquieta, & grauissime ueritatis eius impatiens, & uerfa in seditionem, tradidit morti uite gratiæ largitorum. Quia ille morte sua uitæ mundo condidit sacramentum, ut in morte eius baptizaretur genus humanum, id est, omnes q̄ diuersis retro temporibus collecti, quinq; libris Moysæ legis testificatam hactenus expectauerunt gratiam dei. Huius plane mysterij figuram, præferēbat illa magna & diuina res. Vnde & hic Euangelista Iohannes, in perne chartæ diligens inspector, recte illam non præter eundam arbitratus est. ¶ Piscina quippe illa sa-

era, in qua, ut prædictum est, hostiæ lauabantur, uniuersas populi Iudæorum cœremonias, uniuersum ueterum sacrificiorum ritum significat, quæ cum umbræ essent futurorum, ita, anteq̄ Christus descendere & in semetipso legem impleteret, neminem iustificare, uel ad perfectum adducere poterat, sicut piscina illa anteq̄ descensum angeli neminem sanare poterat. ¶ Quæ, sicut quinq; porticibus cingebatur, in quibus iacebat multitudo languentiū motū aquæ expectantium: ita lex Moysi, cuius quinq; libri sunt, peccatores interim cohibebat, sacrificiis illis obumbraticis emundari non ualentes, donec ueniens Christus ea, quæ sacrificiis eisdem præfigurabantur, in ueritate perficeret. ¶ Vel certe, quia non solū illos qui sub lege Moysi fuerunt, sed & cunctos qui ante legem, & ab initio mundi electi per fidem deo cōplacuerunt, Christus dei filius saluare uenit, & omnibus erat necessaria passio Christi: bene quinq; porticus erant, & in omnibus languentes iacebant, expectantes aquæ motum: quia uidelicet ante aduentum Christi, a quo sexta mundi ætas incipit, quinq; ætates fuerunt, quarum in nulla defuisse credendum est fideles & iustos uiros, qui circa eandem spem repositi, salutarem nostram redemptorem expectabant aduentum. Quorum omnium unam eandemq; fidem recte significabat ille unus, qui prior descendebat in piscinam, & sanabatur. Nam unus dominus, unū fides, unus in omnibus electus est spiritus, & iccirco electorum omnium siue mortuorum, siue uiuorum, siue ante siue post passionē Christi uocatorum, una ecclesia & unum corpus est. Igitur in hoc loco tam pulchre, tam splendide suæ passionis figuram illustrato, dominus qui defecit audiamus. Sequitur. Erat autem qui dam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. ¶ Recte quidem, ut a sanctis doctoribus expositum est, hic homo tanto tempore languidus, peccatorem significat sceleris suorū enormitate pressum: cui quia dilectio dei & proximi deest, & iccirco per penitentiam conualescere nō potest, bene huius infirmitas. xxx. & octo annos habet, & a quadragenario numero, qui penitentiae dicitur, binario differt. ¶ Verum, quoniam per huius occasionē sabbatū Iudæorū soluitur, & eadē sabbati carnalis solutio magna & christiana est, necessaria ratione defenditur, non contenti sumus se, quod peccatorē significet: sed & quem, qualē, quantumq; id est, q̄ late diffusum figuret nosse oportet: quia uidelicet dū ille grabatū suū sabbato portat, non leue est, quod dominus ipse, qui iussit, aduocatus eius factus est, disputando aduersus illos robustos legis æmulatores Iudæos quasi pro sabbato dei æmulantes, reuera autē præ inuidia seiplos dissecantes, dum unius saluti detraxerunt, alterius uirtuti uel gloriæ inuidentes. ¶ Igitur sicut ille unus, qui post motionem aquæ primus in piscinam descendere poterat, priorē populū recte significat, id est, Israelitas, quorū est adoptio, & testamentū & legislatio, quorū patres, ex quibus Christus secundū carnem, qui est super omnia deus, benedictus in secula ita nihilominus iste, qui hominē non habebat, ut cum mota fuisset aqua, mitteret eū in piscinā, populū significat gentiliū, qui eum & ipse in Christū crederet, & baptizari uellet, nemo apostolorū, sicut in Actibus apostolorū de Cornelio legitur, unitati illorū qui ex circūcisione erāt, illū admittere audebat. Cuius rei mysterium, quia nostra res est, in præsentī lectione subtilius perscrutandū. Erat, inquit, quidā homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate. ¶ Vbi aqua illa mota fuerat, & unus descendebat in piscinā, ibi erat & homo iste: quia uidelicet, ubi & passio Christi celebrata est, & baptisimi sacramentū illi priori populo tradebatur, iam ex tunc gentilis populus, fama tantæ salutis audita, gratiā eandē postulabat, triginta & octo annos habens in infirmitate, id est, olim de sperata perditā corporis & animæ temporali & æternali salute, fraudatus uitæ præsentis pariter & futuræ ueritate. Nam per triginta annos, qui numerus annorū plena uitæ ætas est, uitæ præsentis perfectio per octo annos uitæ futuræ æternitas, cuius octo sunt beatitudines, quæ octo mundi ætate perficiuntur, recte figuratur. Sed gentilis populus, & præsentem uitam se non posse retinere sciebat, & futuræ nullam spem habebat. Igitur magnus iste languidus, xxx. & octo annos in infirmitate habebat: quia & præsentē uitā laboribus & uentibus cōtossus consumebat, & futuræ resurrectionis spem nullā habebat. ¶ Vt autē iste languidus tam uerustatē a salute remotus, calamitatē suā agnosceret, magisq; ac magis in gemisceret, grandis illū cōmota aquæ sonus excitabat, magnūq; gaudiū illius, q̄ ante se descendens curatus fuerat. Nec uero tantū ex eo, q̄ in omnē terrā sonus ille exiuit, & in fines orbis terrę descensus illius magni angeli aditus est, illud cognouerat: uerū & ex eo, q̄d hoc nos eadē piscinā, & intra porticis eius, idē languidus aderat. Illo quippe tempore, quando hic nostræ pacis nunciū, hic dei filius de cœlo descendit, & se ditone contra illū excitata, ut passio eius saluos nos faceret, intrauerat aquæ usq; ad animā eius, & uenit in altitudine maris, & tēpe stas demetit eū, illo in quā, tempore Romanoq; militū Centuriōes, quinq; uagenarii & decuriones intra uidegem finis habebantur. Erat ergo quidā homo ibi, xxx. & octo annos, ut prædictū est, habens in infirmitate. ¶ Quæ cū uidisset Iesus, & cognouisset quā multū tempus haberet, dixit ei: Vis sanus fieri? Quibus puras oculis illi qui per hunc hominē significabatur, magnū languidus Iesus uidit, quos uel quātos habet oculos in capite suo: Septē, ipse est enim lapis ille, in quo septem ocn-

Piscina Iudæorū sacrificia designat. Coi. 2. Mar. 5 Heb. 2

Quinq; porticibus iacebat multitudo languentiū motū aquæ expectantium

Eph. 4 1. Cor. 10

Mysterium nūteri 38. au. 1092

Languidus ille gētis populū delignat.

Qui primus in piscinā descendebat, Iudæicus populus est.

Actu. 10

Languidus 38. annos

Quo sal. ad. 8. etes puenit

Psal. 18

Psal. 68

rextus addit. 10 centem. Oculi septē spūs dñi. Zach. 5

Zach. 5
Colo. 2
Psal. 101

Tep. miseric
di tunc venit

Psa. 9

Vistan. fieri

Act. 10

Homo q me
in piscinam
mittat qd e.
2. Cor. 15

Act. 11

Act. 10

Act. 17

Act. 17

Fideles ex gē
tib. liberi ab
onerib. legis
Rom. 6
Act. 10
Act. 17

Sabbatū cū
legē in Tab
latam.
Necmit. 15
Maia. 2

Act. 17

los Zacharias propheta se uidisse testatur, qui sunt septem spiritus dei, quorum omnis plenitudo corporaliter habitans in illo requiescit. Istis oculis gratiæ uel misericordiæ, quæ non est alia quæ ipse deus noster spiritus sanctus, uidit istum languidum cum ascendisset in cælum, prospiciens de excelso sancto suo, de cælo in terram aspiciens, ut audiret gemitus cõpeditos, ut solueret filios interemptorū. ¶ Tunc, in quâ, prospexit, tunc uidit & cognouit, quia multū tempus habebat, id est, sensum pietatis suæ se sensisse probauit, quia tempus miserendi eius adesset. Quæ eius respectū pulchre per hoc innuit, quod predicto homini familiariter dicitur: Vis sanus fieri? Et quidē desyderiū pauperū iam exaudierat, & præparationes cordis eorū audierat auris eius. Quomodo ergo patientē omnibus unius languidi uoluntatē nescire poterat? ¶ Verū ad hoc interrogat, & ad hoc solum dicit, uis sanus fieri ut ostendat, quod de homine nihil amplius debet arqueri, id est, non qualis persona uel ex qua gente sit, sed hoc solum, utrū peccata sua relinqueret, iustitiam quæ uelit operari. Nam in omni gēte, qui timet deū & operatur iustitiā, acceptus est illi. Dicit ei languidus: Domine hominē non habeo, ut cum mota fuerit aqua, mittat me in piscinā. Homo iste necessarius, qui languidū mittat in piscinam, id est, peccatorē ad dominicæ passionis applicet sacramentū, ipse Christus uel aliquis uicarius eius est. Verbi gratia, Petrus uel Paulus, in quo loquitur Christus, imō totus cõcors apostolorū uel sacerdotū chorus quorum est officium docere & baptizare: quod profecto est languidū in piscinā passionis Christi fecundatæ ternæ salutis dimittere: Sed hunc hominē languidus gentiliū populū reuera nō habebat, quippe contradicentibus his qui ex circuncisione erant fidelibus, & contentiose asserentibus, Christū non pertinere ad gentes, sed ad solū genus Abrahæ cui re promissus est. Hoc profecto languidus iste tunc dolebat, quando Cornelius orans & eleemosynas faciens, regnū dei querebat, quia nec ad Symonē, qui cognominatur Petrus, mittere nouerat uel audebat, nec eidē Petro adhuc reptilia uel serpenta terræ de cælo fuerant ostensa, quod in eiusmodi piscina lauare, & sic maculare & manducare deberet omnia, bene ergo ait languidus, quia hominē non habeo, ut cū mota fuerit aqua, mittat me in piscinā. Et quasi quæreretur ab eo, cur hominē nō haberet, tū necessariū nō haberet, protinus adiugit. Dū uenio enim ego, alius ante me descendit. Quod profecto secundū illius causam, cum quo tunc loquebatur Iesus, non satis rationabiliter uideretur subiungi. Non enim, quia dū ueniret ipse, alius ante illū descendebat, iccirco hominē non habebat, sed quia hominē non habebat, ad quo mitteretur, ideo in piscinā descendere non poterat. ¶ Melius ergo secundū id, quod per illud significabatur, ipse literalis sermo procedit, quia uidelicet gentilis populū iccirco hominē non habebat, qui mitteret illū in piscinā, quia dū ueniret ipse, alius ante ipsum descendebat, id est, iccirco Christi gratiā percipere non poterat, nec apostolis illū admittere licebat, quia dū rogaret sibi aditū salutis aperiri, hi qui ex circuncisione erant, moleste nimis obuiabant, dicentes: quia nisi circū damini secundū morē Moysi, non potestis salui fieri, neq. ad Christi gratiam admittitis: ita dura conditione repellantur dum diceretur eis, ipsos ad Christū non pertinere, nisi prius uniuersæ lege Moysi subiicerentur. ¶ Sed aduersus hanc illius prioris populi inuidiam oportune adest prolocutor Christi, magnusq. gentium aduocatus, spiritus sanctus, & ante quā gentiles in illam dominicæ passionis piscinam, id est, in baptisimū eius, quo in morte ipsius baptizamur, sacramentum descendisse, cecidit super eos, & erant loquentes linguis, & magnificantes deum. Ac deinceps sicut uisum est, eidem spiritui sancto eiusq. apostolis, diffinitum est, ne quis ulterius tentaret imponere iugum ceruicibus discipulorū, qd neq. ipsi portare potuerunt, neq. patres eorum. Recte ergo dominus, dum ista futura, imō p. semetipsum disposita, & mox faciendā, præ uidet dicit illi languido, qui in piscinam descendere non poterat, ubi alius sanatus fuerat. Surge, tolle grabbatum tuum & ambula. Et statim sanus factus surrexit, & sustulit grabbatum suum & ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. ¶ Cur enim sabbato, illi, quem omnipotens uerbum imperio suo sanat, grabbatum suum portare imperat, quod apud Iudæos fieri non licebat, dicente lege: de die sabbati non inferetis onera portas uestras. Cur, inquam, hoc imperat, nisi ut ostendat inimicis suis Iudæis, mox afferturum, ut, sicut per prophetam præ dixit, non solum sabbati, sed & omnium solemnitatum illorum stercus super uultus illorum proficiat. Hoc enim postmodum cepit fieri auctoritate spiritus sancti, signa & prodigia facientis, ubi omnes ad seruitio legis absoluit, interpretibus uoluntatis eius sanctis apostolis, dicentibus: quia usum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra nobis imponere oneris, quàm hæc necessaria, ut abstinere ab immolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato & fornicatione. A quibus custodientes uos, bene ageatis. Valere. ¶ Sed cum sabbatum carnale non curandum esse dominus opere in iuncto innuit, cur tali modo, id est, de portatione grabbati, quàm alio quolibet modo istud significare maluit? Plane non nihil aut parum boni operis per illam grabbati ueritatem significauit. Non enim quipiam eius laboris aut oneris in hoc fas est suspicari, sub qualilaborantibus quodam loco dicitur. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Si quidē labor ille & onus

onus illud infirmos est, qui nō sunt sanitate consecuti, nō alius sine dubio labor, q. amor huius mundi, qui nondū curatos multis oneribus curat & deprimit. Igitur onus illud hic significat qd quisq. portat, sabbatū domini legitime celebrat. Proinde primo scien dū est, quæ sicut in homine illo qui curatus est, populum gentiliū intelligimus, quondā abiq. fide in peccatis suis iacentem, nunc autē in fide stantem, & in bonis operibus ambulante: ita in grabbato eius uniuersum Apostolorū & predicatoꝝ Christi ordinem recte accipimus. Nam sicut homo & cum exoratur, grabbatū suum portat, & cum iam sanus est, in eodē ad diurno labore competenti formo recreatur, ita populus gentiliū & cum in fidelitate langueret, per Apostolos & predicatores sanctos ad Christū magna dilectionis suauitate deportatus est, & cum iā per iustitiā fidei sanatus est, eorū nihilominus meritis, uel exemplis, doctrinis quoq. uel monitionibus in opere bono, ne deficiat, confortatur, & a quotidianis soluitur excessibus. Hos autē ita uicissim portat, ut cum illi spiritualia seminauerint, iure carnalia metere debeant. Huic ergo magno languido iam sanato cum dicitur: Tolle grabbatū tuū & ambula, idē est, ac si dicitur: Da operam, ut grabbato tuo nō ingratus appareas. Eos quippe, in quos spirituali predicacione quietis, tua carnali sustentare debes substantia, dignus est enim operarius mercede sua. Fecit homo imperata, sanus factus confessus surrexit, & sustulit grabbatum suum & ambulabat. Quid uerius quid manifestius? ¶ Palā omni mundo grabbatū suum portat & ambulat. Sanctos Apostolos uel Apostolicos uiros, in quos fide, meritisq. & exemplis requiescit, nō solum in uita ipsos suscepit, & cõpetenti alimonia supportauit, sed etiā post obitū illoꝝ memorias ipsos debito cum honore ueneratur, & amplis possessionibus dilatat, ut successoribus uel imitatoribus eorū nihil corporalibus desit, in quoꝝ spirituali ministerio suam animā reclinauit. Ita profecto huic homini grabbatū suū portare iubebat Iesus, cū diceret Paulus, imō ipse qui Paulo loquebatur Christus & Corinthiis de ministerio quod fiebat in sanctos Hierosolymis: Placuit (inquit) eis, & debitoribus sunt eorū. Nam si spiritualiū eorū participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Igitur cum languido illi dominus secundū magnitudinem potentia sue dixisset: Surge, recte iuxta beneplacitū uoluntatis suæ hoc addidit, ut diceret: tolle grabbatū tuum & ambula. Imperium eius, & uelox sanitas, & sanati prompta comitatu obedientia: Erat autem, inquit, sabbatum in illo die. ¶ Dixerunt ergo Iudæi illi qui sanus factus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuū. ¶ Hoc reuera dixerunt ut hypocrite, de quibus bene prophetauit Esaias: Populus hic labijs me honorat, cor autē illorū longe est à me. Nā nisi, ut in ceteris, ita & in isto cor eorū longe esset à deo, nō tam uale honorē eius diuideret, labijs pollutis stercus solennitatu suarū predicantes, corde autē splendide diuini operis gloriæ inuidentes. Quid enim? Vnde hic homo sanitate receperat, ex sabbato illorum, an ex uirtute eius, cuius precepto grabbatū suum portabat? Imō, ut ad illum magnum languidū per totum orbem diffusum, sermo recurrat, gentilis populus unde spiritū accepit, ex operibus legis, an ex auditu fidei? ¶ Sic enim Apostolus, Iudæis & pseudoapostolis fascinantibus, illum magnū & famosum grabbati sui portatorem, & dicentibus sine circuncisione & legalibus ceremonijs, licet baptizati sitis, non potestis salui fieri, cum suū iam pene esset oblitus hic homo curatorem, à quo sanitatem receperat, sic (inquam) ingemiscens: O insensati (inquit) Galatæ, quis uos fascinauit, non credere ueritati? Ante quos oculos Iesus Christus proscriptus est, in uobis crucifixus. Hoc solum uolo à uobis discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Spiritum enim se accepisse sciebant, quod manifestū erat ex operatione uirtutū. Vnde & protinus subdidit: Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Item post aliquatū: Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati non obedire? ¶ Videlicet currebant accepta sanitate, qui ante iacebāt, portantes iugū suauē & onus leue, id est, opera iustitiæ, quibus nullo modo debuisset homo sanus sabbata Iudæorū, quæ deus odit, proponere, ueridico propheta Esaiæ testat: Neomenium, & sabbatū, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus uestri, Calendas uestras, & sabbata uestra odijit anima mea, facta sunt mihi molesta. Ac deinceps: Manus enim, inquit, uestræ plene sunt sanguine. Verum ille homo sepe dictus, scilicet gentilis populus, iam sanatus, id est, in Christo baptizatus, sed rudis, & scripturas imperitus, unde & partim fascinari potuit non credere ueritati, nesciebat hæc, & cætera testimonia prophetice scripturæ ignorabat, quod tanto odio essent deo festiuitates, & Calendæ, cunctiq. Iudæorū ceremonijs, ex quo de sanguine Christi, quo plenas manus Iudæi habent, sunt pollutæ, & iccirco non poterat de ea quæ in Christo est fide, rationem reddere, nec uero poterat ipsum Christū presentia corporali adire ut audiret uim patiens, quod in tali contentione responderet pro se. Bene ergo subditur. ¶ Respon dit eis: Qui me sanum fecit, ille dixit mihi: Tolle grabbatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus effectus fuerat, nesciebat Iesum quoniam esset. ¶ Vide nunc in primis aduersarios Christi, q. insipientes in ipsa interrogatione sua sint, & iniqui. Ille homo qui sanus effectus

Grabbatum
Apł sunt, &
doctores nri

1. Cor. 9

Luc. x

Gratitudo fa
deliū exigē
tib. erga do
ctores suos

* Romanis
Rom. 1.

Mat. 17
Esa. 26
Inuidi Iude
orū pigritiæ
sabbatum

Paulus cõtra
fascinatores
fidelium ex
gentilibus.
Gal. 3

Gal. 5
Iudæorū sab
bata odit de
Mat. 11.
Esa. 1

Bimēbris re-
spōsio sanati

Iudēi multo-
se nō de fā-
nāte s; de fab-
bato quēbāt.

Sic fecerē po-
stea p̄seudoa-
postoli fideli-
gentiū p̄p̄o.
Act. 15. Gal. 1. Pet. 4

Act. 4. Gal. 1. Tim. 1. z. Tim. 2

1. Cor. 15
Exscrip̄turis
cognoscitur
Christ. s
Eph. 4

Mat. 12

Iesus declina-
uit, nō a loco
sed a turba
contentiosa
Psal. 67

Turba schis-
maticorum,
1. Cor. 1

In schimate
& hæresi Ie-
sus inuenit su-
os in templo
in scripturis.
Eph. 2

Mysteriū ex-
facto Chri-

fuerat, & de tam longæua infirmitate repente tam perfecte conualuerat, ut grabbatum suū ualentibus humeris, & collo irreflexo portaret, bimembrem illis responsionem cum reddiderat, dicens: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabbatum tuum & ambula. ¶ At illi partē unam uel membrum ab auditu suo excluderunt, hanc scilicet qui me sanū fecit. Aliā uero partē, id est, ille mihi dixit, tolle grabbatum tuum & ambula, protinus ex ore eius rapientes, linguarum suarū sagittis confodiendū pro signo sibi posuerunt. Non enim dixerunt: Quis est qui me sanum fecit: sed dixerunt: quis est ille qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum & ambula? Illud quippe manifestum tantæ uirtutis beneficiū displicere mallent, utpote laudis & gloriæ eius causam, uel materiā nō leuem, hoc autem sciri, hoc audiri uel publicari iccirco studebant, quia uidebatur eis, quod quasi legitima accusatione in calumniā trahere possent. ¶ Similiter postmodum, cum diceret gentilis populus sanatus, id est, per fidem Christi iustificatus, qui me sanum fecit, qui mihi spiritum dedit, & in me uirtutes operatur, ille mihi dixit per Apostolos suos: Iudaicas non cures ceremonias, nec eorum obserues sabbatha, tantum diligas dominum deum tuum toto corde, tota anima, tota uirtute, deinde proximum sicut teipsum, quod est reuera surgere, & tollere grabbatum tuum. Cum (inquam) hæc diceret, contra non dicebāt aduersarij Christi, Iudæi, uel pseudoapostoli: Quis est qui operatur in uobis uirtutes: nullā quippe rationem inde audire, uel mentionem fieri uolebant, sed hoc dicere audebant: Quis est qui uobis præcipit non obseruare sabbatha, uel cunctas Moysæ legis & seruire ceremonias: non timebant detrahere Christi gratiæ, sanctorum Apostolorum contemnere personas. Verbi gratia, dicentes: Petrus idiora, & homo sine literis est, & Paulus de Christi Apostolis nullus est, & his similia. Quorum fabulas & genealogias, & profanas uocum nouitates, stultas quoque & sine disciplina questiones quæ generant lites, & ad nihil sunt utiles, nisi ad subuersionem audientium: quia nec deuitare studuerunt, nec per scientiā scripturarū euacuare potuerant, recte & hoc dictum est, quia is qui sanus fuerat effectus, nesciebat Iesum quisnam esset. Si enim fecissent, nequaquam potuissent ab illo fascinari, non credere ueritatem. Quam imprudentiā iste culpans Apostolus: Euigilare (inquit) iusti, & nolite peccare. Ignorātiā enim dei quādam habent. Ad reuerentiam uobis loquor, &c. ¶ Proinde recte dicimus, ignorantē scripturā ignorantem Christi esse: quia uidelicet absque scripturis, noui pariter ac ueteris testamenti, impossibile est hominis animam stare, ut nullo circumferatur uento doctrinæ. Nesciebat ergo quis sanus factus, id est, in Christo baptizatus primitiuis gentium populus, quisnam esset: Iesus, id est, quantus, quod potens, quod uerus deus, quod uere etiam sabbathi dominus. Cur uocem nesciebat: Ait Euangelista. Iesus enim declinauit a turba constituta in loco. Valde notandum, quod non iccirco Iesus declinauerit, quia ille nesciebat, sed iccirco Iesum ille nesciebat, quia Iesus declinauerat. Unde enim Iesus declinauerat: A turba inquit constituta in loco. Non a loco, in quo erat, & in quo uirtutem sanatis operatus fuerat, sed a turba qua in loco erat, declinauerat. ¶ Nihil uerius. Iesus enim locus est, in quo saluatur operatur Iesus, nisi sancta Ecclesia eius: Sed a nullo loco Iesus declinat, nusquam localiter declinat. Verbi gratia, cum sit deus, in omni loco est. Quanto magis ab ecclesia sua, quæ locus eius est, nusquam declinat: Deus (inquit Psalmista) in loco sancto suo, id est, in ecclesia sancta sua. Sic enim sequitur: Deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Ergo non a loco Iesus declinauerat. Sed quid ait Euangelista: A turba (inquit) constituta in loco declinauerat, id est, ab illis declinauerat, qui turbam faciebant in loco suo, in domo sua, in ecclesia sua. Non ergo mirum, si is qui sanus effectus fuerat, nesciebat Iesum quisnam esset, cum & Iesus propter turbam declinauerat. ¶ Verbi gratia, cum alius diceret: Ego sum Pauli, alius: ego sum Apollo, alius: ego uere Cæphæ, & propter hæc schismata, cæterasque hæreses non poterat simplex fidelis scire quis Iesus esset, non poterat cito rationem certam obtinere, quam de Christo teneret, uel quam contra ueros aduersarios Christi, & falsos æmulatores legis redderet. Quid tandem fecit Iesus turbæ data? Quid in pace fecit, qui in turba & tumultu mentium scissuram declinauit? sequitur. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Interim dum turba est in loco, & Iudæi de sabbatho suo calumniantur, is qui sanus effectus est, templum ingreditur, ubi uideat Iesum, uel uideatur a Iesu, quia uidelicet dum ab hæreticis uel pseudoapostolis pulsatur quæstionibus nouis credentium populus, necessitate urgente scripturarum thesaurus discutitur, & fidei ueritas aperitur, & ita in pace ecclesiæ, qui fuerant hospites & aduenæ, iam ciues sanctorum, iamque domestici dei conuersantur. Non enim deerant hospitibus istis uel aduenis ardentis dona naturæ, præ clara scilicet ingenia, quæ spiritu sancto adiuta, ex lectione scripturarum uia recta possent templum ueritatis adire, ubi certa fide offerrent uictimas iustitiæ. Nam quemadmodum ignis inter dum consopitus, suisque cineribus obrutus, flatu agente recandescit, & quanto uehementius urgetur, tanto efficacius canualefcit sic eadem nouæ ecclesiæ bona in doles, quanto plures & maiores aduersantium lites pertulit, tanto maius profecit, & tanto scripturarū notitia præclarior erit. ¶ Hoc

¶ Hoc quoque non prætereundum, quod illum hominem sanum quidem dominus per semetipsum fecit, sed non per semetipsum in templum introduxit, quia uidelicet per semetipsum quidem peccata dimittit, & super gentiles primo tempore, ut supradictum est, gratiam suam ostendit: uerum non per semetipsum uel per angelum suum, sed per hominem Petrum in ecclesiæ suæ communionē, per baptismū aquæ, omnes, qui iam spiritū sanctū acceperant, intromittere uoluit. ¶ Igitur ubi illi populi suū per medias turbas hæreticorum uel contradicentium Iudæorum in omnem fidei plenitudinem adduxit. Dicit eis: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Hoc a principio non dixit, quando sanū illū fecit: quia profecto quod adhuc tenera esset gentiū fides, non pulsanda minis, sed facianda erat blandimentis, & multa de uetusta consuetudine per discretionem dissimulanda erant ad tempus in spiritu mansuetudinis, quæ tunc opportunius uirga ferirentur postquam Christus plene formaretur in illis. Sic populo Israel non in Aegypto dominus legem dedit, sed signis & prodigijs suis oblectauit, quibus captiuatorē eius Pharaonē uerberauit, donec illos eductus per mare rubrum traduceret submersis Aegyptiis, & tunc demum legē exeret ut dicendo, qui fecerit hoc, morte moriatur, & sanguis eius super caput eius. Itā plane renascentē in Christo infantiam animarū, nūtriculari uel mater dei gratia primo lactauit, ut præcedentē remissionē peccatorū gratanter acciperent: deinde forti diuisione cohercuit, ne consistentes se nosse deū, factis negarēt. Bene ergo non a principio, sed nūc tandē dicit homini in templo, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Quia proculdubio melius fuisset, nunquam ueritatis uia agnosceret, quā post agnitionē retroriam re uideat. ¶ Sed & illud notandū quod cum triplicem ob causam solet dei uolūtas infirmitas euenire: uidelicet aut ut probetur patientia meritūque augeatur iusti, aut quia peccauit ut purgetur camino molestiæ corporalis, aut ne peccet obstante uel retinente uinculo infirmitatis. Hic homo, de quo præfens lectio commemorauit, iccirco tot annos habuisse in infirmitate sua credendus est, quia peccauerat, cum ei dicit dominus, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ¶ Quod & ipsum ad prædictam similitudinē populigenitiū patenter accidit, ipse est enim minor, ille filius, qui peccauit in celum, & coram patre, dum accepta portione paternæ substantiæ, quæ eū cōtingebat, peregre profectus, deuorauit omnia uiuendo luxuriose, tandemque uni ciuui adhaesit, & porcos paut. Cui reuerenti, & ad huc longe agenti pater occurrit, & in osculū ruens super collū eius incubuit, dum, ut supra dictū est, gentilibus adhuc foris positus, id est, necdum baptizatis sancti spiritus gratiam manifeste tribuit. Bene ergo ille talis homo propter peccata sua in infirmitate iacens, tali modo Iudæis irascens, sanus factus est, quia filius iste, qui suā ob culpā mortuus fuerat & perierat iudeis ire re fratre suo, reuixit, & inuentus est. ¶ Quid tandem fecit iste, qui prius interrogantibus Iudæis respondere nesciuit, quis uel quantum esset ille, qui dixit ei, tolle grabbatum tuum & ambula, id est, bene operādo ne cures Iudæorum sabbatha: Quod fecit nunc, postquam saluatorem suum cognouit, uerū esse deū, uerum esse dei filiū. Sequitur: Abiit ille homo & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum. ¶ Melius & fidelius quāuis Iudæi rem istē diuisit. Illi namque cum audissent ab eorum qui me sanū fecit, ille mihi dixit, tolle grabbatum tuum & ambula, partem illam, quam criminari non poterant, silentio suo præciderunt, quia non dixerunt quis est qui te sanū fecit, sed dixerunt: quis est ille qui dixit tibi, tolle grabbatum tuum & ambula. tunc e contra partem eandem, quā criminabantur illi, silentio præterit, & partē nulli patentē reprehensionem nūciat insidiatoribus illis, dum annunciando non dicit, quia Iesus esset, qui dixit illi, tolle grabbatum tuum, sed quia Iesus esset, qui fecit eū sanū. ¶ Hoc plane nūc facit, nūc annūciat Iudæis fidelis populus Christi, nomē & uirtutē saluatoris sui eiusdem Christi filii dei, nūc etiam nolentibus & inuitis importune scripturarū ueritatē impingit. Etsi nō p̄ficat ut cōuertat eos, exultat tamē, quia sciet & cōstater proloquē, eosque cōuincens de lege ipsorum & prophetis cōfundit, & obmutescere facit imprudentiā p̄ndorū, ut uideat recti & letetur, & omnis iniquitas oppilet os suū. Et notandū, quia nō in templo erāt Iudæi, quibus ille homo nūciāuit. Sic enim dictū est: Abiit ille homo, & nūciāuit Iudæis. Nūc abiit, imō quia abiit, cum eo nō erāt in templo Iudæi. Nūc enim quādo sumus nos in templo dei, quādo sumus in ecclesia patrum & iustorum omnium, qui ab initio mundi fuerunt ueri adoratores dei, Iudæi foris sunt, Iudæi magno flagello iracundiæ dei ut mali negociatores, ut male negociantes latrones, foras eieci sunt. Nos interdū eximur ad eos & rogamus, ut ueniant nobiscū in templū, sed frustra. Ipsi enim, dum nos intus uitulū saginatū comedimus, foris persistentes & audientes symphoniam & chorum, solo auditu cruciatur, & pertinaciliore torquentur, donec ipse pater exeat, & per semetipsum rogare dignetur. ¶ Nunc ad rem tempore illo gestā redeamus, & nos qui secundum illā præfigurationē in ueritate sanati sumus, nostræ, quæ sanati sumus, fidei firmamenta ex ipsius, qui nos sanauit, ore colligamus. Sequitur: Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hoc faciebat in sabbatho, Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor, propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nō solum solvebat sabbathum, sed & patrem suum dicebat.

Act. 10

Rudes & no-
uicij fide nō
aspe tractā-
dissent.

Galat. 4

Exēplū i fili-
is Israel.
Exod. 7

Exod. 14
Exod. 21

Tit. 1

Luc. 9
2. Pet. 2

Ob tres cās
de nobis infir-
mitates im-
mutat.

Fideles ex-
tibus sunt il-
le filij patris
& reuerfus.
Luc. 15

Act. 10

Luc. 15
Agitur a Iani-
guido Iesus.

Quis annūciat
nūc Iudæis
pp̄s fidelis.

Praeterea
Iudæi e tempo-
re iudicij eie-
cti foris sunt

Supra 2

Luc. 15

Artificiofium eloquiū æter ne sapienue.

Iniqua iude or: callūta tar: bonum opus Chri.

Op' ill' ma xime congruū in sabbato. Exod. 20 Deut. 5

Rabies iude or: i' solum.

Psal. 56

Psal. 15 Cur i' sabbathus talia faciebat Iesus.

Mat. 5

Infra. 18

* inhabitātis Coloss. 2 Supra. 3 Infra. 17 Chri' lucerna quā oculi ne quā iude or: ferre nō pnt. Mat. 6

Mirabilisrō q' pat' opat' utiq' modo.

cebat deū. qualem se faciens deo. Summū d' iniceps silentiū. & cū attentione beniuolentiā ab omni docili & reuerenti anima. res postulat: quia uere in hac oratione sua non sibi sed nobis cōsulēs. propria seipsam ratione propter nos defendit summa dei sapiētia. Vere etenim in cōmuni auditorio totius mūdi. tali nobis & propter nos porat defensionē. cū elocutiōe grandī pariter & hūili. ut & sapiētibus uel eloquentibus seculi nō desit in cōtextu diuinæ orōnis artificiū qd demirētur. & iudeorū fidelibus maieftas uel claritudo sensuū nuda sit qua illorū infātia uel simplicitas cōpetere edificetur. ¶ Propterea. inquit. persequēbātur Iudæi Iesum. quia hæc faciebat in sabbato & c. Ecce in his uerbis euāgelista syllogūmū cōpēgit. cui' nobis distinguere partes operēpiciū ē. nō ut syllogisticē artis nugas in tāto opere magnificemus. sed ut eius intētionē sensumq' nostro utriūq' intellectu cōfēq' possimus. Propterea. inquit. persequēbātur eū Iudæi. quia hæc faciebat in sabbato. ¶ Quid hic euāgelista proponit. nisi Iudæos mirabili ter faciles & pronos fuisse in necē saluatoris. in tāto cæcos & uere rōnis expertes. ut hmoi op' opus salutis & requiē. māifestū opus solius diuinæ uirtutis. pro transgressiōe cōputarēt fabbatū sui. pro transgressiōe in quā. nō qualicūq'. sed tali uel tāta. ut salutis autore dignū p'dicarent morte. nō aliū ob cām. nisi qā salutē operaretur sabbathi die. ¶ Quid enim est sabbathū nisi re quiesceret. & requiē. mō uictū diurnū ā suo patrefamiliarē debito perciperet: Sic enim in lege scriptū est: Sex dies operaberis. septimo die cessabis. ut requiescat bos & asinus tuus. ut refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena. Ergo nō nisi ad requiescēdū miseris seruiuentibus. & ad reparādos artus solutos. sabbathū datū est. id est. requies. Sed hoc opus domini. & cætera eius opera. requiē uerō labori lāquentiū misero. optatūsimā succedere faciebāt. ueris angonibus diu desyderabadū refrigeriū substituebāt. Ergo cæci & cæca crudelitate sui homicidæ perditū. mut tū ā uera requiē lōge recesserāt. multū ā pietate disparati erāt: qui talē ob causam persequēbā tur salutis opifice. deigratiū. Vbi euāgelista sic proposuit. protinus assumpfit. lesa uerū. inquit dixit eis: Pater meus usq' modo operatur. & ego operor. ¶ Illud. inquit. q' hæc faciebat in sabbato. iam sufficiebat ad exacuendū illorū crudelitātē. ut tanq' bestia erectæ uaderēt intente atq' inhiantes ad bibendū eius sanguinē. At ille hoc dixit eis. quod ualde maius. quod illorū inuidenti superbiæ lōge esset intolerabilius: Pater meus usq' modo operatur. & ego operor. Hoc assumpro protinus cōcludit sic: Propterea ergo magis querēbant eū interficere. si. inq'. propter illud inuidētes persequēbātur eū. multo magis inuidēt & persequi habebant. si qd maius ex illo acciperēt. Sed hoc lōge maius est patrē suū deū dicere. q' tale quid in sabbato facere. Perpende ergo. qui minoribus maiorā cōferre nosti. quantū istud filios hominū. malos si lios malorū. tota humanitate exuerit. ut dentes eorū & arma & sagittæ adinuiçē præ furore colliderentur. & lingua eorū gladius acutus. sanguinē sitiens. longe extra dentes & labia protenderetur. sed iam nunc ipsa uerba lēctōis explananda sunt. Propterea. inquit. persequēbantur eū Iudæi. quia hæc faciebat in sabbato. Reuera satis faciles ad malū. satis & mirum ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. ¶ At tamen cur ista tam sæpe faciebat do minus in sabbathis: Nunquid ut prouocaret eos. hanc illis dabit offensionem? Nunquid quia mortem suam fore sciebat utilem. iccirco prouocabat eos ad effundendum suum sanguinē: nō Absit. Sed ipse lucerna erat. & iccirco ut lūceret in tenebris. in mundum uenerat. Constat ue ro quia. sicut ipse ait. nemo accendit lucernam & in abscondito ponit. sed super candelabrum ut omnes qui in domo sunt. uel ingrediuntur domum. lumen uideant. Bene ergo in oculis omnium Iudæi conueniebant. operari & docere illum decebat. At illi non qualicunque die. sed sabbathis. neomeniis. aliisq' festiuitatibus. celebres conuentus agebant. Oportebat ergo ut sabbathis quando domus plena erat. id est templum uel synagoga. quando ingrediebantur omnes feruati. ad quos lucerna hæc missa fuerat. Oportebat inquam. ut tunc super candela brum suum stans. operaretur opus suæ claritatis. ut expanderet lumen corporaliter & inhiatis in se plenitudinis diuinitatis. ut oculi simplices in lumine eius gauderent. & oculi nequam excusationem de peccato non haberent. ¶ Hæc enim lucerna nullum oculum ob sui præ sentiam nequam esse faciebat. sed tantum ā simplici oculo distinguebat. quem admodum tu. quilibet bonus artifex. per ostensionem artis tuæ neminem inuidum esse facit. sed tantum præfectis deprehendis & discernis. quis erga te beneuolus sit. Cum igitur in præsentia lucis. oculi nequam totum corpus tenebrosum haberent. adeo ut lucem in tenebris lucentem non modo non comprehendere. sed etiam extinguere uellent. persequēbantur enim illum Iudæi. propterea quia hæc faciebat in sabbato. dicit eis: Pater meus usq' modo operatur & ego operor. ¶ Breuis sententia. mirabilis causa. quia & perceptor suos in ius uocabat. & nos beniuolos sibi. sicut lucerna fulgoris. illuminat. Beneuolos namq' sibi nos bonis operibus efficit. quorum unum illud. q' nunc languidum sanauit. ad captandū beneuolentiam pertinuit. Nam q' ait: pater meus usq' modo operatur. & ego operor. nostri oratoris pro

pro nobis perorantis. sapiētiæ dei narratiuncula est. uerbis lucida & breuis. sensu magna & mirabilis. cuius partem illam quæ est: & ego operor. toto sequenti sermone argumentatiofa ueritas ob confirmationē nostrę fidei cōstanter & ueraciter defendit. ¶ Audite Iudæi. audite legem æquitas. postulat homo iste. quæ uos persequimini. quæ uos ob huiusmodi causam interficere queritis. quæ senatū orbis terræ beneuolū sibi met efficit. Die sabbathi reprehensus de opere qualicumq'. nō se de qualitate operis. & qualibet laudādi defendit. sed de iure suo secundum natales suos causam legitīmā cōstitūens. uestrū. imō totius orbis publicū auditoriū nō subterfugit. Vos oēs ex Abrahamā nati. & oēs post Abrahamā estis. hic autē ex Abrahamā qd natus est. sed & ante Abrahamā est. & nō sic operatur in sabbathis ut uos. cū bouē uel a daquazis. nō nihil negligente sin hoc sabbathū. id est. requiē ancillæ. uel aduenę uestri. uestrum pecus soluētis & ad aquantis. & iccirco nō uult sub æquali uobiscū lege teneri. Habetis legem. estis qdem legis periti. habetis iudices. si uere utiq' iustitiā loqui. & recta iudicare uelint. ¶ Pater meus (inquit usq' modo operatur. Non in dicat nunc primū. quod ubi pater suus sit. sed hæc iam dudū uobis intimata. maxime per testimoniū Iohannis id qd sequitur: & ego operor. defendere intendit. Et illud plane concedere oportet. nec enim negare potestis. quin ille talis pater eius. qualē iam dudū audistis. usq' modo operet. Nonne ille usq' modo in sabbathis uestris facit solum suū oriiri super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos: Nonne cunctis diebus. nullis fēstiuitatibus exceptis. occidit & uiuere facit. percuit & sanat. & quacunq' die apprehenderit hominē dignum morte. quacunq' die peccator in manus eius incidit. nō est sabbathū qd illum de manu eius eruerē possit. ¶ Nam ut hoc taceā. q' ā substitutis animalium foribus. uel nutritis terræ fructibus. non magis sabbatho quiescit. q' prima uel secunda sabbathi. ¶ An putatis. q' uos. dum in sabbathis uestris onera peccati per portas uestras. id est. per sensus uestrorū inferitis. qui utiq' cum sint portę & fenestre corporis. ingredit mors per ipsos usq' ad interiora uentris. cum in quā eiusmodi onera portatis. & longos iniquitatis funiculos trahitis. putatis dum uos ista facitis in sabbathis. & dum in sabbatho homicidiū uel uerum me pertractatis. q' pater meus tūc interim ociosus sedeat. quia sabbathum. & nō uos de libro suo deleat. imō peccatū uestrū filo ferreo in ungue adamantino. scribat forti opere & profunda scriptura. quā in sempiternum nemo deleat: Palam ergo est q' pater meus usq' modo operatur. & q' nō ita re quieuerit die viij. ab omni opere. ut cuncta quæ creauit definat magis sabbatho. q' alia die gubernare. ¶ Defendā itaq' me ipsum. dicens: & ego operor. Si ad uerū uerū. uera ratio. rationalis ueritas uinculo suo conatus uestrorū alligabit. Vos em̄ ā tohāne. quæ consulendū esse iudicatis. quasi propositū. audistis. q' deus pater meus sit. uos ā me assumptione referre nō potestis. quin ille pater meus operetur usq' modo in die sabbathi. Concludo ergo dices: Igitur & ego operor. Quid em̄: Num ita uos insanire audebitis. ut odio uel despectu filij patrē q' condemnetis & persequamini. q' non uacat ab operibus uite uestræ necessariis. uel ā regimine totius mundi in die sabbathi: ¶ Rursus legariter astrictue non poteritis. q' filius minus liber patrē suo sit. q' filius patrē suo minus legitimus etiā sabbathi do minus sit. Quis enim filius legitime natus. patri suo natura uel conditione possit poni: Nun quid pater alterius uel diuersę substantię q' eius dē. cuius & ipse est. filiū generare potuit: Facere quidem aliud potest. q' id id quod ipse est. sicut uestrū quilibet dum pingit uel plasmat. aliud profecto. q' quod ipse est facit: sed dū generat. profecto aliud q' id quod ipse est. generare natura non concedit. Me autē solum pater non fecit. sed genui: sicut uobis idē Iohannes. qui supra dixit: Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. ille unigenitū dei me esse perhibuit. Igitur & ego operor in sabbatho. quoniā minus liber. minus legitimus non sum patrē meo: Propterea ergo. inquit. magis querēbant illum Iudæi interficere. quia nō solum soluebat sabbathū. sed & patrē suum dicebat deū. equalē se faciens deo. uidelicet dicens: Pater meus usq' modo operatur. equalē se facit. scilicet subiungendo: & ego operor. ¶ Respondit itaq' Iesus & dixit eis. Amen amen dico uobis. non potest filius ā se facere qcq'. nisi qd uiderit patrē facientem. ¶ Hæc dicitā quādam impotentia insufficientis naturæ resonare uident. sed si recte aduertas. uerā. certā. stabiliq' filij dei omnipotentia predicare cōprobantur. Quæ cū uero sensu fuerint perspecta. clarebit & q' recte. q' optime respōderit ita Iesus querentibus se interficere. ¶ Et hoc primo sciendū. quia secunda oratrix sapiētia dei. ab hoc loco usq' ad id. q' longē inferius dicitur. uero mala egerunt in resurrectione miudicij. firmissimam argumentis uitur. ut pote nobis uerba faciens ad confutandas aduersarias partes iudaicæ. uel hæreticę prauitatis. & ad confirmandā ueritatem suæ diuinitatis. necessariā omni christiano hominī. ¶ Nō potest. inq'. filius ā se facere qcq'. nisi qd uiderit patrē facientē. Quis unq' angelos. aut hominū hoc de se seipso proferari potuit: Quid em̄ deū patrē uideres facientē. nisi omne bonum. Quid uero aliud est qd ille nō facit. nisi omne malū: Quod uidelicet q' facit. ā semetipso facit. quia solus facit. quia seorsum extra deū & patrē facit. Quis ergo siue angelorum. siue hominū. ita castum cor potest se habere gloriari. ut dicat. q' ā seipso quicq' facere non possit.

Drfēno iusta cōtra Iudgos

* quis Infra. 8

Mat. 12

Psal. 57 Pfm 9 vesp nō operat' p se sabbatum

Mat. 12 i Reg. 2 Deut. 32

Violata res sabbathi udm

Necem. 15 Hier. 17 Idem cap. 20 Esa. 7

Psal. 68 Hier. 17

Teste Io. Ba. deus est pater Iesu

Filius eque I' dicit & euāgē substantię cū patrē.

Supra

Nō pot' filius a se facere qcq' s. in 3 pot' peccare Iob 13 Pro. 20.

Angeli boni
quoniam non possunt
peccare.

Apostrophe
contra Arrii
haereticum

Non est filius
conuertibilis

Gen. 1

Sicut patet
in lege
sabbatum non tenet
nec malum
operatur.

Filius facit
et omnia
patet & haer.

Quocirca
patet & haer.

Pro. 8

Cur pater
demonstrat omnia
filio.

Nam & angelica natura malum potuit facere & fecit, & humana natura malum potuit facere, & fecit. Et quidem sancti angeli firmati sunt, & quia malo angelo quicquid a seipso faciente, id est malum faciente, ipsi deo principi suo adhaerere maluerunt, hoc in remunerationem acceperunt, ut deinceps malum facere non possint, quia cum possent facere, noluerunt. Verum hoc non est per naturam ipsorum potentiam, sed per diuinam uoluntatis remunerationem gratiam. Proinde et si recte dicatur, quod iam a seipsis quicquid facere non possint, attamen non illud uerum est adinuenire, quod faciunt quae cumq; uiderint patrem facientem. Te igitur dicitur Arrii, cuius mortui quod & in inferno sepulti nomen fecerit & horrore est, toti magnae & sanctae ciuitati dei, te inquam filij dei defensionis praesens oppugnat, te haec uox eius accusat, te uerum hoc eius testimonium uerberat, te hic eius clamor aeterna decollatione condemnat. Tu enim eundem filium dei creaturam esse dixisti, tu factum esse inuocabisti, tu tempus erat quando non erat adinuenisti, tu conuertibilem (heu pollute & immunde) tu conuertibilem, id est, de bono ad malum aequae ut angelicam uel humanam naturam inflexibilem esse delatasti. Denique cum haec Iudaeis diceret, iam hic horribilus furor tuus in auribus eius erat, iam te inter illas Iudaeorum turbas tumultuantem, & uasianam audiebat, iam aduersus blasphemias tuas seipsum defendendum, suisque fidelibus succurrere dum esse sentiebat. Amen amen dico uobis, non potest filius a seipso facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quid est hoc dicitur Arrii, nisi idem ac si dixisset, non est filius conuertibilis, id est, de bono ad malum flexibilis? Quid enim unquam uidit patrem suum intus uel foris, in caelo & in terra facientem, nisi ualde bona? Sed ipse non potest quicquid a seipso facere, nisi quod uiderit patrem facientem. Ergo non nisi omne bonum filius facere potest, ergo de bono in malum mutabilis aut flexibilis non est, ergo conuertibilis non est. Et uos itaque dicitur Iudaei, quid illi uel quasi ab ipso patre suo quicquid facientem, solum propter sabbatha uestra persequimini? Cum patrem eius usque modo operantem culpare non audeatis, cur filium interficere quaeritis? Forte dicitur Deus pater, quoniam lege sabbathorum non tenetur, semper operetur, quia non nisi bonum unquam operatur, nec euenire potest, ut malum operetur: Amen amen (inquit) dico uobis, nec filius unquam nisi bonum operatur, nec fieri potest ut aliud uel aliter quam pater operetur. Ergo consequens est, ut & ipse semper liber operetur, ut nulla sabbathi lege teneatur, ut etiam ipse sabbathi sit dominus. Sed adhuc parum est. Nam hac prima propositiuncula concessa, constat quidem, quod filius nihil nisi bonum facere queat, sed nondum consequi uideretur, quod nullum bonum factum sit a patre absque filij cooperatione. Rationem ergo subiungit, ex qua constat, quod in praedicta propositione nihil omnino exceperit. Quae cumq; enim ille fecerit, haec & filius similiter facit. Hoc diligenter intuentum est, quia non solum id quod praedictum est, sed tria pariter magna nobis haec breuiter uincula perscribit, scilicet quod haec ipsa faciat quae pater facit, & non alia, & non parte aliquam ex eis, sed omnia, & quod non dissimiliter, sed similiter, id est, quod patre faciente per naturalem omnipotentiam, non faciat filius per accidentalem, uel indutam sibi gratiam, quod patre faciente impassibiliter, non faciat filius passibiliter, quod patre faciente inconuertibili imperio, non faciat filius conuertibili artificio. Hoc inquam diligenter intuentum est, quia non dixit: Facit alia, sed haec, quia non dixit: similia, sed similiter. Proinde non sic accipimus patrem & filium, quemadmodum duos artifices, magistrum & discipulum, illum facientem, istum in alia materia magistri opus imitantem, sed deum patrem omnia facientem, & cum illo deum filium eadem cuncta componentem. Ipse enim filius patris sapientia dei est, ac proinde non aliter sine dubio intelligendum est id, quod nunc de seipso dicitur filius, quod illud quod alibi dei sapientia de se ipsa loquitur: Quando praeparabat caelos aedem, quando certa lege & gyro uallabat abyssos, quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suas, quando appendebat fundamenta terrae, cum eo erant cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciae meae esse cum filiis hominum. Igitur cuncta quae pater facit, non minus filij quam patris opera sunt. Sed & adhuc parum dicitur est. Nondum enim satis aperte claret, unde sit illa tam concors societas, tamque socialis concordia, ut alter sine altero, id est, pater sine filio, uel filius sine patre nil faciat. Sequitur ergo, Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quae ipse facit. Hoc iam alio loco in testimonio, quod perhibuit Iohannes, dicitur est: quia pater diligit filium, scilicet non alia dilectione, nisi spiritu sancto, quia spiritus sanctus patris & filij dilectio est. Diligit inquit pater filium, & demonstrat ei omnia, quae ipse facit. Ut quid illi demonstrat? Nunquid ut sciat quod prius nesciebat? Absit. Quomodo enim a quoque sua potest in se uel sapientia? Et nunc enim dicitur est, quod omnibus notum est, quia filius est dei sapientia. Ut quid ergo demonstrat ei omnia quae ipse facit? Plane non ut sciat, sed ut diligat omnia. Et qui dem aliud quocumque dicendum est, sed & hoc uerum est, quia non ad hoc ut sciat, sed ut diuideret, demonstrat illi omnia. Non enim facere quicquid uult, nisi quod filio suo primum placeat antequam faciat. Quid ergo? Num istic derogatur patri, tanquam filij diuinationem in operibus suis expectantis Absit.

Absit. Immo plurimum laudis ascribitur. Quis enim non laude dignum ducat, sapientem quempiam opere sibimet proposito, quod bona uoluntas facere suggerit, uel ad quod agendum bonum studium prorahit, sedere sibi met apud se, & cum mente sua uel ratione pertractare opus quod praeparat, ut sciat, quo fine uel fructu illud faciat? Quinetiam postquam aliquid fecit, quod accuratum, uel irreprehensibile esse uelit, rursus sensui suo nonnunquam ingerit, ut ad unguem perficiat, si quid abesse deprehenderit. Quid autem est filius patris, nisi eius sapientia, quae (ut praedictum est) quando praeparabat caelos aderat, cum eo coponens omnia? Bene ergo & laudabiliter filio pater demonstrat omnia, quae ipse facit, quod profecto aliter intelligendum non est, quod illud quod alibi in laude eius scriptura dicitur: Omnia in sapientia fecit. Quae demonstratio est digito dei per scriptorē de eius sapientia in imitatione Geneseos aperte exprimit. Singula namque opera deus primum ipse facit, deinde singula uidet, & de singulis iudicat, quia bonum est. Videlicet pater in sua persona operatur, in filio suo (utpote qui est sapientia sua) singula uidet, in bona uoluntate sua, scilicet in spiritu sancto, delectatus dicit, quia bonum est. Quae cum sapientia eius, id est, filio demonstrata placeat, & singulorum facta dies bona iudicentur in solo secundi diei opere taceatur, scilicet ubi aquae superiores a subterrioribus diuiduntur, maxime quod illud quod praemissum est, diuisio lucis & tenebras, a laude boni secludit. Nam antequam dicitur: diuisio lucis & tenebras, laudatio solius lucis permittitur, dicitur scriptura: Et uidit deus lucem quod esset bona, atque ita sine laude extrinsecus subiungitur: diuisio lucis & tenebras. Denique in hoc mundanae fabricae uisibili opere, cum diuideret deus lucem a tenebris, uel ab aquis aquas, dante inuisibilis patri respiciebat, ubi mali angeli peccando tenebras facti, a luce, id est, a bonis angelis diuisi sunt, & multitudines aduersae a multitudine angelorum in supernis persistentium, uel ut istae elementares aquae, aeterno firmamento diuisae sunt. Cuius diuisionis imago est eadem diuisio aquarum, eadem diuisio lucis & tenebrarum uisibilium. Itaque cum cetera demonstrata sibi, quae pater faciebat, bona iudicaret sapientia dei, de hoc solo (ut praedictum est) diuisionis opere racuit, quia uidelicet in diuisione nullus erat significatio boni. Igitur pater diligit filium, & demonstrat ei omnia, quae ipse facit, quia profecto cum omni diligentia sapientia suae ad honorem ipsius omnia fecit, & secundum beneplacitum illius uniuersa distribuit. Quae autem non notandum, quod non de prerogative dixit, & demonstrat ei omnia, quae ipse facit. Quod si dixisset de praedicta solummodo creatione, dixisset putaretur, quod tunc illi demonstrauerit, quod illas ut essent creauit. Sed praesenti tempore demonstrat (inquit) ei omnia quae facit, quod utique non arbitrium est dicitur esse ab eo sine magno rei potestate ad praesens tempus pertinentis. Quid enim nunc dum ista dicit incarnatus filius, facit pater eius. Facit utique in resurrectione omnium, quae in caelis, & quae in terra sunt. Per quae, nisi per ipsum filium, quae proposuit ipse (sicut apostolus ait) in dispensatione plenitudinis temporis inuestigare in Christo omnia quae in caelis sunt, & quae in terra sunt in ipso. Quomodo ergo non demonstrat ei hoc ipsum, quod non facit nisi per ipsum? Quomodo non demonstrat ei nostram salutem, per cuius obedientiam proposuit facienda esse salutem? Nonne de his quae facienda sunt mandatum dare, id ipsum est, ea quae facienda sunt demonstrare? Plane neque grammaticos, neque oratores, siue dialecticos arbitramur posse cum ratione refragari, quin omnis praecipio demonstratio sit. Nam & demonstratores artium, praecipio appellare solemus. Multo magis ergo praecipientem dicimus demonstrare. Omnis enim qui praecipit, uel mandatum dat, utique demonstrat, sed non e conuerso, omnis qui aliquid demonstrat, praecipio uel mandatum dat. Dicit autem ipse dominus alio loco: Et sic cur mandatum dedit mihi pater, sic facio. Quod cum diceret, utique ad passionem ibat, quia inuestiganda erant omnia quae in caelis, & quae in terra sunt in ipso, scilicet uisus angelorum in caelis, de hominibus, qui prius restaurant in terris. Igitur bene & proprie, secundum communem quae sermonem: Pater (inquit) diligit filium, & omnia demonstrat ei, quae ipse facit, quod non est aliud, quod si dixisset, & per obedientiam eius restorationem omnium facit. Honestius quippe & magis proprie dixit demonstrat ei, quod si dixisset: praecipio imperat ei. Solemus enim inferioribus, & seruitium iure debentibus imperare, comparibus autem re, quae oporteat ab uno nostrum fieri, rectius dicimus demonstrare, quod praecipio aut imperare. Est autem patri compar filius, quia uidelicet in trinitate omnium creaturarum & gubernarice nihil omnino dispar est. His igitur pro posse explicatis, sequentia uideamus. Sequitur, Et maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Quoniam inquit de his quae me nunc uidetis facere, male ammiramini & stultia quippe demerati, & hostiliter inuidentes, me occidere quaeritis, propterea quod me iubente, laquei in sabbatho factus surrexit, & sustulit grabatulum suum & ambulauit. Propterea dico uobis: maiora his demonstrabit filio pater opera, ut uos miremini, id est, ut digna admiratione fiant in uobis. Quod demonstrabit in qua nunc in ihesu, & omnibus meis, in rei euidentia, quod olim demonstrauit mihi in praesentia. Deus enim ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Et ego respondebam illi: Disperge illos in uirtute tua, & depone eos prope ditor meus domine. Hoc in qua ostendit, hoc demonstrauit, hoc praecipio mihi, & ego sic respondidi, sic petiui, & ipse effectum eiusdem petitionis demonstrabit mihi, id est, faciet, me quoque facientem

Psalm. 105
Evidet deus
quod effect boni
Gen 1

Cur non ideo
secundum diem non
ponitur quod
bonum est

Cur dicitur hic
demonstrat
potius, quam
demonstrat

Ephe. 1
Id est positio
demonstrare
est mandatum
dare

Iohann. 4

Cur potius ait
demonstrat quam
praecipit, aut
imperat

Stultitia

Maiora his
demonstrabit,
scilicet ultionem
contra Iudaeos

De qb⁹ mor
bis hic loqr

Sapient. 2.
Rom. 9
1. Cor. 15
Nō solū Iu-
dæi, sed & ge-
tites uiuifica-
di erant

duplex hic er-
ror Iudæorū

Filius quos
uult uiuifi-
cat
Gen. 12

Pater susci-
tat & uiuifi-
cat.

Heb. 11

Neq; em̄ p̄
iudicat quen-
quam

Malach. 1
Rom. 9
Oē iudicium
dedit filio

Malach. 2

faciente pariter. Quęcunq; enim ille facit, hæc & ego (ut supra dixi) facio similiter. Sed ipsa maiora iam audite opera. Dixi uobis, quia maiora his quę nunc uidetis, mihi filio suo demon- strabit pater opera. Et uere maiora. Sicut enim pater suscitauit mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Magnitudo enim demonstrationis, qua filio demonstrat pater uiuificare quos uult, magnitudo diem in quā uel onus, quod iudei ferre non ualentes, malo suo mirantur, intellectu nostro apprehendere nō possumus, nisi primū nouerimus, qui uel quales sint mor- tui, quos pater suscitauit & uiuificat, & filio demonstrat ut similiter faciat. Nunquid de Lazaro dicit uel cæteris, quos iterum morituros suscitauit? Et quidem maius fuit illos suscitari, q̄ lan- guidum xxx. & viij. annos habetē in infirmitate sua sanari, sed ea longe maiora sunt, ad quę nos mittunt huius sequentia lectionis, quę nescire nō possunt Iudæi, quę uelint nolint cogū tur mirari. Nā totū pondus huius oneris in eos uertitur his duabus clausulis, quas ita interpo- suit in præcedenti uersiculo cū dixisset: Et maiora his demonstrabit ei opera, mox adiungens ut uos miremini, in sequenti cū dixisset: Sic & filius quos uult uiuificat, mox rationem hęc sub- iñciens: neq; enim pater iudicat quenq; &c. Igitur isti quos pater suscitauit & uiuificat, illa mor- te mortui intelligendi sunt, quę inuidia diaboli per peccatū introiuit in mundū, qua omnes per unū hominem mortui in anima, mortales & quotidie morientes in corpore, & in utroq; æterna digna nascuntur condemnatione. ¶ Ab ista duplici morte per gratiam dei saluant ele- cti, quosq; patres & principes Abraham, Isaac, & Iacob fuisse scientes Iudæi, de illorū suberie- bant meritis, sibi solis uitā debere, gentes autē omnes ad eandē non pertinere arbitrati. Iamq; uitam eandē reddidit patribus suis, sibiq; repositā autumabant secundū promissiones dei pa- tris, quem uidelicet dicebant, qd deus noster est, absq; notitia uel nomine filij, sine quo pater nihil facit, nam demonstrat ei (ut supra dictū est) omnia quę ipse facit. At ergo: Sicut enim pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Quo dicto utraq; percu- tit erroris partē, scilicet & qd patres suos iā absq; necessaria filij operatione consummatos esse, & qd se solos ad deū uel hæreditariā uitā autumabant pertinere. Ac si dicat: Qua gratia simul & omnipotentia mortuos, & de mortuorū congerie natos pater uocauit ad uitam, ante mani- festationem filij, prius enim pater q̄ filius hominibus innouit, eadē gratia simul & omni- potentia filius in hoc tempore suę manifestationis, quos uult ad uitā reuocat de eadem perditā massa generis humani. ¶ Auscultate qd, uel quomodo dixi. Non enim dixi, sic & filius ipse fi- lios Abraham uiuificat, ne uanam opinionem uestram confirmem, q̄ Iudæorum tantum salus aut uitā sit, sed dixi quos uult uiuificat, scilicet suę Iudæi, siue gentiles sint, sicut pater q̄s uo- luit de gentilibus, de Chaldeis, ante filij demonstrationem, uidelicet patres uestris, nullo ex debito ad sui notitiam uocauit. Nam & patres de communi massa, de gentibus in primo par- te damnauit, ad gratiam suam uocauit. ¶ Sane præteritū dū nō est, qd eos q̄ fuerūt ante aduētū filij, recte pater suscitauit & uiuificauit, dictus sit, qd tametsi pater illos nō sine filio uocauit, tam- etsi aliq; ex eis propheticis spiritu cognouerūt filiū patris, tali tamen uocatione uocati, tali le- ge instructi sunt, ut nequaquā per illā patenter agnosci, & publice prædicari dei filius potuerit. ¶ Et notandū, qd de patre duo uerba scilicet suscitauit & uiuificat, dixit: De filio autē unū solū uerbū, id est, uiuificat, inq; pater quippe nō eodē tpe, quo patribus innouit, nō in quā eodem tpe salutis opus perfecit in illis, dū melius aliq; pro nobis disponit (inq; Apostolus) ut ne sine nobis consummarent, filius autē eodē tempore, quo mundo innouit, salutē nostrā cepit fa- cere simul & perfecit. Vnde illi recte dicunt primū beata spe suscitari, & deinde longo post tē pore re ipsa uiuificari. Nos autē qm plenitudine temporis sumus, solū modo uiuificari recte di- cimus & sumus, quia uidelicet uno eodemq; tempore, & credimus, & uitā quā in Adā perdi- dimus, per spiritū remissionis peccatorū regenerati accipimus. Bene ergo de patre loquens suscitauit (inquit) & uiuificat. De filio autē solū ait, uiuificat. ¶ Et sine ulla exceptione gentilis aut Iudæi: quos uult, inquit, uiuificat, nulli quicq; debens, sed sola uoluntate gratuita, uel uolū- taria gratia, iuste morti ad dictos misericorditer ad uitam reuocans. Quod non dissimiliter a patre se facere subiecta ratione comprobatur. Neq; enim pater iudicat quenq; sed iudicū omne dedit filio. ¶ Proinde (inquit) filius nec in hoc dissimiliter a patre quicq; facit, quod absq; di- stinctione gentilis ac Iudæi, circuncisionis & præputij, quos uult uiuificat, quia nec ipse pa- ter secundū genus, aut secundum carnem quemquam iudicat, id est, discernit, uel distinguit, quod uel maxime ex eo patet, qd Abraham cū in præputio esset, amicū suū illum appella- uit, & Isaac cū circūcisus esset, odio habuit. ¶ Sed quid? Omne (inquit) iudicū dedit filio, uide- licet ut tam in præsentī, q̄ in futuro iudicio præsideat, & in præsentī quidem occulta eius diu- nitas, in futura autem manifesta iudicet ipsa, quam assumpsit, & quę tam a malis, quam a bonis uideri possit, forma serui. In quo ergo apud ipsum discernimur? Quę nam est lex iudicij, uel quod edictum iudicis, & regis huius? ¶ Vt omnes honorificent fi- lium, sicut honorificant patrem. ¶ Ecce quanta cum suauitate rationis fortitudinem fi- lium sui loquitur sapientia dei, tam incipit iudicare superbam atque iniuriosam præ- sumptionē

sumptionē Iudæorū, cōuincens illos inhonorare deū suum, quē multum se honorare putabāt in stercore sabbatorū, cæterarūq; solennitatum suarū, qd iam iā iuxta prophetiā pronūciandum erat (super uultus eorū. Qui nō honorificat filiū, nō honorificat patrem, qui misit illū.) In quorū contione hominū sententia hæc nō staret, prolata ore senatoris, siue caudicis, spectare ad glo- riam patrum honorē filiorū, & contra læ di patres in iniurijs filiorū: Patres quippe filios dili- gunt, & affectus eorū in illis reconditi sunt, unde & suauis in filijs honorē suū sentiunt, & in eisdem acerbis iniurias suas excipiunt. ¶ At illi cum in templo manu facta patres de carnib⁹ tauros, quos offerrebant, & sanguine hircorū, honorare se dicerent, & sabbata eius prædica- rent, seu sacrilegio filium in templo corporis sui nō manu facta habitantē, persequebantur, & interficere quærebant, præsertim cum ipsi misissent ad Iohannē, & ex testimonio quod il- le perhibuit ueritati, scirent ipsum esse filium dei, quis ille testimonium ab hominibus nō ac- ciperet, ex operibus quæ ipse faciebat in nomine patris sui, testimonium habens maius Iohanne. Mentiebantur ergo, quia non solum secundum cœlestem ueritatē, sed & secundum communē sensum hominum uel morem, quia non honorificat filium, non honorificat pa- trem qui misit illum. Proinde nequaquā arbitrentur, qd ad deum patre pertineant, imō nec ad ipsum quē patrem suum esse mentiuntur Abraham. ¶ Non dicant, sufficit nobis sic adorare quo- modo adorauerunt patres nostri, qd absq; istō filio deum unū adorantes, amici eius appellati sunt, & cœlestia beneficia cum signis & prodigijs multis & magnis cōsecuti sunt. Ne (in quā) cæca superbia falsū hoc dicāt. Nunquid em̄ aliqui patrum sine fide & spe seminis, qd Abraham promissum est, in quo benedicerent omnes gentes, deo placuerunt. Quod autē hoc semen est, nisi Christus? Nonne fidē habentes seminis huius in carne sua, qua parte semen ipsum natu- raliter tradidit, signū circuncisionis acceperunt, ut illo tali signo testimonium haberēt, qd hoc semen benedictionis se expectari proficeretur? Sed de hoc tam alio loco plenius dictum est. ¶ Non ergo seipso decipiant. Non em̄ pater illos de manu filij liberabit. Ille quippe omne iudicium filio dedit. Psalmista testante, qui dicit: Deus iudicij tuum regi da, & iustitiam tuā filio regis, uidelicet lege præscripta, quā subiunxit dicens, ut oēs honorificent filium, sicut ho- norificant patre. Omnes, in quā, qui uiuificari uolunt, qui cupiunt subleuari de congerie mor- tuorum. Quisquis ille sit siue Iudæus siue gentilis, si uiuere cupit, nihil diminuat, nihil detra- hat filio de uisero honoris patris. ¶ Neq; hanc faciat iniuriā patri, ut dicat eum aliud genu- isse, q̄ id ipsum quod est ipse qui genuit. Qui enim iussit ut terra proferret herbā uirentē & af- ferentem semē iuxta genus suum, lignumq; faciēs fructū, & habēs unumquodq; semen suum secundum speciem suā, ut q; ut homo gigneret ad imaginē & similitudinē suā. Qui, in quā, hæc iussit & statuit, præceptumq; posuit & non præteribit, quomodo sine sacrilegio dici potest, qd extra speciem suā, uel contra genus suum solus ipse filium generauerit? si em̄ (ut Arius in continenti ore dicere præsumpsit) cum sit ipse in cōuertibilis uel in cōmutabilis, filij cōuertibilē siue cōmutabilem genuit, profecto cōtra genus, speciem uel suā fructum proliuit, nec in semet- ipso retinere potuit id qd rebus omnibus, quas ipse creauit, potenter indulsit. ¶ Sed his omni- bus malitiæ & nequitia uocibus iā dudum explosis, quas antiquus persecutor filij dei diabo- lus pater mendacis ex proprijs locutus, nequissimis auditoribus suis insurrexit, quæcunq; sunt honoris, quęcunq; gratiæ & ueritatis, quæcunq; ueræ integritatis, & perfectę charitatis uocabula, cum sensus ueritate, patri & filio cōmunicamus. His exceptis quę personarū neces- saria distinctio, singulis ppria referuare postulat, ut uterq; deus uerus & dñs, increatus, immē- sus, æternus, omnipotēs, sine initio, & sine fine, in cōuertibilis, atq; in cōmutabilis, a cunctis fi- delibus uitā desiderantibus corde ad iustitiā credatur, & ore ad salutē æternā prædicetur, pa- tri honore, æquali gloria, indistincta laude. ¶ Igitur per hanc honorificentā filij facta & cōpleta uoluntate patris, ad eam cū fiducia ad thronū gratiæ eius, ut misericordiā consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno, testimonij habentes salutis nostre necessarij, qd nō cōsentaneū simus antiquo peccatori, qui cōsurrexit aduersus hunc filiū dei, & primū hominē eadē præsumptione consurgere fecit, dū eundē filiū, qd solus uere est, similitudo dei p̄ris, quicq; solus altitudo similis est, nō honorificauerunt dicētes: altissimo similes erimus & nos. ¶ Quia in- tentione cum præceptū transgressus esset Adam, deus unus, pater, & filius, & spiritus sanctus cum lugubri ironia sic loquitur: Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & ma- lum, id est, reuera uacuus ad ueritatē scientiæ, nihilq; habens ueræ sapientiæ, dum plus appetit sapere q̄ oportet sapere. ¶ Diabolo quoq; sub eadē ironiā Ezechiel propheta sic improperati- aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt. Tu Cherub extensus & protegens &c. Nam quia aureæ, id est, diuinæ, substantiæ esse esse præsumpsit, & cum foramina eius præparata essent, id est, rationalitas, qua dei capax esse poterat, maluit au- rum falso uideri, q̄ præciosus esse lapis, & auro uero ligari maluit Cherub, id est, plenitudo doctri- nę uideri, & super cōspicantiales spiritus, à seipso tanq̄ ad propagandū eos extendi, q̄ co- æqualis esse illis, & cum eis laudare uerā sapientiā, in qua deus omnia fecit, vnde eum ironia

Honor patri in honore filiorum

Heb. 9
Quē Iudæi in honorebant patrem

Iohan. 9
P̄ris i fide se-
minis Abra-
hę saluati

Supra lib. 3
Psal. 71

Filius eius dñs
substantia
cum patre
Gen. 1

Psal. 148

Oīa p̄ri & fi-
lio cōia, ecce
p̄ra p̄sonarū
proprietas.
Iohan. 5

Rom. 10
Solus filius ē
uere finitiss
altissimo.

Heb. 4
Esa. 4
Ironia cōtra
Adam
Gen. 3

Rom. 12
Ironia cōtra
diabolum
Ezech. 28

(ut præ-

Ibidem
Antiqui odium diaboli contra filium dei.
Io. 8. l. 10. 5
Quid est lignum sciencie boni & mali

Eritis sicut drj

Quo honorificade e filij

Psal. 147 Pro. 3

Eccle. 57. 1. Petri 5

Duo testes pater & filij
D. ut. 17
Iohan. 8

Iohan. 14

(ut predictum est) dicitur ei Tu Cherub extensus & protegens, cum reuera in fatuatus sit, & quantum cum ceteris habere potuisset de uera sapientia perdidit, sicut paulo post Propheeta idem exprobrans illi: Eleuatus est inquit cor tuum in decore tuo, perdisti sapientiam tuam in decore tuo, ¶ Non enim nunc primu diabolus huic filio dei detrahere cepit, cu per ora iudeorum & hereticorum tantas aduersus illum blasphemias euomit, sed ab initio homicida extitit, odio, quo occiderat filium dei, & qd impleuit per iudeos, ubi illum in ea natura inuenit, in qua posset actu quoq; perpetrare scelus homicidij. ¶ Item non nunc primum hoc preceptu datur hominibus, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Quid enim est qd dixit deus, primo homini: De ligno sciencie boni & mali ne comedas, nisi qd sub uelamine literę carnalibus eius temporis, quo hec scripta sunt, hominibus absconditu est, dixisse dei, aduersus sapientiam dei, sicut diabolus se extulit, non te extollas: Non enim reuera in illo ligno illa uirtus erat, ut gustato fructu eius tantam scientia haberent homines, ut essent sicut drj, scientes bonu & malum (qd ab effectu palam nimis datur agnosci) sed mendacij pater ista cofinxit, & mentitus est: ga non sic aperti sunt eorum oculi, ut essent sicut drj, sed in hoc daturat aperti sunt oculi eorum, ut se nudos, id est in honore pristino spoliatos, esse cognoscerent, eo qd diuinam honorem pręripere gestissent. ¶ Sed & illud diabolice blasphemie est, qd non dixit: Eritis sicut deus, sed eritis inquit sicut drj, uidelicet inseparabilis trinitatis odio, quo nunc usq; per ora iudeorum uel hereticorum, deum patrem & filiu eius deu nobis consentientes, oblatrati dicens nos plures colere deos. ¶ Potest qdem sic intelligi, dictu esse lignu sciencie boni & mali, eo qd gustu eius per inobedientiam pregrepro, futurę erat ut experimentu haberet homo non solum boni, sed etiam & mali; ues non ea spe homo comedit, ut expiraretur mala, id est, ut subiaceret malis, sed ut iuxta promissu serpentis similis fieret deo, quem nil potest latere boni aut mali. Qua propter illud qd lignu ironice dictu est, lignu sciencie boni & mali. ¶ Igitur non nouo consilio nunc primu indicitur hominibus ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem, ues mirabili cu fenore nostrę humilitatis preceptu reddidit, quo filio dei debitus honor exigitur, ut summe sapientie dei sensum nostru inclinemus & subnciamus. Nam qa sub se contempserit homo sapientie dei, cœlum & terram, mare & omnia que in eis sunt creati, & cuncta cu patre componenti, nunc ab eodem exigitur, ut se subnciat de foemina nascens, & sic honorificet in cruce pendentem, sicut honorificandū esse sentit patrem in sua maiestate, absq; carnis susceptione, uel mortis passione rutilantem. Sed huius honorificentie pręmiu uel utilitas ex subleque nribus diligetius pensanda est. Non enim adhuc ex superioribus satis aper te liquet, qualiter, id est, qualem ad uitam, mortuos, que ut pater, uiuificet, que profecto tota honoris impensu filio dei remuneratio est. Sequitur ergo. Amen amen dico uobis, qa qui uerbu meū audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudiciu non ueniet, sed transiet a morte ad uitam. Verbu eius, id est, doctrinam eius, sic accipere debemus aduersus supra dicti diaboli mendaciu, uelut antidotu medici ueri & optimi contra mortifera serpentis haustu, iamq; imbibitu medullis omnibus uenenū, ille namq; homicida nouerat, qd si homo consiliu eius audiens, non crederent illi qd dixerat: Quacuncq; die comederitis ex eo, morte moriemini: & hoc sciens, persuasit ut comederet, & comedenti cu mortuus uenenū æternę mortis infudit. Hic e contra sciens, qd si homo auerrat autem suam ab illa lingua coinquinata, & ab illo uerbo mendacij, & humiliter sub potenti manu dei, credens illi semper uerum dicenti, uiram recuperare possit, quam in primo parente perdidit, ait ergo: Amen amen dico uobis, qa qui uerbu meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Ecce qualem honorem fuit, quare filius dei, ecce quomodo cum patre uel equaliter uel similiter honorificari. Verbu suū audit, deo patri uult credi. Quo fructu suo uel comodo? Nullo, sed ut uitā æternā suā habeat auditor. Ergo gratia pro homine laborat. ¶ Notandum enim, qd tanq in conspectu sians, testes duos pre fert, uidelicet seipsum & patrem, dicens: Qui uerbu meum audit, & credit ei qui misit me. De quibus alibi sic dicitur: Nonne scriptum est in lege uestra, quia duos hominum testimonium ues est: Ego sum qui testimoniu perhibeo de me ipso, & testimoniu perhibet de me qui misit me pater. Hos inquam duos testes nunc audiendos offert. Operabatur, uera secundam scripturas loquebatur, in loquela ueritatis seipsum, in operibus mirabilibus presentabat patre suum. Sic enim alibi dicit: Pater autem in me manens, ipse fecit opera. Idem: Opera que dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me, quia pater me misit, uel certe in presentem euangelio seipsum in antiquis scripturis, quas illi resellere non poterant, teste adhibet deum patrem suum. sic enim paulo inferius dicitur: Opera que dedit mihi pater, ipsa testimonium perhibent de me, que per ipsum predicantem, & a mortuis resurgentem, & deinceps per euangelizantes eius Apostolos facta sunt. De patre aut confestum subiungit: Et qui misit me pater, ipse testimoniu perhibuit de me. Quod testimonium: Scrutamini scripturas &c. ¶ Igitur magna dicitur, magna & necessaria expositurus, illa scilicet, de quibus supra dixerat: maiora his demonstrabit opera ei, ut uos miremini, satis

oppo.

opportune duos testes idoneos contra suos oblocutores statuit, satisq; magnam & optabilem pro solo auditu testimonium remunerationem promittit. Torus mundus, cuius contra principem foras eiciendum iudicium nunc agitur, celestis huius rhetoris rationem, semetipsum nostri causa legitime defendentis, intentis cordis auribus exaudiat. Qui (inquit) uerbum meū, id est presens audit Euangelium, & credit ei qui misit me, uidelicet qd sicut promissit Abraham, & sicut per prophetas suos prędixit, pater deus miserit me. Qui (inquam) audierit quod nunc dicitur sum, & cu pater, qui in me manens ipse facit opera, ues: uerbum me dixisse comprobata uerit, a mortuis resuscitandum me, credit ei, & suscipiet me, iam ille quisquis sit, habet uitam æternam. ¶ Et ut certius sciat quid dixerim, ne hoc suspicetur quis, qd dixerim ego, non illum carnem suam corruptibilem unq; depositur; plus & melius est quod dicam, quia in iudicium non ueniet, id est, in damnationem generi humano propter peccatum Adę debitam, non incidet. ¶ Illud quoq; sciat non me dixisse, quia ad iudicium non ueniet, omnes enim pręter illos, qui legem non acceperunt, ad iudicium uenient, tribus ordinibus distinctis, scilicet alij iudicandi & damnandi, alij iudicandi & saluandi, alij nullatenus iudicandi, sed iudices & senatores cum domino suo sessuri: quarta parte hominū, id est, illis qui sine lege (ut prędictum est) peccauerunt, sine lege condemnatis: sed hoc me dixisse nouerit, quia in iudiciu non ueniet, id est, debitam ex paternę pręuaricationis pręiudicio damnationem non incidet. ¶ Sed quid? Transit a morte in uitam. Nec dico nunc qd transiet a morte in uitam, sed hoc dico, quia uerbum meū audiendo, & credendo ei qui misit me, iam transiet a morte anime. Non dico ad uitā, ut stet secus illam, sed a longe prospiciat & saluet illam, sicut Abraham, Isaac, & Iacob, & ceteri patres, quia longe prospexerūt & saluauerunt illam, & defuncti sunt omnes, nō acceptis promissionibus huius: sed hoc dico, quia transiet in ipsam uitā breui transitu, quippe cu ipsum transire non sit aliud, qd renasci ex aqua & spiritu sancto. Credendo enim dū baptizat transiet, & regeneratus est, & de ueteri nouus, de perduto inuentus, de mortuo uiuus factus est. Nam & si corpus mortuum, id est, mortale est propter peccatu, spiritus iam uiuit propter iustificationem. Sed dicitis: Quis te audiet? Aut quando istud quod loqueris fiet? Quis deniq; nostru auditu tuo, quis uita indiget? Ad hæc inquit. Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent. Isi mortui estis, imo cum mortui sitis, mortem uestram agnosceretis, uos primi ex mortuis audieritis, & audiet do primi a morte anime uestrę resurgetis. Nunc autem dicitis quia uiuitis, iam nunc alij mortui ut ipsi audiant in clamandū est. Et hoc erit mirabile, qd illi, qui tanto profundius in morte descendunt, quanto longius a deo uiuo recedentes, deos mortuos adorauerunt, audientes uiuent, & uno eodemq; auditu excitati, tam originalis peccati, qd omniu actualium peccatorum æternam mortem effugient, & de tam longinquo mortis baratro, unum breue fidei uerbum cōstitendo, in arcē salutis, in mediū uite exilient. De huiusmodi mortuis nunc dico, de hoc trāitu illos ad uitā nunc loquor. ¶ Alioquin si de mortuorum uniuersali resurrectione nunc loquerer uniuersaliter, omnes mortui audient, dixissem; neq; ita determinassem, dicendo: & qui audierint uiuent. Non enim in illo arbitrio est audire & uiuere, sed ex necessitate desuper ueniente, erit omnibus audire & resurgere. Nunc autem non omnes audient, non enim omniu est fides, sed pleriq; audient, & qui audierint uiuent. ¶ Illa hora iam uenit, & nunc est. Olim in prophetis loquēs pater dicebat: quia ueniet, nunc in filio suo loquens dicit: quia uenit & nunc est. Audient (inquam) uocem filij dei, non autem uidebūt formam serui, formam filij hominis: uocem (inquam) audient non solum patris, aut uocem dei, sed & uocem filij dei, id est, uocem simul patris, & filij dei: iccirco nunc recte dixerim, uocem filij dei, cu alias me appellare cōsueuerim filiu hominis, quia uidelicet non secū dum hominem ad illos pergam, sed secū dū diuinam maiestatem ubiq; presentem, & nō in deum tantu, sed in me filium dei credent, atq; ita uerbum dei audientes (sicut prędictum est) uiuent. ¶ Sicut enim pater uitam habet in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Er potestatem dedit ei iudiciū facere, qa filius hominis est. ¶ Præsentis loci sensus lucidissimus, ita prauas hereticorum mentes obnubilat, quæ admodū sol quanto splendidior est, tanto magis sordidos oculos, si pōs; qd palpebras putres reuerberans, pene excecet. Quid enim pulchrius aut iucundius hac ratiocinatione sanis effulgeat oculis, ubi præmissa uiuificantis mortuos potentia filij dei, talis ratiocinatio succinit? Hac namq; bene perspecta, liquet etiam qd rationabiliter omne iudicium de deo filio pater. ¶ At uero hæreticus malitię puluere cæcatus, ubi legit: Quia pater filio uitam dedit habere in seipso, & quia potestatem dedit ei iudicium facere: unde (inquit) equalis est patri filius, qui non uiueret, nisi pater illi uitam daret: qui non iudicaret, nisi pater potestatem faceret, iudiciū illi concederet. ¶ Qui hæc dicens, utiq; ignorat qua de re agatur, nescit omnino intentionis caput, nec uidet totius rationis corpus, cuius membra uiolenter discerpere conatur. A quo si respunderis, quomodo pater in semetipso uitam habere dicitur, cum ipse uita sit, profecto responderet idoneum nil poterit, ac proinde de iudicio conuincetur, qd conuen-

Triplex ordo eorum, qd ad iudicium uenient.

Transita mortuorum uita & baptisimū.

Heb. 2

Eph. 4
Luca 17
Rom 8

Mortui autem uocem filij dei

Nō loq; hęc de gñali resurrectione.

z. Theff. 5

Lucidus hęc sensus oculos hæreticorum excecet Obiectio

Solutio

ter nec

Vet⁹ intel-
tus hor⁹ &
hor⁹ Chri
*quam

Pf habet vi-
ta in semetip-
so. Virtute
vivificandi
mortuos.

1. Cor. 3

Distributio
oper⁹ trinita-
tis circa ho-
minem

Gen. 1
Pf creavit
Pfal. 103
Gen. 2

Fili⁹ redemt

Spūs sanctus
illuminavit

Creatio hoīs
Gen. 2

Redēptio ho-
minis
Iohā. 9 20

Colloſſ. 3
Sapient. 2

Iohan. 4

ter nec illud intellexerit, quomodo vitā eandē filio in semetipſo habere dederit. ¶ Igit ad elu-
cidandā presentē sententiā, cū ipſius qua deprompta est, diuine rationis ope accedendum est:
Sicut enī inquit pater vitā habet in seipſo, sic dedit & filio vitā habere in semetipſo. Nequaquā il-
lud nostrę cōsiderationis præterire debet oculū. Quod diligenter literę lineamenta cōpagina-
ta sunt, dū nō ait absolutesicut habet pater vitā in semetipſo. Quod patet nobis innuit, sci-
entiam hęc præcedētis esse subsecutiua, & causa illius approbādę, qđ apud rhetores maxime
usitata est, rationabiliter esse subiunctū. Præcedēs autē sententiā hæc erat: Amē amē dico vobis,
qa uenit hora & nunc est, qm̄ mortui audiet uocē filij dei, & q̄ audierint uiuent. Deniq; ad hęc
eius ppositiōne illi auditores, imō aduerſatores insanire poterāt, cur nō dixisset: mortui audient
uocē dei, sed cum diligētī distinctione personarū: audientingit uocē filij dei. At ille in hoc
stabat, ut vitā mortuorū nō minus de filio qđ de patre penderet, nec posse quęq; su-
scitari, nisi filiū eque ut psem honorificaret, ¶ hoc in quā intēdebat, nō illud, quō ipse pater ui-
ueret, aut quomodo filiū uiuificasset, qđ uel in presenti sententiā suspicari, qua dicit: Sicut enī
habet pater vitā in semetipſo, sic dedit & filio vitā habere in semetipſo, stultum & erroneū est.
Nō enī de uita dei, qui ipse sibi uita est, nō de uiuificatione filij dei, qui eque sibi uita est, sed de
suscitatione & uiuificatione mortuorū sermo est. Cū ergo dixisset: mortui audiet uocē filij dei,
uidelicet filij eque ut p̄ris uocē ad uiuificandos mortuos necessariā esse perhibēs, rationabili-
ter subiūxit dicēs: sicut enī habet pater vitā in semetipſo, sic dedit & filio vitā habere in semet-
ipſo. Ac si dicat: Iccirco dixi quia mortui audient uocem filij dei, in qua dictione clara est di-
stinctio personarū patris & filij, quia sicut pater habet vitā in semet ipſo, scilicet uita hominū,
id est, uirtutē uel operationē effectiua uitæ hominū mortuorū, & nō aliunde petit, nec alicubi
habet nisi in semetipſo, sic dedit & filio vitā habere in semet ipſo, id est, partē maximā operati-
onis eiusdē illi imposuit, ut ipse mortuos uiuificaret in semetipſo, uidelicet nō ut paulo, aut
Cepha, siue apollo, quibus & si datū est uita habere, id est, uiuificare mortuos, nulli tamē eorū
datum est eandē uita habere in semetipſo. Nec pot quis quęq; uiuificare per inuictū sibi uicę
officiū, nisi cooperatē deo. Quod per similitudinē Paulus exprimēs: Ego inquit plantauī,
Apollō rigauit, deus autē dedit incrementū. Aequalis igitur patri filius est, cui pater dedit ui-
tam habere in semetipſo, id est, quē misit uiuificare mortuos de semetipſo. Et quia multū labo-
ris illi imposuit, plusq; in uiuificandis mortuis persona filij laborauit: est enī filius hoīs, id est,
homo factus est solus in persona sua filius dei, iccirco potestātē qđ dedit ei iudicium faciē di-
cē: ¶ Cum enī deus hominē faceret, nō ignorans, sed optime sciens qđ peccādo moriturus esset,
opus eiusdē hoīs beata trinitas ita sibi met distribuuit, ut pater cōderet, filius redimeret, spiritus
sanctus igniret. Nō enī absq; magno cōsilio (qđ cū summa reuerētia dicendū est, scđ trinitas
hominē facere dignata est, distributa p̄pria patre operis cuiq; personę, quis inseparabilis tri-
nitas inseparabiliter operet, tā plasmationē qđ redēptionē qđ & instructionē uel illuminationē
humane substantię. Hęc distributiōne in eo debemus intelligere, qđ dictū est in consilio trinita-
tis in diuū uerfaciam⁹ hominē ad imaginē & similitudinē nr̄am. P̄ris q̄ppe opus p̄priū extitit
prima creatio hominis, quā partē operis sibi assumpsit, nullatenus tñ absq; cooperatione filij,
cū hominē sicut & oīa in sapientia fecerit, quę est hic filius dei, neq; absq; cooperatiōe spūs scđ,
cū p̄ illū in faciē cordis eius spiraculū uitę inspirauerit, ut condere hō nō solū ad imaginē dei
id est, æternus siue rationalis, sed etiā ad similitudinē dei, id est ut haberet unde esset deo familia
uel imitator bonitatis dei. ¶ Redēptio uero hominis, cuius ministeriū p̄ filio dedit, p̄priū est
opus eiusdē filij dei, solus quippe filius in p̄sona sua incarnatus, uel hō factus est, solus p̄ redē-
ptione hominis passus & mortuus est, & resurrexit, cooperatē tñ utraq; p̄sona, p̄ris & spiritus
sancti, nā & p̄ illū de secretis suis misit in uterū uirginis, & de spū scđo, id est, de operatiōe spi-
ritus sancti eadē illū uirgo cōcepit. ¶ De spū scđo uel eius opatione, p̄pria dicendū erit in aliis
huius euāgelij locis. Hęc distributio uitę hominū hic intelligenda est, quā uidelicet uita, sicut
p̄ in semetipſo, sic & filius nullius indigēs, habet in semetipſo. ¶ Quod, p̄fecto ex scripturę sa-
crę uerbis patet innuit. Cū enī dicit, quia deus formauit hominē de limo terrę, & subiungit
& inspirauit in faciē eius spiraculū uitę, quid aliud innuit, nisi quia substantiā quidē hominis
aliunde qđ de seipſo fecit, sed bonā & beatā uita in semetipſo habēs, de semetipſo in faciē cor-
dis eius inspirauit: Cū autē filius hominē redimens, sacramēta salutis & uitę eius, id est, sangui-
nem & aquā de semetipſo effudit, itaq; rediuiuus in faciē discipulorū suorū insufflauit, nōne &
ipse uita nostrā in semetipſo se habere poteret ostēdit: Igit qa uita nra, quę cū Ch̄ſo abscōdi-
ta est in deo, sic in integrū à filio restituta est post mortē quę inuidia diaboli in mundū intro-
ierat, sicut à patre ante mortē illam constituta fuerat: & dante, id est, præcipiente, patre factū
est, dicente alibi filio: Et sicut mandauit dedit mihi pater, sic facio, recte nunc dictū est, quia si-
cut habet pater uita in semetipſo, sic dedit & filio uita habere in semetipſo. Et quia filius in per-
sona sua maior opera, nō sine crucis & mortis iuiuria, redemit hominē, cui & Iuū ipse assum-
psit homo dignatus fieri: maiore in quā opera in eo qđ hæc obediētē pertulit, qđ pater in eo, qđ
hominem

hominem de luto plasmavit, recte nunc additum est, & potestātē dedit ei iudicium facere, quā
filius hominis est. ¶ Vnde & hæres dicitur, non mortui patris, sed mortuæ hæreditatis, quā,
quia deo patri perierat, filius resuscitans iterum possidet, iure illa eius hæreditas dicitur & est
cuius uita dependit reparata est. ¶ Item autem dicit: & potestatem dedit ei iudicium facere,
quia filius hominis est, & nihilo dominario patris diminuta est, quin potius honori eius profi-
cit filio data potestas iudicandi, dum filius iudicando regnū, ut ait apostolus, tradat, id est, ac-
quirat deo & patri, primū actō iudicio mundi, quo princeps mundi huius, illo per mortē suā
triumphante, foras eicitur: deinde per actō finali iudicio, post quod erit finis, ut idem aposto-
lus ait, cum tradiderit & acquirerit regnū deo & patri, & tunc ipse filius subiectus erit ei, qui
sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus: subiectus, in quā, non subiectione seruilī, sed
amore inseparabili: non specie diuersitatis, sed unitate in diuiduæ charitatis: inferior quidem
secundū naturam hominis, cōpar secundū naturam dei, & sic honorificandus semper, sicut &
pater, gloria & honore æterni imperij. De quo finali iudicio mox subdiur: Nolite mirari
hoc, quia uenit hora, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem eius: & proce-
dent: qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudi-
cij. ¶ Nolite, inquit, mirari hoc, quia non bona uestra est ammiratio: non enim hæc ammira-
mini, tanquā uerba uitæ & uirtutis, sed tanquā insaniam dæmonium habentis. ¶ Nolite
ergo mirari, quia parua sunt hæc cōparatione maiorum, quæ uisuri estis, ut uos miremini, ut
uidentes turbemini timore & stupore horribili, ut iuxta prophetam uideatis, & ignis de uo-
ret hostes manus domini. Magnum quidem est uenisse horam illam & nunc esse, quam uide-
re uoluerunt, & non uiderunt multi reges & prophete, magnum, inquam, & mirum est, mor-
tuos audire uocem filij dei & uiuere. Magnum, inquam, hoc est: sed multo maius est, uenire ho-
ram, de qua non dico, quia nunc est, sed dico tantum, quia uenit, id est, imminet iam & appro-
pinquat, & sine dubio futura est, in qua omnes, qui in monumentis sunt, omnes, inquam, siue
mortui siue uiui, id est, siue peccatores siue iusti, qui in monumentis sunt sepulti, & soluti, uel
aridis corporibus in cinerem suum reuersi, audient uocem eius, in iussu imperiosæ suæ ma-
iestatis in uocē archangelę, & tuba dei de celo descendētis, uirtutibus coelorum commotis,
celiq; ac terrę cardinibus concussis, & ita manserit uenientis, igne in conspectu eius arden-
te, & in circuitu eius tempestate ualida, coelos de sursum, & terram ad discernendum popu-
lum suū aduocante. ¶ Quid tum? Nunquid mortui illi, qui modo uocem filij dei audire & ui-
uere, id est, à morte animæ per fidem & per lauacrum regenerationis & inuocationē sancti spi-
ritus resurgere nolunt, & ideo non resurgunt: nunquid, inquam, isti uocē eius tunc non audi-
ent, aut quia resurgere nolent, non resurgent? Non est ita, sed omnes tam inuicti qđ uolētes,
horamq; illā desyderantes, & in illo die iudicij fidutiā habentes, resurgent & procedēt. ¶ Pau-
lo ante cū de resurrectione prima, id est, de conuersione peccatorū loqueret, sicut non dixi tā-
tūmodo, uenit hora, sed addidi, & nunc est: sic non dixi, omnes mortui audient, sed tantū mor-
tui audient uocem filij dei & uiuent. Nunc enim non omnes mortui me audiunt, non omnes
ab infidelitate ad fidem, ab iniquitate ad iustitiam resurgere uolunt. Et quia non uolunt, nō re-
surgunt. Nunc autem cū de resurrectione secunda loquor, uniuersaliter dico, qđ omnes uocē
filij dei audient, & omnes qui in monumentis sunt, procedent. Qui bona fecerunt, in resurre-
ctionem uitæ, uidelicet quia nunc prima uocē au dita, id est, primo aduentu filij dei suscepto,
p̄riam resurrectione uiuere incipiunt, & tunc in ipsam rem uel speciem uitæ perueniunt, cu-
ius in spe nunc ambulant per fidem. Qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, id est,
damnationis, procedent, ut damnationis sententiā recipiant, eadem iustitia & ueritate, qua
p̄damnati sunt in Adā, quia uocē primam filij dei nunc inuitantis, ut ab illa hæreditaria mor-
te per fidem resiliant, dum tempus est audire recusant. sequitur: Non possum ego à meipſo
facere quicquid. Sicut audio iudico, & iudicium meum uerum est. Quia non quero uoluntatem
meam, sed uoluntatem eius qui misit me. ¶ Hic danda opera uidentur, quatenus distinctas par-
tes confirmationis uel confutationis huius, tanq; bene discreta pulcherrimi, corporis lineamē-
ta propius sub lectoris oculos admoueamus. Ecce enim ad caput rediit, & argumentationis
partes ex una complexione cingit, dum dicit non possum ego à meipſo facere quicquid. Nam &
in capite huiusce defensionis dixerat: Non potest filius à seipſo facere quicquid. ¶ Vt ergo totum
literæ corpus magis conspicuum sensuumq; uel intentionis clarior sit aspectus, ad intelligen-
dum, prætereundum non est, quia quod solent elaborare & uix consequi studiosi rhetores,
ubi rem locupletam & omni amplificatione dignam nasci fuerint: hoc in præsentī sermone
aduersus illos fortes sabbathorum defensores & salutis accusatores ultro importat celestis
sapientiæ comes & fauulatrix eloquentia diues, sed ita maiestate rerum, de quibus agitur, o-
perta, ut pene non compareat. Non enim sicut in rebus humanis, ubi effertur illa pompofa &
astuosa dominantia in diuinis rebus ipsa eadem eloquentiæ facultas cōdecorat, maxime ubi
ipsa deo cōæterna sapientiā p̄ semetipſum eis qui sibi eloquentes uidentur, colloqui, & humana
dignatur

Quō Ch̄ſ
h̄ resdr̄ & c.

Iudiciū face-
read filij autē
net.
I. Cor. 15
Iohan. 12

Vbi supra.

Terrore exte-
ri iudicij,
Sapient. 5
Esa. 20

Luc. 10

1. Theſſ. 4
Mat. 24
Pfal. 49

Oīs resurgēt
siue uolūt
si ue nolūt.
Tit. 5
Ephē. 4

Duplex resur-
rectio, p̄ria
& secunda.

2. Cor. 3

Argumenta
rhetorica
etiā in sacris
litteris.

Eloquentia in rebus diuisio sic apparet in cuius huius

Argumentatio ex parte propositio Ratione Confirmatio Exornatio.

Cöplexione.

Plena argumētatio quæ non agit in re.

Homo peccator est, non filius dei. Et c.

Sicut audio iudico.

Luc. 19. Non solum dei iudicium humano affectu. Gen. 18. Mat. 11.

Supereptilogus huius argumentatio.

dignatur contexere uerba. Res quippe humane tenues atq; exiles, & interdum obscure uel turpes, splendida elocutione illustrantur, aut utcumq; palliantur, res autē diuine grandes & fulgurantes, desuper elocutionē quālibet pulchrā suis abscondunt splendoribus. A deo tamē, ubi res postulat, inuenitur cōmunita, ut in occursum eius muta uel insipiens appareat omnis hominū eloquentia. Perpende igitur, ut in occursum eius muta uel insipiens appareat omnis hominū eloquentia. Perpende igitur, quia presenti in negotio dū causa posita confutat aduersarios, ostendit, cur sabbathos lege teneri nō debeat, & cōfirmat qd re cū dixerit: Pater meus usq; modo operatur, subiunxit, & ego operor. ¶ Abolutissima enim, id est quinq; partibus perfecta, argumentationē edidit, scilicet propositione, ratione, cōfirmatione, exornatione, cōplexione. ¶ Propositio est, qua dixit: Amen amen dico uobis, non potest filius a se ipso facere quicq; nisi quod uiderit patrem facientē. Ratio est sententia, quā protinus subdidit: Quæcūq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Cōfirmatio est ea, quæ mox sequitur: Pater enim diligit filium, & demonstrat ei omnia quæ ipse facit. Exornatio est ab eo quod ait: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini: usq; ad id quod nouissime tractatū est, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Exornatio, inquam, non tam uerbosā q; res, non tam sententiā q; celestiu fulgurum, nihil habens accuratū leporis, sed tota terribilis, & diuini plena timoris. ¶ Hæc autem sententia, qua dicitur nō possum ego a meipso facere quicq; sicut audio iudico, & iudicium meum uerū est, quia non quero uoluntatē meā sed uoluntatē eius qui misit me, prædictarū partiū cōplexio est, partes easdem breuiter, ad sensum docilis, attentū ac beneuolū auditoris, cui hæc dicanda uel scribenda esse nouerat, recolligens. ¶ Ac si diceret: Si ergo nō facio ego, nisi quod uidero patrem facientē, si quæcūq; ille fecerit, hæc & ego similiter facio, si deniq; pater omnia demonstrat filio quæ ipse facit, & si adeo maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini, uidelicet ut scit pater suscitāt mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificet & c. est adeo inconuertibilem atque incommutabilem nouitiam, ut omne iudicium illi dederit, & hoc reipublicæ suæ tutum fore cōprobauit, ut potestatem daret illi iudicium facere. Ergo inq; uerum est, credibile & dignum fide iam, qd sicut in pri na propositione dixi & nunc iterum dico, nō possum ego a meipso facere quicquā, id est, extra deum, seorsum extra uerum, per memetipsum diuina uoluntate mea & uoluntate dei patris, nō possum facere quicq; sicut angelus refuga, uel sicut primus homo præuaricator facere potuit & fecit, ut pote qui erat uterq; creatura, & proinde cōuertibilis: factura, & iccirco mutabilis. ¶ Nam siue angelus, siue homo, qd diu aliquod accidens admittit ab essentiali bono auctus, tam diu a semetipso operatur. Verbi gratia, cum dicit malum bonum & bonum malum, cum inique iudicat, cōdemnans iustum & iustificans impium. Vnde enim hæc nisi a semetipso facit, cum in essentiali reu aliter sit: Et hæc quidem & cætera huiusmodi homo, si malū est iustus, cum possit facere non uult, si autem parū iustus est, uel ad iustitiam nunc primū descendens, nec adhuc eiusdem iustitiæ habitum indutus, parū inq; iustus sit, facere non audeat, post autē sicut nulli uitio nullisq; omnino accidentibus subiacet, ita summe iustus tale quid omnino facere non potest. Igitur cū dico, nō possum ego a meipso facere quicq; tale est ac si dīcā, nō possum facere quicq; iniquū, nō possum peruertere aut supplantare iudicium. ¶ Sed qd? Sicut audio iudico, id est, secundū causā iudicandā: meritū, uel rei, quæ iudicatur, essentiam iudico, ac proinde cū in iudicando nihil a meipso faciā, iudicium meū uerum est, uidelicet dū, ut prædixi, me iudicium faciente, procedent ex monumentis qui bona fecerunt, in resurrectione uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Proinde quicq; bona agit, siue ille iudæus siue gentilis sit, non uereatur, qd me iudicante, a meipso quicq; procedat in resurrectionem iudicii. Et quicquā mala agit, nihilominus, siue ille iudæus siue gentilis sit, non se decipiat inanis spe, qd me quicquā a meipso faciente procedat in resurrectione uitæ, quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. ¶ Sicut nunc, quādo uidens miseram ciuitatem Hierusalem, fleo super illā humano affectu, nec tamen quero uoluntatē meā, ut propter fletū meum ab illa mali dies auertantur, sed sicut audio iudico, clamor enim illorū, uehementior clamore Sodomorū, ascendit ad me, & iccirco magis attendo, qd iustitiæ debeat, qd quid meus humanū uelut aut desinat affectus, sic in illa peccatiōe mortuorū ex monumentis nō querā uoluntatē meā, sed uoluntatem eius qui misit me, id est, nō cōdescensioem se quorū natura hæc hūana, sed drectitudinem teneo diuine iustitiæ. Igitur apud animos eorū, qui hanc euangelicā lectionē sapienter legūt uel audiūt, cōfutatā falsitas & cōfirmata ueritas est. Vnde cōsentit ratio, iudicat fides, ut patre opante usq; nō, qui nulla sabbathos lege tenetur, ipse q; filius licenter & potenter opetur, qui a semetipso quicquā facere nō potest, qui malū quid uel iniri siū admittere nō potest. ¶ Vnū adhuc superest magnæ oratrici dei, quæ nobis & propter nos uerba facit, nobis & propter nos artem aduersus artem cōponit, ut habeat ueritas fidei sanū nō sine arte sermone, aduersus artificis mendacii loquacitatem. Vnū inq; adhuc superest id est, cōclusio uel epilōgus, qui & protin⁹ sequitur per amplificatiōem rei, illūstrādā ueritatis & adaugendū iudici criminis causa, sequitur: Si ego testimoniu perhibeo de me, testimoniu meum

meum nō est uerū. Alius est qui testimoniu perhibet de me. Et hoc em̄ & cetera quæ sequuntur ueritatis huius firmitate, maxime ab autoritate sumpta sunt, quibus cōmemorat defensionem uel iustificatiōem sui curæ fuisse & esse deo patri, qui illum testificatus est, & ante q; ueneret, testimonio scripturaz, id est, legis & prophetaz, & nunc presentē cōmendat & defendit euidētibus testimonijs operū mirabilitū, Simulq; & horrendū scelus deinceps ostēdit Iudeorum, quoniam uenientē illum in nomine patris sui nō susceperūt, aliū autē uenientē in nomine suo suscipiunt. Ait ergo: Si ego testimoniu perhibeo de me, testimoniu meum nō est uerū. Ac si dicat: Ecce omnia palam audistis, Ego apud uos uerba faciens, & hæc dicens, ut uos salui sitis, nō uerbo uel alio: more hominū, uerbis accuratis beneuolentiā uel fauorem uestrū captare studei, sed exhibitio ueræ uirtutis opere, cunctorū hominū beneuolentiā digno, id est, sanato toto homine à longæua infirmitate, auditoriū postulauit, & qualescūq; uos esse scirem ad audiendum, nō propter uos tm̄, sed propter eos qui auditori sunt, causam meam dixi: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, eandēq; causam diuidens, id solum qd in controuersia est, scilicet qd & mihi æque uo patri liceat in sabbatho operari, tā cōsuetā hominibus argumentationis firmitate, qd celestiu ueritate defendi. ¶ Nūc & deinceps examine legitime, id est, sicut lex præcipit uerba huius testimonij, si ego testimoniu perhibeo de me, id est si a meipso ueni, si non ueni & loquor in nomine domini, sed solus ego meipsum proprio & solo defendo testimonio, testimoniu meum nō est uerū, id est, uerba quæ loquor nō habent effectū, & tunc sicut lex dicit, hoc habebitis signū, qd uerū qd dico, dominus nō locutus est. Sed nō est, nec erit ita. Alius est qd testimoniu perhibet de me, uidelicet deus pater, ipse de q; uobis nunc dico pater meus usq; modo operat & ego operor. ¶ Alius in quā, id est, alia eiusdē, cuius ego sum substantiæ persona est. Alioquin nō recte diceretur alius non em̄ de diuersis, impariūq; substantiā: in diuiduis dicitur unus & alius, sed hoc unum, & hoc aliud. Dico autem quia ille est alius, ut in pluribus personis, unitas substantiæ, pluralitas intelligatur. Ille inquam alius testimoniu perhibet de me. Et scio quia uerū est testimoniu eius, qd perhibet de me. Scio in quā & testimoniu perhibenti de me, testimoniu perhibeo, quia testis uerax est, & uerū testatur de me. Non em̄ sum sicut ceteri homines, quorū nemo scit, utz amore an odio dignus sit, & cui omnia in uerū referantur incerta. Quinimo & si spiritū adoptionis filiorū acceperunt, & ipse spiritus testimoniu reddit spiritui illorū, qd sint filij dei, testimoniu illud nō tā uerū aut iustum, qd gratuitū & in debitum dicendū est, quia nō est debiti sed gratiæ, nō iustitiæ sed misericordiæ, nō est em̄ testimoniu cōparium, sed inclinatæ dignationis monumentum. Ego autē nō in iniquitatibus conceptus sum, etenim nō in peccatis cōcepit me mater mea, nec possum a meipso facere quicq; nisi qd uideo patrem facientē, ergo testimoniu quod perhibet de me, uerum est, iustum est, debiti est, & ego utiq; testimoniu cōparium atq; deo legitimum, sed nō dum aperte dixi, quis ille alius sit. Vos misistis ad Iohannē, & testimoniu perhibuit ueritati. Et fortassis iccirco nūc existimatis, qd hic sit ille alius de q; nūc dixi, & qd non ab alio maiore qd ab illo testimoniu habet. Ego autē non ab hominibus testimoniu accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis. Notate qd dico, quia testimoniu ego ab hominibus nō accipio. Quid em̄ nūc quid hoc dico qd uelim claudere ora hominū testimoniu perhibentium? Nunquid ego aspexerim angelum meum ad hoc misissim ante faciē meā, ut testimonio suo præpararet uia meā? Nō est ita, sed diligēter animaduerte, quæ dico. ¶ Nō dico, quia testimoniu hominū, uel p homines perhibitu nō accipio, sed testimoniu ab hominib; nō accipio. Nā testimoniu hominum bonorū & ueracium, non ab ipsis hoibus, sed à deo est, & p homines quidē phibitum, sed dei testimoniu est. Quid est em̄ ab hominibus, uel scdm homines testimoniu accipere, nisi laudem, quæ nō ex deo pfecta, sed ex hominibus nata & conflata est, quæ rerē? Hoc autē testimoniu Iohannis, qd misistis ad Hierosolymis sacerdotēs & leuitas ad eum, ut interrogaret eum Tu quis es? Iohannis quidē testimoniu fuit, sed nō ex Iohāne fuit, id est, per Iohannē quidē de promptum, sed à deo Iohānni inuatuatum fuit. Dico ergo: Et testimoniu ab hominib; nō accipio, sed hæc dico ut uos salui sitis. i. non propter gloriā meā dico, quis alius mens testis sit, sed propter salutē urām, ut credentes testimonio dei saluemini. Cui simile est, si dicar uir iustus, & alienus ab omni hypocritis, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Ego non iccirco faciā iustitiā meam coram hominibus, ut uidear ab eis, sed iccirco lucet lux mea corā hominibus, ut uideant opera mea bona, & glorificent patrem deum, qui est in cœlis. Alioquin similis essem uobis, quorū totus Iudaismus in carne, & manifesta tota in carne circuncisio est, cuius laus non ex deo, sed ex hominibus est. Sed male dicitur homo inquit propheta qui cōfedit in homine, & ponit carnē brachium suum, ut à domino recedat cor eius. Er̄t enim quasi miricæ in deserto, uidelicet quibus nomē est ab amaritudine, & nascuntur in solitudine. Er̄t in quā sicut miricæ, id est, carebit diuinæ bonitatis dulcedine, procul foras cētus à sanctorū hominum cōuersatione, & non uidebit cum uenerit bonum, & habitabit in solitudine in deserto, in terra falguginis & inhabitabili. Hæc ficitas & falgugo longe est à me.

Argumentum ab autoritate testis

Testimoniu examinandū ab effectu

Deu. 18

Alius p̄, alius filius, ergo 1 vnus substantiæ imbo Testis scit, nō nos dei testimoniu

Rom. 8

Ps. 11

Malac. 3

Mar. 1

Iesus accipit testimoniu hominū, sed nō ab hominib;

Iohan. 1

Mar. 6

Mar. 7

Hic. 17

Testimoniū Iohā. erat ac ceptanduma Iudæis

Mar. II Iohannes Iu cerna, nō Iux

Exultare ad horam dete gno tpali

Tit. 18 Plalio

Plalio

Luc. 5. & 4

Io. uisibilis deus pater in uisibilis

Nā ego habitabili charitate, & fertili temp uirens ueritate, iccirco hęc dico, ut uos salui sitis, iccirco in quā ut uos credentes saluemini, legitima defensione utens, illū q̄ testimoniū phibet de me, pfero uobis in publicū auditoriū totius mundi. Iccirco sicut iā cœpi p̄fistā adhuc in eodem, qd̄ apud uos, uel apud ceteros hoies fortissimū est, gñe loquendi faciendo tanq̄ syllogi smum, i. argumētōsum & in dissolubilē sermonē ueritatis. ¶ Vt uero & pbabili argumēto in struēti cognofcatis q̄ testimoniū ab hominibus nō accipio, q̄ claritatē ab hominibus nō accipio, sed ea solūmō intētionē testimoniū, uel testē meū, pfero, ut uos cre dētes salui sitis, nō ut uos homines me in solio regū uestroꝝ in thronizare festinetis. Ecce dico uobis, q̄ uos misisti ad Iohannē, & ille testimoniū phibuit ueritati. Tanti apud uos ille habitus est, ut consulendū illū iudicaretis, tanq̄ reuera accepturi testimoniū eius, & quicqd̄ ille dixisset, p̄cal dubio cre dituri. Ab illo ergo iudicio ufo nunc uos cōuenire incipiā, ut si nō credideritis, inexcusabiles sitis. Dico itaq̄. Ille erat lucerna ardens & lucēs. ¶ Reuera mittendū fuit ad illū, ad quē misisti, & cū eius testimoniū quēredā & indubitatē agnosce dā erat p̄nā facies ueritatis. ¶ Magn⁹ em̄ ille, & maior illo inter natos mulierē nō surrexit. Vex̄ tanta magnitudo eius sic p̄pter me ab illo est, q̄ testimoniū phibet de me, quōd causa uie tenēde, uel rei agēde, testā nocturnis in tenebris illuminat, participatione igneē substantiē. Nā sicut testā nō suapte lucet natura, sed aliunde flammā caput, ut lucerna sit, sic Iohānes nō ille alius erat, qui testimoniū phibet de me, sed ab illo missus erat, ei uel dē testimoniū uerba, suo gestans in corde flammato, & lucido ore. In dē erat lucerna, nō lux ipsa, uel ipsius lucis substantia; lucerna in quā ardēs & lucēs, ardens in trīnse eius testificandē ueritatis amore, lucens extrīnsecus uerbo & opere, q̄ diu filiū tenebras passi sunt, qui nunc lucernā talē in tra claustra tenebrofi carceris abdiderūt. Lucens quippe p̄ publicū uirtutis prædicationē inuitabat uos ad uerā & æternā exultationē. L. Vos autē uolū tis exultare ad horā in luce eius. Hoc interim negari nequit, hoc oportet cōcedi, q̄ magnus ille erat, & fidelis sermone lucidus, quia testimoniū uel baptisimū eius, uisā q̄q̄ estimatiōne de cœlo erat, nō ex hominibus. Vos autē in hoc reprehēdo, nec em̄ studio captādē beneuolentiē uel fauoris uisū, ut ad cōsensum ueri testimoniū uos allitiā, uita uisā prætereo, reprehēdo in quā q̄ dū lucerna hęc ad æternā futuri regni gloriā uos inuitaret, uolūstis potius exultare ad ho ram in luce eius, i. tē poralē p̄ntis regni præcipere felicitatē, uidelicet regnū Chri, quē uos illū esse, uel certe præcurforē Chri Heliā existimastis, carnali sensu terrenū fore sperantes. Attamē qualiscūq̄ uisā de Chro opinio sit, uel qualicūq̄ exultatiōne uos tali lucernæ applaudere uolu eritis, nunc interim nihil mea interest. Illud à me p̄positū à uobis cōcedi oportet, q̄a reselli nō p̄t, q̄ cū uos (ut p̄dixi) miseritis id illū, magnus utiq̄ uisō q̄ iudicio habitus est, & quē uos digne consulendū iudicastis, p̄fecto respondētē, audiri in dignū, rationabiliter iudicare nō poteritis. LEgo autē habeo testimoniū maius Iohāne. In hac assumptione mea tota uictoria: palma cōsistit, ut cū rationū firmamēta cōtentiosum auditorē, uel accēscere, uel obmutescere fecerit, protinus concludā dicēs: quia claritatē ab hominib⁹ nō accipio, qd̄ nō est aliud q̄ qd̄ supra dixi, & pbare cœpi, q̄a ego testimoniū ab hoibus nō accipio, nec em̄ opus habeo. Dico ergo, subsequēti probaturus ratiōe, q̄a ego testimoniū maius habeo Iohanne. L. Opa em̄ q̄ dedit mihi p̄, ut perficiā ea, ipsa opa quæ facio in noie p̄ris mei, testimoniū phibēt de me, quia p̄ me misit. ¶ Pater qui (ut supra dixi) dedit filio uitā habere in semetipso, sicut ipse uitā habet in semetipso, dedit mihi eidē filio quæ dā opa, ut perficiā ea, uidelicet iā cœpta, quæ cum perfe cta fuerint, au dēt ea sur di, & uidebunt cœci, si uos au dīte & uiderē nolueritis, & clamabunt la pides, si uos loqui recusaueritis. ¶ Quæ sunt illa opa? magna utiq̄, & ex quilibet in oēs uolunta tes patris mei opa sunt hęc, p̄dictio homine multo maiora, uos tali lucernæ manuū mearum, ita ut nō sint loquelæ neq̄ sermones, q̄ nō audiant uoces eoz̄, ut in oēm terrā exeat so nus eoz̄, & in fines orbis tērr uerba eoz̄. Hęc opa dū ego facio in noie p̄ris mei, i. in ea p̄fessioe q̄ ego filius dei sum, & deus pater meus sit, uerq̄ utiq̄ & legitimū habeo testimoniū, q̄ ille reue ra sicut dico, pater meus sit, neq̄ uos contēnentes me, uisā idoneā uel legitimā excusatiōne ha bebitis, cū fiat uerbū qd̄ dūcūq̄ loquor in eodē, qd̄ profiteor in nomine dñi. P̄tereo. LEt qui misit me pater, ipse testimoniū phibuit de me. Quādo autē, uel ubi testimoniū phibuerit de me, paulo post dicā. Prius em̄, ut describā personā illius patris, ut exprimā dignitatē testis, & tunc demum exponā antiquitatē uel constantiā testimoniū. Nō em̄ hic, de q̄ loquor, est ille pater meus Ioseph, quē uos patrē meū dicitis, quē uidere ut hominē potuistis, cuius uocē au dire, & nō magnipendere potuistis. Sed quid? L. Neq̄ uocē eius unq̄ audistis, neq̄ speciē uidi stis. Ecce quāto maior Iohanne hic. Iohannis quippe, & uocē audire, & speciē, utpote homi nis mortalis, atq̄ corruptibilis uidere potuistis, uocem articulatā & aere plectroꝝ; linuge, for matam speciē circūscriptā atq̄ uisibilem, & præter horridā eremitiū ueritatis asperitatē pe nē in

ne in nullo uestri dissimilem. At ille pater meus nequocem elementarem, neq̄ speciem habet circūscriptam aut uisibilem. Deus enim est & non homo, spiritus est & non caro. Nam & si pa tres aut prophetae uocē eius audierunt, & si quidam eoz̄ facie ad faciem deum uiderunt, nun quam tamen illum in sua substantia uidere potuerunt, nunq̄ propriā eius uocem, aut loquelā, nisi mente audierunt. Ille talis testimoniū perhibuit de me. LEt uerbum eius non habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic uos non creditis. In hoc reatus uester est, in hoc peccatū uestrum manet, quia uerbum eius non habetis in uobis manens, quod ex eo liquet, quia quem misit ille, huic uos non creditis. Nam & si neq̄ uocem eius unq̄ audistis, neq̄ speciē eius uisidistis, attamen uerbum eius audistis, legē eius accepistis, prophetas ab eo missos habu istis, & illos quidem legendos eum, de quo loquor, qui misit illos, qui per illos locutus est, & le gem dedit, labijs honoratis, cor autē uestrū longe est ab illo, q̄a uerba eius ore quidē profer tis, sed non ea in corde uestro quasi in libro scripsistis. Propter quod dico, q̄a uerbū eius in uo bis, id est, intrīnsecus in libro cordis uestri, in internis anime uestre sensibus nō habetis. Huius rei manifestū indicium in eo est, q̄ uos huic, quē misit ille, nō creditis. Huic in quā, nō aliq̄, sed hu ic, id est, mihi qui nunc p̄sens sum, q̄ cū illo quondā locutus in lege & prophetis, ecce assum, hic em̄ ego sum, quē ille misit, nō ut essem qui nō erā, sed ut uisibilis fierē, qui ē que ut ille inui sibilis erā, ut corpus assumere, qui incorporeus erā, ut homo fierē, qui deus erā. Sed huic uos nō creditis. Ne ergo putetis, q̄ uerbū eius in uobis manens habeatis, dū cōtra me sabbatha ue stra defenditis habētis in cordibus uisū putredinē laboriosę iniquitatis. ¶ Proinde sic estis ut sepulchra dealbata, quæ foris pulchra parēt oculis uidentū, intrīnsecus autē plena sunt offi bus mortuorum. Nam sicut illa de foris pulchra esse, & intus plena esse possunt putredine, sic uos & in sabbathis uestris uacare, & totā legē Moysi ore lecitare, & uerbū dei potētis in uo bis manens nō habere. Ecce dixi uobis quis ille sit, alius qui testimoniū perhibet de me, maior utiq̄ homine, maior incōparabiliter Iohāne. Dicitis nunc mihi: Quādo ille, uel quale testimo niū phibuit de te? Ad hęc in quā. L. Scrutamini scripturas, q̄a uos putatis in ipsis uitā æternā ha bere. Et illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me, & nō uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. ¶ IO furti & cœci, qui ad audiendū & uidentū adducti, & sedentes in synagogis, ubi omni sabbatho testimoniū illud personat, nubes discurrentes manu attingitis, & eaz̄ tonitruum nō auditis, & discurrentia fulgura non uidetis, ut quid uolumen legis magnum inerti collo ba ulatis, & pulchros prophetas, codices delicatis manibus leuigatis? Non uultis in trorum aspicerē, nō uultis au dīre, imo & uidentibus dicitis nolite uidere, & audientibus nolite intel ligere. O igitur rei iudicij, rei superni concilij, rei gehennæ ignis. ¶ Scrutamini scripturas sal si & fallentes, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere, id est hoc uobis ad uitam suffi cere, q̄ illas legendo labijs, deum honoratis alieno corde. Non est ita, sed scrutamini eas, con sultite illas, uoluntatem illas; quærite, intentionem eaz̄ attendite, audite & uiderē qua uobis uitam promittant conditione, qua uia, quo duce. Illæ uobis respondent, & illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me, imo ipse sunt testimonia, quæ pater perhibet de me. Sed quid ego dico scrutamini illas? Iam dudum scrutati estis, & me monitorem audire dedignamini, cū ex uobis sint magistri sedentes super cathedra Moysi, scripturas optime perscrutati, ut nec iota unum, nec unus apex de omni lege illos effugerit, unde sua possint lucra uenari, siue men ta, siue anetum, siue cyminum decimandum sit. ¶ Non ita cæci estis, ut oculos non habeatis, non ita surdi estis, ut aures uobis non sint. Vnde dixi per prophetam, imo & paulo post rebus dicturus sum ipsis eandem prophetiam: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures ei sunt. Scrutati ergo estis scripturas, & hoc scitis quia illæ testimoniū per hibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. O igitur Pharisei, uere secun dum nomen uestrum diuifores, sed male diuidentes, scilicet culicem liquantes, & camelum glutientes, quomodo in scripturis uos uitam habere putatis, dum in exiguis lucrosæ iustitiæ minutijs, decimando uidelicet mentam & anetum, dilatando phylacteria, & magnificando simbras curam omnem impenditis, & in his fidutiā habentes, tanquam inde uiuere possi tis, ad me camelum oneriferum uenire non uultis, ut me porrante morticina peccatorum ue strorum, uitam habeatis? Impij & cæci, desertores uitæ & salutis, ubi hæc duo constant, unū quia illæ, scilicet scripturæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me; & aliud, quia non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis, ubi inquam hæc duo constant, quomodo tertium stabit, scilicet in ipsis uobis æternam habere, quod uos putatis? Surdi audite, & cæci intuemini ad ui dendum. ¶ Alioquin clamabo lapidibus istis, & ipsi audientes & uidentes responde bunt. Dicantq̄ eis: Quomodo tacent isti filij Abraham, saltē uos d̄ lapides clamate, uos iusti tiam loquimini, uos recta iudicate, ut possint de uobis suscitari filij Abraham. Dicitē inquam. Scripturæ ille, in quibus isti se putant uitam æternam habere, illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me. Quod si se scire dissimulēt, coarguet eos Herodis sacrilegi homicidium, cui quærenti me ad perpendendum natiuitatis meæ locum ostendentes optime scierunt, uerum de

Exo. 55 Num. 7

In ex. sabbathis Iudei de se credulitate Efa. 29 Mar. 19

Efa. 22

Iudei ut se pulchra de albata

Cæci & sur di Iudei

Efa. 6 Psal. 37 Mar. 5 Scrutamini scripturas

Mat. 23

Male cæci Iudei Efa. 45

In phariseo Mar. 23

Lapides cla mabant con tra Iudeos. Luc. 19 Mar. 3

Mat. 4

predictis scripturis proferre testimoniū. Clamamus (inquiunt) eos nō nescire, q̄ scripturę illę sunt quę testimoniū phibent de te, & nobis durantibus hoc ipsi diffiteri nō poterunt. At illi nolunt venire ad me, ut uita habeant. ¶ Quid ergo? Quis (inquiunt) cōcludere hic illos nesciat? Quis nō uideat ualidis repugnaculis uanā spem illosē dirutam esse, qua putant se in scripturis uitam æternā habere, potiusq̄ illos uerbū dei in semetipsis manēse, sicut ipse dixisti paulo ante, nō habere? Nunc ad rem redeam. Plane & firmissime id confectū est, testimoniū me habere maius Iohanne. Superius q̄ iam dixi fuerat, nullo abnuente, Iohannē, ad quem uos misistis, uo q̄ iudicio magnū fuisse, luce nā ardentē & lucentē extitisse, & illum mihi testimoniū phibuisse. Causa autē hęc posita fuerat, ut me demonstrantē uana hominū gloria nō delectari, me dicentē: Ego testimoniū ab hominibus non accipio, sed hæc dico ut uos salui sitis, Igitur (sicut dixi) ego testimoniū ab hominibus non accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis, sic nunc eodem sensu cōcludo. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui uos, quia dilectionem dei nō habetis in uobis. An putatis q̄ iccirco me prædicem esse filiū dei, quia uis suffragiis attolli, uestrisq̄ festinam laudibus cōmendari? Existimatis q̄ unq̄ iccirco me zelus commoderit, uel q̄ propter hoc increpem duritiā cordis uestri, quia nō iam dudū sup solū David & super regnum eius me federe fecistis, celsoq̄ tribunali extollendo (uti regibus terrę mos est fieri) regem Christum me esse uocē præconia declaratis? Nō est ita, sed iccirco irā thesaurizatam repono uobis, quia cognoui uos dilectionem dei non habere in uobis. Nunquid ergo claritatem a uobis accipere cōtendo? uidelicet soli lucere in cœlo, & mundū illuminare nō licebit, nisi uos illi candelabrū cœli fabricaueritis miserī homines, tenebrę & nō lux, tenebrę in quam & exiles umbrę, nonne ego (ut iam demonstraui) testimoniū habeo maius lucerna ardente, & lucente Iohanne? At ille claritatem a uobis adeo nō accepit, ut uolentibus exultare ad horam in luce eius, & claritatem eius supra q̄ erat, uestris adulationibus augere (existimatis enim illum Christū esse) status uestris inanes repelleret, dicendo: Genimina uiperarū, q̄s ostendit uobis fugere a uentura ira: Quanto magis ergo ego claritatem a uobis non accipio? ¶ An quia me uobis negantibus, ego fidelis permaneo, & me ipsum negare non possum, iccirco uanę glorię non deseruio, nec uobis aliter placebo, nisi uita ueritatis, & uita, que sum ego radios hominibus abscondere? Quæ est ista tam malitiosa uestra intentio? Nunquid uenit lucerna, ut in abscondito ponat, uel sub modio, & non potius super candelabrū, ut luceat omnibus qui in domo sunt? Igitur neq̄ claritatem ab hominibus accipio, neq̄ claritatem quā dedit mihi pater hominibus abscondo, sed sicut lucerna fulgoris stans sup candelabrum meum, & omnem simplicē oculum illustrabo, ut totū corpus eius lucidum sit, & omnem oculū nequā publicabo, ut appareat omnibus totū corpus eius q̄ tenebrosū sit, quales estis uos, quos ego cognoui, quia dilectionē dei nō habetis in uobis, quia. ¶ Ego ueni in nomine patris mei, & nō accipitis me. Si alius uenerit in nomine suo, illū accipietis. ¶ Hic em̄ fructus malę arboris, hic malus thesaurus est cordis. Quid ergo? Nisi prius malum gustasset fructū, nō cognouisset radicem arboris malę, nō cognouisset amaritudinem uitę alienę? Nisi prius diceretis: non est hic deo qui babbathum nō custodit, & demoniū habet, & infanit, postremo nisi perse que remini, & occidere me quæreretis, nesciret adhuc quia uerbum dei non habetis in uobis manens, uel quia dilectionem dei nō habetis in uobis: Imō & ante q̄ sepulchrū gurturis uestri pateat, & os uestrū maledictionem & amaritudinem despumat, quæ sunt in corde uestro, oculi mei uident, & in libro meo oīa scripta sunt. Nunquid hoc solum q̄ nunc facitis, nō accipietes me, uideo nunc in corde uestro, & in libro meo scribo? Nempe & hoc & aliud q̄ nondum sit, iādudū uidi & scripsi. ¶ Dico em̄: Si alius uenerit in nomine suo, illū accipietis. Adeo scio uos exptes uerbi dei, adeo uero iudicio cordium cognoui uos exortes dilectionis dei, ut & hoc iādudum nouerim, quia quanto nunc odio psequimini & occidere quæritis me, qui ueni in nomine patris mei, i. in hac professione q̄ deus pater meus sit, & ille me miserit, & hoc palā facio dū nō gloriā mundi quero, sed gloriā dei, tanto stultitię uestrę trepidum suscipietis hominē peccati, filii pditionis, qui ueniet in nomine suo, i. efferet se præsumptiōe sua dū aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat tanq̄ sit deus. Illius enim spiritus estis, & ego noui, ut cito acquiescatis mendaciōi, qui ad ueritatem surdi, in dociles, & cæci estis, amici tenebrarū, & rebelles luminis, amantes gloriā mundi, quā p homici dia uobis ille dilatans odientes gloriā dei, qua ego uerbo & exemplo prædicans uobis odio sum gratis. ¶ Et uos q̄nc̄ criminis uestri magnitudinē uidebitis, qui nunc nō accipitis me uenientem in nomine patris mei, uenientē benedictum in nomine dñi, ita extollebille quem uos suscipietis, & hoc tm̄ dicens, hoc solum profitens, cū testimonio uestrę legis, quia est in me nomen domini. Ego enim sum angelus ille, de quo dicit deus & dominus legis Moyse: Ecce ego mitto angelum meū, qui præcedat te, & custodiāt in uia, & introducat ad locum quem parauī. Obserua eū, & audi uocē eius, nec contemnendū putes, quia si dimittet cum peccaueris, & est nomen meū in illo. Ego in quā illę angelus, sum angelus pacis & cōsili, angelus

Vana speſtu deorū in ſcri pturis

Chriſtū gloriā non quaſiuit a ludæis

Mat. 5 Luc. 5 Ciaritas Chriſti nō potuit manere abscondita

Mat. 6

Oīa peccāta ſu deorū Chriſti præcognita

Hi. 2 Io. 2. & 9

Pſal. 118 & 15 Hic. 17

In Antichriſm credēt Iudæi

2. Theſſ. 2

Testimoniū legiſte Chriſto euident

Ex. 23

Ex. 19

uitæ & ueritatis. ¶ Et est in me nomen domini. Nam excepto eo, q̄ ille pater, & ego sum fillus, ille genitor, & ego genitus, q̄ d̄ cumq̄ eius est nomē, in me est, & q̄ ue ut ille nunc uerborū dñs, deus, omnipotens, increatus, immēsus, æternus, & q̄ d̄ cūq̄ aliud nomen de uero deo predicat, que uos dicitis, quia deus n̄ est, & nō cognouistis eū. Vos ergo pctm̄ ūm apprehēder, & pctm̄ uestrū uos inuenietis, quia nō accipitis me testē ueritatis, suscepturi autē estis principē uanitatris, utpote qui toti carni & uanę glorię dediti estis. Proinde crimen eiusdē uanę glorię, q̄ d̄ in me falso inuocastis, nunc ego retorqueo ueraciter in uos cū pena peccati. Dico enim: Quo potestis uos credere quę gloriā ab inuicē quæritis, & gloriā quę a solo est deo nō quæritis? ¶ Peccatū quippe q̄ q̄ gloriā ab inuicē quæritis, sicut & magistri uis scribæ & pharisei, q̄ oīa faciūt ut uideant ab hominibus, amantes primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutaciones in foro, & uocari ab hominibus Rabbi, imō q̄ gloriā ex uobis me uis turpe & immunda quæritis, uel ut oēs ethnici, q̄s deus uenter est, & gloriā in eorū p̄stendis, q̄s deus mānon est, & gloriā in rebus pessimis, letant em̄ & exultant cū male fecerint. ¶ Pctm̄ in quā ūm hoc est, pena autē peccati hæc reddidit, quia p̄inde exegati credere non potestis, & uenire ad me, ut uita habeatis. Credere uel uenire ad me, gloriāq̄ ab inuicē quærere, ualde sibi uicē aduersari & repugnāt, simulq̄ esse nō possunt cōsequunt autē se inuicē, gloriā ab inuicē quærere, & gloriā quę a solo est deo nō quærere sic eōtra sibi cōsentiant, se q̄ inuicē cōsequant, credere uel uenire ad me, & gloriā quę a solo est deo, quærere. Que em̄ est illa quę a solo est gloria, nisi testimoniū bonę cōscientiæ? Itaque uera gloria est, quia nō pot fallere, que aut ab inuicē est gloria fallit sem p̄, unde & falsa & uana est. Ergo illā gloriā uerā, scilicet bonam cōscientiam, gloriā inq̄ & honorē uobis thesaurizare, id est, credere uel uenire ad me nō potestis, q̄ diu gloriā ab inuicē quæritis: nec aliā ob causam ad me uenire nō uultis, nisi quia in unitate lōge a deo gloriā ini. Igit falso suspicamini me testimoniū uel claritatē accipere uelle ab hominibus, quā uo tū lōge est glorię cupiditas, ut ad me uenire nō possit, quicūq̄ ab hominibus gloriā quærunt? Ego in uos ueraciter & iuste retorqueo crimē hoc, quia gloriā ab inuicē quærendo ita cæcāt estis, ut ueritatē audire nō possitis, imō & gloria dei uobis odio sit. Quid deinde? Putatis accusante cōscientiā, q̄ uobis rationē redditurus sum? Vos em̄ obseruatis me, & circuitis obseruantes, ut inueniatis unde accuseris me, & in hoc exacuitis ut gladiū linguas uas, & intenditis arcū rē amarā, ut sagittetis in oculis immaculatū, & nō inuenitis, q̄ de re gno uel gloria uita tm̄ habetā cupiditatis, quātū possit a sagitta pungi, id est, legitima accusatiōne ante Cæsares uel præfides uos declamari. Ego autē habeo multa de uobis loqui & iudicare. Quid ergo? Et ego uos q̄ quali uicissitudine accusaturus sum? Nō. Nolite putare q̄ ego accusaturus sum uos apud p̄rem. ¶ Putate imō & scitote causam uestrā lōge in peius cecidisse, quia nō mihi me pater accusare, sed iudicare. ¶ Nō mihi ut accusatori uerba dedisti, nō a qua licetq̄ exprobratores p̄ peccatū estis, sed in iudiciis in manus iudicis, sed ad p̄rem nō in maiestatis, sed in incertitudine horrenda in manus dei uiuentis. Hic filius dei, cui uos nō creditis, ad quem uos uenire nō uultis, ut uita habeatis, cui pater omne iudiciū dedit, quia filius hominis est, ecce ad audiendas causas processit, in iudiciū em̄ in hunc mundū uenit, ut principē mundi foras eiciat, & oēs eius sequaces in diem malū referuer, in diē occisionis, sicut p̄phera prædixit. Ecce in quā iudex idēq̄ rex ad audiendū processit, uosq̄ uinctū peccatis ante conspectū eius adducti estis. Nolite ergo putare, q̄ ego accusaturus sum uos apud p̄rem. Seruabit quoq̄ uobis apud me idē, qui in iudicijs uestris mos est, ut nō sit unus idēq̄ accusator & iudex. Ego autē (sicut iā dixi) q̄ uos credere nō uultis: ego sum iudex. Accusator ē ego attendo cōtra quē nullus aderit defensor. Nō enim accusator deest. ¶ Est qui accuset uos Moyses, in quo uos speratis. ¶ Me iudice præsidente Moyses accusat uos. Noua res nunc a me, uobisq̄ inopinata, dicta est. Vos enim in moyse speratis. Quid n̄ uos etenim, discipuli moyſi nos sumus dicitis, uos de cathedra moyſi pendetis, & cū iudicis auribus audiat dicentem: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis, & proximū tuū sicut teipsum, totiq̄ legem in his duobus mandatis pendente & prophetas, post dorsum ūm proieceritis, in solis phylacterijs dilatatis, & magnificis simbrijs totos mosaicos uos esse putatis. ¶ Itaq̄ hoc speratis, q̄ si ego apud patre uos accusa uero, & pater quippiam dux super uos molitus fuerit, stabit moyses pro uobis, & antiqua fortitudine dē tenebit, & cum dixerit pater, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, confortabit moyses brachium suum, & tam diu complexu stringet illum, dicens: Dimitte peccata populi tui, donec respondeat dimisi propter uerbū tuum. Non est ita. Non enim hic agitur iudiciū ut pater iudicat, & me accusante moyses excusatus de ego iudex, pater enim non iudicat quenq̄. ¶ Ego in quā iudex, Moyses autē accusator est, crudelis & clamorosa cōscientiā uestra testis unus sanguis meus, que uos persequimini (iā em̄ interficere me quæritis) sanguis in quā meus clamās in cœlu de terra, que aperiet os suū, & suscipiet illū de manu uestra, testis alius est, & contra defensor nullus est. At uos in moyse speratis, quasi ille peccatores & impios, uestri similes,

Nomē dñi h̄ Christo

Mat. 6 Mar. 2

Mat. 27 Phi. 3 Mat. 5

Lu. 6, Pre. 22 Credere, &

gloriā ab inuicē quærere repugnante

2. Cor. 1

Pſal. 53

Chriſti nō accuſator, ſed iudex eſt

Hic. 12

Iudex nō uerē diſcipuli

Moyſi

Ioh. 9

Mat. 27

Deut. 33

Exo. 32

Testes duo cōtra Iudgos Gen. 4

ſoue

fouere consueuerit. ¶ Nonne quando deum tenuit (ut prædictum est) stans in contractio- ne, idem in nimia mentis humilitate, in conspectu eius, ut auerteret iram eius, nonne inquam prius manus suas ad deum expanderet, suas manus, manusq; omnium filiorum. Leui consecra- uit in mortibus uestris, qui soli de tanto numero accesserunt ad eum dicentem: qui dominus est iugatur mihi? Nonne & tabulas scriptas digito dei, ualde iratus confregit, ut uultuq; uestru, deū uestru aureu, corā quo saltates iustis, contriuit & minuit, & in fluuiū proiciens, ex eo uobis potu maledictionis de dit, & xxxiii. milia de numero uestro occidit. ¶ Quid igitur sic iratus est ubi corā uultu uestro uidit uos saltantes, & ludentes, chorosq; ducentes, quanto magis nunc uos rebelles & incredulos, populūq; duru ceruicis, ille idem iusta accusatione confringeret, quem admodū tabulas illas lapideas (qbus utiq; duriora uestra sunt corda) iusto zelo confre- git? Sceler tuis enim nunc mihi Barabbam latronem, homicidam, seditiosum, mihi præferre habetis, q̄atunc deo, quos eduxerat de terra Aegypti, uitulū, uitulū, uitulū, uitulū, & mu- rastis gloriam uestram in similitudinem uitulū scēnum comedentis, tunc ludentes atq; cantan- tes, nunc tumultuantes, & crucifige crucifige conclamantes. ¶ Quapropter sicut illæ priores tabulæ manibus Moyfi contractæ, & aliæ denuo de monte, instar priorum inci- sæ sunt, sic accusatione Moyfi uos prior populus iam iam condemnabimini, & alia gens ma- ior & melior in tabulis cordis carnalibus æternam excipiet scripturam digiti dei. Non enim in uanum Moyfi nūc dictum est: Cerno q̄ populus iste duru ceruicis sit, dimitte me ut irasca- tur furor meus contra eos, & deleam eos, faciām q̄ te in gentem magnam, quæ hac maior & ro- bustior est. Audiet quippe deniq; Moysem alia gens, uobisq; abiectis & iusta dānatione con- fractis, orbis terræ doctor hic erit, non in obscuritate literę, sed in spiritu claritate. Nam sicut cum prioribus tabulis facies eius non refulsit, sed cum acceptione tabulæ posterioris splen- dida facta est ex colloquutione dei, ita ut patres uestri ammirantes timerent & fugerēt, ita nūc in doctrina noui populi uobis præferendi, ex collatione euangelii glorificabitur lex, radiis gratiæ & ueritatis, q̄ dum prædicabitur uobis ferre non ualentis, toti aduersi fugietis. ¶ Et hoc scitote, quia qd tunc dictum est illi de peccato uitulū, ueruntamen in die ultionis uisitabo & hoc peccatū eorū, nūc implebitur, ita ut cum omni sanguine iusto, qui effusus est super terrā, ueniat & illud peccatum super generationem istam. Est igitur qui accuset uos Moysem, in quo uos ore superbo speratis, & corde incredulo ab illo receditis, cum ille uobis, imō cunctis gen- tibus, contra uos clamet: qui domini est, iugatur mihi. Si enim crederetis Moyfi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Quia si literis illius non creditis, quomodo uerbis meis crederetis? Ecce qualem ad conclusionis finem disputatio ueritatis delectabilis & uictori- fa peruenit, ecce qualiter aduersarias partes, & si non uicit ut flecteret, uicit ut confringeret. Putabant se esse filios Abraham, dicebant se iudeos esse, sperabant in Moyse, adeo prompti fa- tores Moyfi, ut quaerent interficere filium dei. Nam propterea persequebantur eum, quia hæc faciebat in Sabbatho. Confregit illos, ita ut non possint stare, conuicit illos Moyfi non cre- dere, nec iudeos esse, sed esse in synagoga Satanæ. Si crederetis (inquit) Moyfi, crederetis for- sitan & mihi. Exposuit cur a moyse, uel unde essent accusandi, uidelicet quia non crederent moy- si. Et miro modo dicit: in quo uos speratis, subdendo: Si enim crederetis, sperare nāq; non po- test, q non credit. Mirū ergo uideri potest, q̄ hinc illos non negat credere, hinc rursus eos dē- caufatur non credere. ¶ Proinde res nunc exigit, illam quæ a sanctis patribus recte perse- cta est, non præmittere distinctionem fidei. Audenter dicunt, quia sine fide neq; infidelis ui- uit. Nam si infidelem percunctari uelis, quem patrem, uel quam matrē habuerit, protinus re- spondet illū atq; illam. Quem si statim requiras, utrū nouerit quando conceptus sit, uel quā- do natus, nihil horū se nosse fatebitur, & tamen qd non uidit credit. Nam illū patrem, illamq; se matrem habuisse, absq; dubitatione testatur. Itaq; fatetur, q̄ & infidelis habeat fidem. Ha- bent etenim infideles fidem, sed utinam in deū, quam utiq; si haberent, infideles non essent. Cum itaq; sit & fides, quam infideles quoq; habere possunt; & fides, quam q̄ habent, infideles non sunt, recte iudæi & sperare in Moyse, & Moyfi redarguuntur non credere. ¶ Nam fidei- dum fidem, quā & infideles habere possunt, optime tenebant & nūc tenent iudæi, nobiles & sanctos patres se habuisse, Abraham, Isaac, & Iacob, principes ac duces, reges q̄q; ac sacerdo- tes, & turgidam spem magno uento superbæ gestabant, de illo: meritis inimicū præsumen- tes, cunctasq; gentes & immundas & ignobiles rigida nimicū cordis ceruice despicientes. At uero spem in deum uel fidem, per quā Abraham ceteriq; patres iustificati sunt, illos non habe- re uel habuisse, satis usq; hodie manifestū est. Recte igitur cū dixisset dominus: Est qui accu- set uos Moses, in quo uos speratis, protinus adiecit: Si enim crederetis Moyfi, crederetis forsi- tan & mihi. ¶ Vbi dicendo forsitan, acerime duritiām cordis eorū ad credendum expressit, quippe cū & electi ex illis, Apostoli bene credentes Moyfi, & expectantes promissum per pro- phetas regnū dei, tam difficiles ad credendū sibi fuerint, ut & ipsos increpauerit dicens: O stul- ti & tardi corde ad credendum in his quæ locuti sunt propheta. Itaq; licet posito hoc ante- cedenti,

Iustus irascitur Moyse contra hos iudeos & cetera illi ostendit Mat. 27 Ff. 1. 107 Myserum ta bulam con- fractarum
z. 10. 5 Exo. 32
z. 10. 3 Exo. 34
* vos Vltio futura Exo. 32 Mat. 25
Exo. 32
Confutatio Iudæorum
Apo. 2
Duplex fides
Quo credent & non credent Mo si iudæi
Cur ait, for- sita credere- tis & mihi Luc. 24

cedenti si crederetis Moyfi, consequens sit: crederetis & mihi, tamen quia potuit in discipulis q̄q; eius fieri, ut credentes Moyfi, non statim crederent & huic, sed ingenti opera strui oportuit, ut crederent hunc esse, de quo moyses scripsit, recte ait: crederetis forsitan & mihi. Unde & subsecutus, non dixit: q̄ si uerbis meis non creditis, quomodo literis eius crederetis? Potuit enim fieri, ut credens q̄ literis Moyfi, necdū continuo uerbis eius crederet: sed firmissime dixit: q̄ si literis eius non creditis, quomodo uerbis meis crederetis? Sicut enim literis legislato- ris iam dudū sepulti non credūt, uerbi gratia dicentis: Ecce ego mitto angelum meū & c. usq; & est nomen meū in illo, quomodo uerbis eius presentis, de ipsis nati, & inter ipsos nutriti cre- derent, ipsum nomen in seipso esse presentis, id est, deum dei filiu se esse asserentis, cuius re- spectu deus pater nominandus sit, uel aliquod nomen proferentis, qd non est nisi solius dei, uerbi gratia, cum diceret: ego principium qui & loquor uobis.

Exo. 33
Iohan. 8
Gesta Christi secundo predica- tionis anno prætermittē- tuntur hic
1 Cor. 15
CAP. VI
Post abijt
Mat. 15 in fi. Abijt de Na- zareth.
Mat. 14
Maregalilæ m. 14 h. 10
Curt Iohannes unū hoc mi- raculū post ceteros com- memorat Luc. 9
Mat. 12 Iohan. 5
Myserum unū qd dicit, p. pe- erat pascha Iohan. 15
passionis

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVAN- gelistam Commentariorum Liber Sextus.



PRÆLIBATI ANNI CVRRIGVO QUID DEIN caels fecerit, quæq; dixerit dominus Iesus, ab hoc Euangelista præter- mittuntur, quia uidelicet eorū satis multa in cæteris Euangelistis habentur. Hic namq; annus ille est, in quo initiu dominicæ prædicationis or- diuntur. Sequentis ergo anni, qui ultimus est, uitæ mutabilis, uitæ in- commutabili semper in se uiuenti narrationem ingreditur, tanto plus splendoris habentem, quanto uicinius spectat, mox affuturā post finē eiusdem anni dominicæ passionis & resurrectionis sempiternā luce. Tunc enim uere nobis omni nube discessit, benigna solis æterni clari- tas emicuit, quando uerus iste agnus, ut auferret peccata mundi, morte nostrā moriendo de- struxit, & uitā resurgendo reparauit. Huius autē beneficij claritatem præsentis anni præmit- tit, in eo maxime, q̄ dominus nosse cessariā uitæ nostræ, suæ carnis escam, suiq; sanguinis potū commendans: nisi manducaueritis (inquit) carnem filij hominis, & biberitis eius sangui- nem, non habebitis uitam in uobis. Igitur habito cū Iudæis fidelis & omni acceptione digni sermonis conflictu, hæc euangelicæ narrationis lectio sequitur. Post abijt Iesus trans ma- re Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo maxima, quia uidebant signa quæ faciebat super his q̄ in se infirmabantur. Inō præpositiue post hæc abijt, sed absoluto aduer- bio post abijt legendū. Non enim ab Hierosolymis, ubi facta uel dicta fuerant ea, quæ supra memorata sunt, abijt dominus Iesus trans mare Galilææ, ut faceret uel diceret ea quæ presenti cōtinentur lectione. Nam & quando post abierit illuc, & hic Euangelista patenter innuit, di- cendo: Erat autem proximū pascha, dies festus Iudæorū, uidelicet circa finem anni prælibati, & unde, quo uel cur abierit & ista faceret, Euangelista mattheus euidenter aperit. ¶ Videlicet unde, nisi de patria sua Nazareth, ubi non fecit uirtutes multas propter incredulitatē illoꝝ? Cur autem inde abijt, nisi quia scandalizabantur in eo? Dicebant enim: Nonne hic est fabri fi- lius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius iacobus & ioseph, & Simeon, & iudas? & sorores eius, nōne omnes apd nos sunt? Unde ergo huic ista omnia? Herodes q̄q; Terrarcha fa- ma eius audita: Hic est, inquit, Iohannes baptista, ipse surrexit a mortuis & ideo uirtutes ope- rantur in eo. Propter hæc a patria sua discedens, qualem in locum abijt trans mare Galilææ? In locum (inquit) desertum seorsum. In his omnibus mysteria continentur, nunc interim literā profequamur. Abijt, inquit, trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis. Primo dicendum iuxta hi- storiam, quia mare Galilææ, qd multis pro diuersitate circumiacentiu regionū uocabulis di- stinguatur, illis tantū in locis mare Tyberiadis uocatur, ubi Tyberis dem ciuitatē aquis, ut aiūt calidis salubrē ab occidente præmonstrat, siquidē interfluente Iordane, duodecimū pas- suum milibus in longum, & quinq; extenditur in latū. ¶ Solū hoc miraculū de omnibus quæ ab aliis dicta sunt, ab hoc Euangelista iteratū est. Quare? Videlicet ut secundū authoris inter- tionem & opus pariter & causas operis perscriberet. Nam cū hæc uisibilia faceret dominus, in uisibiliū instantia res: miro modo (ut ait ipse) coartabat usq; dū perseuerentur, & quæ admodū ex abundantia cordis os cuiusq; nostrū loquitur, sic ipse secundu diuinæ maiestatis sug opera, quæ intus meditabatur, foris miranda operabatur. Deniq; cū cibus suus esset, facere uolun- tatem eius qui miserat illū, & perficere opus eius, nunquid obliuisci aliquādo poterat unde cibus suū, quin semper dictis & factis ruminaret illū? ¶ At nūc prope erat, prope in quā, id est, post annū futurū erat, ut secundum prædictam uoluntatem patris, mare Galilææ, id est, amari- tudinem miret transmigrationis suæ, uidelicet transcēdo ex hoc mundo ad patrē per amarā passionis

Iohan. 15

Mystica ex-
positio de pas-
sione Christi
Iohā. 5

Trans mare
Tyberiadis.

Rom. 6
Oseram in
firmi, & in-
ira

* fuimus
Ephē. 2

Psalm. 17
Rom. 5

Religiosi p-
pter comoda
temporalia

Philipp. 2
Psalm. 109
Meditatio
Christi sedēdo
Heb. 1
Iohan. 14
Eccle. 9

Psalm. 19

Pascha
Exodi. 12

personis & mortis tribulationem, ac deinde sequentes se per fidem turbas populos, secundū animas refecturus erat sanctas cibarijs scripturas, simulq; secundum corpus & animam, ut utrumq; vitam haberet, daturus in escam necessarium corporis & sanguinis sui sacramentū. Hoc manifeste presenti facto prophetavit, manifestusq; se sequenti sermone confirmavit. Vnde constat homines istos tanto miraculo refectos, non a semetipsis, sed nutu diuino dixisse, quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum, ipsumq; Euangelistam hoc ipsum intendere, cum praeiicit, dicens: Erat autem proximum pascha, dies festus Iudeorum, quia uidelicet in paschali solennitate transeundo, ut iam dictum est, ex hoc mundo ad patrem, relictu rus erat nobis sequentibus se, in escam & potum, ut praedictum est, corpus & sanguine suū. Bene ergo miraculum hoc, cum ab alijs dictum esset, ab hoc Euangelista iteratū est, ut causas eius per subsequētia domini uerba plenius exponeret. ¶ Sed iam ad mysteria ueniendū est. Abiit inquit trans mare Galilaeae, id est Tyberiadis. Ecce palam est, quia reliquit domum suam, dimisit hereditatem suam. Reliquit inquam domesticos suae carnis, falsos & semetipsum fallentes discipulos Moysi, quibus supra dixerat: Quod si literis eius non creditis, quomodo uerbis meis credetis? & longe abiit quo uoluit, ad fuscitandos mortuos quos uoluit, ad dandam uitam omnibus, a quibus aequae ut patrem honorificandum se nouit. ¶ Abiit autem trans mare Galilaeae, id est, transmigravit amara uia, & difficili navigatione, scilicet portatus ligno crucis, quia tamen & triumphauit omnes fluctus suae passionis, quod uidelicet mare est Tyberiadis, quia quod omnibus notum est, passus est sub Pontio Pilato praeside Tyberii caesaris, nobiscum magnae gentium multitudini, eiusdem crucis nauigium, ad sequenda uestigia sua dereliquit. Quicūq; enim illum sequimur, in morte eius baptizamus, conspulti cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit ipse a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. ¶ Quare autem nos tantae multitudinis populus illum sequimur? Quia uidebant inquit signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Quis ex nobis omnibus qui illum sequimur, non infirmabatur? Quis non in originali peccato Adae, sine dubio additis & suis actualibus peccatis moriebat? Nam & si propter peccatum originale aequae omnes, siue Iudaei, siue gentiles moriebamur, etenim de Iudaeis quicūq; fuit, inquit Apostolus, filius irae sicut & caeteri, & si inquam omnes infirmabatur homines, nos maxime infirmi eramus, cum spem non habentes longe essemus a deo. Vnde & de nobis recte dictū est: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Illa utiq; non curiositati, sed salutis nostrae data signa, signa misericordiae & gratiae uidimus, quia ubi abundauit peccatum superabundante gratia, nos idololatras, quorum multiplicia fuerunt peccata, multipliciora per spiritum sanctum eius accepimus gratias, dona, ut sanati ex pediti curreremus, & currentes non lassaremur, labores non deficeremus. ¶ Equidem sunt plerique qui religionem Christianam non iccirco sequunt, quia uident huiusmodi signa, quibus infirmas animas curantur, magisq; illecebi sunt temporalibus commodis, quae cum sint officiales sacramenta Christi, de altario consequuntur, quae delectati spiritualium pietate donorum, quibus, ut iam dictum est, infirmas animas sanantur, fuerunt, & in illa multitudine magna plurimi, qui dominum non reuera sequebantur propter signa quae faciebat super his qui infirmabantur, nec tam delectabantur pia congratulatione, quam trahebantur Iudaico more ad ea capienda, quae postmodum ab ipso domino murmurantes quaeferunt, uel quae rentes murmurauerunt. Quod ipse illis paulo post exprobrans: Venitis inquit ad me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Attamen quamlibet diuersa mente, magna tunc secuta est, magna nunc sequitur multitudo dominum Iesum. ¶ Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. ¶ Ergo inquit quia trans mare abiit, iccirco ipse quicūq; in montem subiit, quia uidelicet propter hoc illum deus exaltauit, quia factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, & iccirco super omnes caelos caelorum caput exaltauit, quia de torrente passionis in uia bibit. Ibi sedebat cum discipulis suis, pcul dubio in magna solennitate contemplationis, habens coram se opus suum, & religioso corporis habitu exprimens praeparationem gloriae & honoris, in quo sedere habebat ad dexteram maiestatis in excelsis, quae ubi forer ipse, illic essent simul & discipuli sui. Si enim omnis uita sapientis meditatio mortis est, cum utiq; nesciat homo finem suum, quanto magis ipse qui nouerat, & pro uelle suo disponebat cursum suum, & finem suum, quem latere non poterat, quae utilitas esset in sanguine suo, dum descenderet in corruptionem, cunctas humanitatis suae uias secundum eundem finem suum coram se habebat. Quam congruo autem tempore proce debat, Euangelista pulchre innuit, ita subiungens. ¶ Erat autem dies proximum pascha dies Iudeorum. ¶ Festo quippe Iudeorum die, qui dicitur pascha, id est, transitus, quando agnus brutus, in figura huius ueri & rationalis agni, immolabatur, & eius sanguine postea consecrabatur, & sic transitus filios Israel per mare rubrum celebrabatur, tenendus erat hic idem dominus, & omnibus sequentibus se uiam maris rubri, id est, baptisimi, per mortem suam paraturus, & omnia quae nunc tam praeeunte miraculo significat, quae & subsequenti sermone commendat, in semetipso complecturus, bene ergo secundum intentionem

tionem operantis domini pertinuit ad diligentiam scribentis, ut diceret, erat autem proximum pascha, dies festus Iudeorum. ¶ Cū subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset, quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippum: unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autē dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. ¶ Ut cōiunctionis interposita uim teneas, memoriter illud sciendū est, quod iccirco transierit & in montē subierit, ut turbas sequeretur: imō iccirco mortis amaritudinem passus sit, & in caelum ascenderit, ut nos eius uestigia sequentes, ad thronū gratiae per ipsum fiducialiter accederemus. ¶ Cū ergo subleuasset, inquit, oculos, Subleuati oculi Iesu fenestras salutis, & patentes misericordiae ianuae sunt, per quas gratia & ueritas emittitur: subleuatio oculorum Iesu, praesens miserorum cōpassio est. Quo contra Psalmista de his, quorum uiscera crudelia misereri nolunt, & parcere nesciunt, oculos suos, inquit, staterunt declinare in terram. Et quidem peccata patrum nostrorum, qui peccauerunt, & non sunt, nos autē iniquitates eorum portauimus, hoc merebantur, ut Iesus oculos suos, in irā iuste depreffos, minime subleuaret, sed extra debitū iustitiae misericorditer de nobis recogitans, cū esset in sinu patris, prospexit de excelsis sancto suo, & postmodum caelo iterato receptus, aspectus erat de caelo in terram, ut audiret gemitus cōpeditorum, ut solueret filios interemptos. Vnde & sibi Psalmista: Oculi, inquit, eius super gentes respiciunt. Subleuatis igitur gratiae suae oculis, quid dixit aut quid fecit? Vnde inquit ememus panes, ut manducent hi? Equidem tunc unū ex discipulis, quos ad iustitiam magister pietatis erudiebat, hoc modo tentauit, non ut sciret, quantum fidei iam haberet: quippe qui iuxta hunc eundem euangelistam sciebat, quid esset in homine, iccirco non erat ei opus, ut quis testimonium perhiberet de homine: sed ut manu inquisitionis suae tentando, & per uocē responsionis eliciendo ignorantiam eius ipsi ostēderet, quomodo bene uolus cuiusq; artis praecceptor, interdū discipulū interrogat, non quod de ignorantia illius dubitaret, sed ut ad interrogationē euigilet, & ipse iam attēto efficacius demōstret. Caeterū omnium doctorū cunctis ordinē, qui sanctae ecclesiae uice eius praesunt, nunc usq; acrius interrogat, & tentat. Cum enim eis, utiq; seruis suis, tradidit bona sua, & uni quidē dat quinq; talenta, alii duo alii uero unū, & unicuiq; secundū propriam uirtutē, uel cū aliquē cōstituit super familiā suā, ut de illis in tempore tritici mensurā, quid aliud q̄ interrogat & tentat, id est re ipsa indicat, quis bonus & fidelis, quis autē nequus seruus sit: Nam si nihil accepissent hi, qui nunc probi uel qui suometiudicio reprobandi sunt, semetipsum nescirent. Sunt autē plerique qui dū libenter uacant ocio, de auditorū tarditate cauantur. Quorum modicam, quam in spiritualibus habent, fidem, adhuc & in corporalibus habens. ¶ Dicit ei Philippus: Ducentorum denariorū panes non sufficerent eis, ut unusquisq; modicum quid acciperet, Tale nanq; est hoc, ac si dicat hi, quibus euangelii dispensatio credita est. Omnium magistrorum ueterū pariter & nouorū doctrina non quicq; efficit, ut gens solida & antiqua, fame audiendi uerbu dei premortua, modicum quid si dei uel christianae religionis accipiat. ¶ Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas, frater Simonis Petri: Est puer hic unus, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Sed haec quid sunt inter tantos? ¶ Quis iste puer fuerit, uel cuius in obsequiū, utrū ne Christi & discipulorum eius, an quorūlibet e turba, uenalia haec portauerit, iuxta historiam ignoramus. ¶ Caeterū quicūq; in solitudine, quacunq; in deserto, id est seculi huius regione, turba gentium Christi sequitur, trans mare baptisimi eius, ut uideat signa quae facit super his qui infirmabantur, diuersi peccatorū languoribus, illuc adest puer stultitiae magnitudine cunctis notus, scilicet ille Iudeorum populus, qui pro eo, quod non habuit scientiam, captiuus ductus est: populus inquam dissipatus puer sensu, sed malitia ueteranus, qui sanguine Christi pollutus, cecidit in ore gladii sub Tito & Vespasiano imperatoribus, & in omnes gentes captiuus ductus est. Quocūq; Christū turbā credentium sequuta est, illuc iste puer deportauit secū integros quinq; Mosaeicae legis panes, id est totidē libros, duos quoq; pisces, id est, prophetas omnes & psalmos, legem simul & euangelium testificantes, uel unū eundemq; Christū regem simul & sacerdotē, claris praeconijs concinentes. ¶ Illos scripturarū panes ac pisces, collo seruili baiulat nec māducac, sicut sub onere literarū, nec attingit manu uel dente medullam spiritualis intelligentiae. Non ergo sibi, sed omni mundo portat, ut omnis homo uel quaeq; gens testimonia Christi, quae antiquissima sint, de uicino audiatur non dicat paganus siue haereticus, a nobis conficta esse quaecūq; de Christo contra eos proferimus testimonia, quaecūq; de rege & sponso suo catholica cōtra omnes ueritatis aduersarios praedicat ecclesia, nec negare queat idem puer stultus, suo conuictus onere, id est lege sua. Nam quemadmodū filii Ruben, Gad & Dimidiae tribus Manasse, nolentes transire cum caeteris filiis Israel ad habitandum trans Iordanem, & citra ipsum caulas ouium fabricantes & stabula armentorum, nos ipsi inquit armati & accincti per gemus ad bellium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua, usq; dum possideant hereditatē suam, nec quicq; quaerimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram, & ita egerunt sic iste populus, qui noluit nobiscum transire Christi baptismum, tamē hic inter nos est, portans non sibi (ut praedictum est) sed nobis omnes scripturas legis & prophetas, quae

1. Pet. 2
Heb. 4
Subleuati oculi
Ios ex cōpassione
Psalm. 16
Thren. 5

Psalm. 101

Psalm. 65

Interrogatio
magistri.

Iohan. 2

Tentans eum.

Mat. 25

Luc. 12

Puer habes
quinq; panes,
& duos pisces,
pphs Iudaicus est.
Esa. 5
1. Cor. 14

Nobis portat
Iudaeus illos
panes & pisces.

prefiguratio
isti pueri,
Numer. 3

uno eodēq; sensu cibus & arma nobis sunt, neq; dimitunt nos, donec perueniat ad uictoriam auditoriū nostrū, siue contra paganū, siue hæreticū, siue etiam contra ipsum armaturę nostrę portatorem quicquā dicitur sit uel agendum. Est igitur puer unus hic, habens quinque panes hordeaceos, & duos pisces, id est, quinque libros, scilicet pentateuchum & duos prophetas, quos Moyses & prophetae continens, & psalmos Christiū testificantem. ¶ Sed hæc quid sint inter tantos? Videlicet si ita permaneant, quomodo iste puer illos circumportat, permotum & nimis parus est, esurientū quippe multitudinem magna est, & in ipsa multitudine aliqui sunt magni, id est, magnæ nōpales scientiæ, oratores atq; philosophi, nam & de ipsis nōnulli ueniunt ad fidem Christi. At illa scripturā secundum literalem sensum non ualde magnæ sunt. Quid enim magnū apponeretur auido conuiuæ, id est, cuilibet philosopho, uel oratori, uocato & sedenti ad mensam Christi, cū non nisi secundum literam legeretur illi, quia Abraham duos habuit filios, unum de ancilla, & unum de libera, uel quia minor ex filiis Isaac, scilicet Iacob, astu matris maiori filio benedictionem præcipuit, contectus hirsutus hædoru pelliculis: Sic & in plerisq; gestis mandatis, siue holocaustis adeo macra litera est, ut quamlibet liculis: Sic & in plerisq; gestis mandatis, siue holocaustis adeo macra litera est, ut quamlibet esurient, uel dei uerbum desiderant, in ipso desiderio fastidium generare possit, nisi ad Christi manus implenda hæc scriptura peruenisset. Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. ¶ Coniunctio literæ, quæ sic posita est, dixit ergo Iesus, illi assumptioni ut conclusio responderet, quod supra Euangelista posuit dicens: Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus, statimq; aliud assumit sic. Erat autem scœnū multum in loco. ¶ Mox iteq; per conclusionem subiungit. ¶ Discubuerūt ergo uiri. ¶ Sed quanti, cum panes essent ita pauci? Sequitur. ¶ Numero quasi quinque milia. ¶ Nam reuera, quia tentando dixerat: Vnde ememus panes, ut manducent hi, & quia sciebat quid proposuisset, uel quid esset facturus: cōsequatur, ut postq; tentauit illum, faceret homines discumbere, & quia scœnū multum erat in loco, commodius ibidem homines poterant discumbere. Itemq; per conclusionem sequit. ¶ Accipit ergo Iesus panes. ¶ Nam quia tantū erant homines, & tam pauci panes, utiq; oportebat, ut ipse illos suis manibus acciperet, ut gratias ageret, aut iuxta alios euangelistas bene diceret. ¶ Ex cum gratias egisset distribuit discubentibus. ¶ Cū inquit gratias egisset, uidelicet ut nos de percipiendis uel percipiendis celestium gratiarum donis, ex quo gratias agere prædiceret, distribuit discubentibus. Quotidie qdem dñs Iesus sequentibus se, unicuiq; iuxta bene placitū gratias suæ panis celestis doctrinæ distribuit, hoc præcipiens uniuersis, ut discubant super scœnū, id est, ut reprimat uitia carnis, quia uidelicet omnis caro scœnū, & omnis gloria eius tanq; flos scœni. ¶ Quando autē sacram scripturā, quæ (ut prædictū est) per panes istos figuratur, in manibus suis acceperit, recte quærit, & citius inuenitur. Tunc enim illam, uidelicet sanctam scripturā, qua nos nascit, in manibus suis accepit, quando ipse, iuxta Iohannis Apocalypsim, uerus agnus assitens in medio throni, & quatuor animalū, & seniores, id est in medio ecclesie, homo factus apparet in testimonio doctorū omnium ueterū, pariter & nouorū, tanq; occisus, imò reuera occisus, sed de nouo uiuus, habens cornua septem, & oculos septem, q; sunt septem spiritus dei missi in omnē terram, ab ipso recepto in cœlū, uenit per incarnationis mysterium & passionis ac resurrectionis suæ triumphū usq; ad dexterā sedentis super thronum, & sic ueniendo uel eundo accepit librū de dextra sedentis super thronū, & aperuit illum, id est, uniuersam scripturā sanctam diuinitus inspiratā, de diuina potentia suscepit in semetipso cōplendam, cuius uidelicet tota circa salutē nostram in natura hominis assumpta, dispensatio prædicti libri apertio, id est sanctarū scripturarū adimpletio est. Non enim intelligerent scripturę, nisi in illo fuissent impletæ. Tunc ergo scripturæ panes in manibus suis accepit dominus Iesus, quando secundū scripturas incarnatus passus est, & resurrexit, tunc inquam acceptis panibus gratias egit, quando ita (ut dictū est) scripturas implendo, semetipsum obtulit patri, in sacrificiū gratiæ & ueritatis. Igitur acceptis panibus cum gratias (inquit) egisset, distribuit discubentibus. ¶ Similiter & ex piscibus quantum uolebat. ¶ Idem tam de Moyse q; de omnibus prophetis, & psalmis, populum suū sufficienter instruxit, aperiens illis sensum, ut intelligerent scripturas, primum illis Apostolis, deinde per ipsos, imò qui eandem gratiam, qua & ipsi successores uel adiutores eorum sufficienter de lege & prophetis & psalmis adinuenta subministrant Euangelicæ fidei. Vnde in cæteris Euangelistis signanter expressum legitur, quia cum benedixisset, & fregisset, dedit discipulis suis panes, discipuli autem turbis. ¶ Ut autem impleti sunt, dixit discipulis: Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereat. ¶ Magnum quidem in facto exteriori diuini beneficii est miraculum, ueruntamen cōidianis operibus dei non magis admirandum. Maius enim totius mundi gubernatio est miraculum, q; de quinque panibus saturatio quinque milium hominum. Itaq; nō tam mirandum erat uel est, hoc facere potuisse deum, q; gaudendum illum, q; hæc facere posset, uenisse in hęc mundū, hominem factum esse uerum deum dei filium. Illud quoq; reuerenter audiendū, & diligenter obseruandum est, q; ait: Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant, nō solū in dispo-

Veruste-
mentū in cor-
tice fig. in sus-
ficiēs ad fide

Gen. 13
Gala. 4
Gen. 27

Esa. 40
Qñ Iesus pō
nē. I. san. cā
scripturā ac-
cepit
Apo. 7

Lu. 24

Mat. 14
Mar. 5
Luc. 9

satione uerbi dei, in q; maxime cauendū est ne nimis importune & absq; discretionē infirmis aut fastidiosis auditoribus ingeratur, uerū etiā in usu uel uictu panis huiusuisibilis, quo corp⁹ pascitur, curandū est ne nobis saturatus pereat, quod esurientibus potest prodesse pauperibus. Cuius enim, nisi de donū est panis quoc; iste, quo carnaliter reficimur: ¶ Non ita simus incauti pensatores diuinæ altitudinis, ut cū dicimus patri secundū institutionē filii sui, panē nostrū quotidianū da nobis hodie, non arbitremur panē istū uisibilē, quo sustentamur in corpore, & hanc solē petitionē uel ad curā tāti patris pertinere. Quis enim uice eius habet curare, si curā ipse habere non dignetur de sustentatione huius miseræ uitæ nostræ? ¶ Proinde q; dicimus panē nostrū quotidianū da nobis hodie, triplicē debet panē nostrę deuotionis humilitas intrudere, primū scilicet panē spūalē. i. est omne uerbū quod procedit ex ore dei, quo noster homo interior uiuit, deinde panē dominici corporis, quo interior simul & exterior hō in uitā æternā cōualefcit, & subinde panē carnalē quē & ipsum idē deus & pater oim hominī immerito de terra producit, operanti terrā in sudore uultus sui, q; nisi peccasset poterat absq; labore frui uel troneis paradisi deliciis. Sigdē & ipse dominus p̄sentibus turbis oem huius triplicis panis largitatem eodem tpe aperuit. Loquebatur enim illis de regno dei, quod est panem spiritūalem frāgere esurienti, refecit eos carnalibus epulis, & deinde predicauit eis ut esurirēt & sitirēt cibū & potū sanguinis sui. ¶ Igitur quod nūc ait colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereat, reuerenter, ut prædictū est, audiendū & diligenter est obseruandū, in omni pane, quē tripliciter, ut ita diximus, uitę nostrę & salutis gratia eius prouidit, uidelicet ne sublimia nimīū & fortia prædicemus infirmis, ne indignis indiscrete tradamus eucharistiā dominici corporis & sanguinis, ne abundantia nostrā in carnalibus cibis quæ aliorū inopiā suppleere possit, aut in superfluitate abutamur, aut p̄ incuriā perire patiamur. ¶ Colligerunt ergo & impleuerunt xij, cōphinos fragmentorū ex quinque panibus hordeaceis, quæ superauerunt his qui manducauerant. ¶ Redarguta ergo discipulorū est tarditas & fides adhuc p̄modicā, q; dicebat: ducentorū denariorū panes nō sufficere eis, ut unusquisq; modicū quid acciperet, & de quinque panibus ac duobus piscibus, sed hæc quid sunt inter tantos? Imò & iuxta alios euangelistas, consiliū incōpetens dabāt omipotēti misericordię & misericordie om̄ipotentis, dimittere turbas ut irent in castella uillasq; proximas, & emerent sibi elcas. ¶ Acrisius uero & multo maxime redargutus est ille nullius fidei puer, iudaicus populus, sensu paruulus & malitia nimīū uetus, ut ad æmulationē ad duceretur in nō puerū, in puerū insipientē, dū uidet panes diuinæ scripturæ, quos uolebat solus portare, nec tamen curabat manducare, sibi ablatos & toti mundo cōmunicatos, iuxta quod idē dñs noster alibi dicit: Amen dico uobis, quia auferetur a uobis regnū dei, & dabitur genti facienti fructus eius, uidet & inuidet, saturatus esse suis panibus gentes, quæ refectionē. i. æternā refectionē odit, & in eis comedendū ora manusq; crescere uigiter me dullā orde, ita ut armaria conuiuantiū plena sint explanationū libris, cuius uidelicet orde paleam asperimā ore languido famelicis lambit, & puerili dente rodit. ¶ Cur autē in xij, cophinos magis q; in aliū numerū fragmentorū abundantia succreuit, uidelicet quæ xij, erāt apostoli nūe rolo uo figurantes uniuersos sanctos ecclesie doctores, quorū fideli ministerio tractandus erat uitalis iste scripturæ panis. Cōstat uero, nec dubiū esse finit ueritas promittentis, q; omnis seruus fidelis & prudens, quē cōstituit dñs supra familiā suā, ut det illis cibū in tpe, cū ita fecerit, premiū cōdignū reportabit. Et iuxta aliā parabolā, quia habuit, dabitur ei, & abū dabit, igitur quia & unusquisq; propriā mercedē accipiet, scdm suū laborē, recte saturatis oīnibus xij, fragmentorū cophini superauerunt, ut unusquisq; discipulorū, qui ministrauerant, suū reportaret cophinū. ¶ Illi ergo homines, cū uidissent q; fecerat signū, dicebant: Quia hic est uere p̄pheta qui uenturus est in mundū. ¶ Et nos igitur de quibus scriptū est: Ederit pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominū qui requirunt eū, nos inq; qui requisuimus eum trans mare baptisui sui illū sequuti nunc interim in hac regione deserti, triplici, ut p̄dictū est, pane ab illo quotidianie refecti, lau demus illū uera laude, dicentes: Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum, quia magnum & euidentem fecit nobis signum, sup̄ panis aquis q; intrauerunt usq; ad animā erus, i. uicta morte, quia resurrexit & in cœlum ascendit, misitq; nobis famelicis grām suæ benedictionis, scz spm̄ sanctum, q; panes suos multiplices nobis manducabiles, i. scripturas sc̄tas intelligibiles fecit, & hoc modo misit in os nrm̄ uocē cōfessionis, canticum laudis, hymnum nouum gratiarum actūs. Nos enim aduentitiae & peregrine gentes, i. nos inq; sumus illi, quibus psalmus dicit: Dicant nunc qui redēpti sunt a domino, quos redemit de manu inimici, de regione ciuitate dei, in ficitate, aquā nō habentes sup̄ne sapientiæ, uia ciuitatis, i. aditum regni dei, nō inuenientes, sed nec quærescentes, esurientes & sitientes, & animæ nostræ in malis tabescebant, ipsam suā inopiā nescientes præ turbatiōe & ebrietate, qua omnis sapientia nostra deuorata est. Dicamus itaq; quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Uere enim nō cecidit in terrā unum uerbum ex omnibus quæ loquutus est, quæ de seipso prædixit, quæ no-

Panis quoti-
dianus.
Luc. 11

Triplis peti
m^o ad copanē
Deur. 6
Mar. 4
Gen. 5

Esa. 58
Colligite fra-
gmenta ne pe-
reant.

Discipulorū
est modicā
des. Mat. 14
Luc. 9
Redargutio
Iudaeorum.

Mar. 21

Xij, cophini
reportatio
mercedis se-
cundū, p̄p̄tū
op^o uinuseu
p̄p̄. Mat. 24
Luc. 19
1. Cor. 5

Psal. 21
Dicat & gē
fideles ex gē
tib⁹ in laudē
Christi.
Psal. 68
Psal. 59

Psal. 117

1. Reg. 5
Venturus in
mundum.

a. Tim. 4
Audacia tur
bae ad eligē
dū regē cōtra
R. o. imperiū
Psal. 71.

Ro. imperiū
denotat.
Dani. 7

Ad qd venit
Chrs.

Psal. 88
Heb. 6

Math. 11
Luc. 11
Act. 1
Luc. 24

Chylarchi
tribuni

Psal. 2

chris nō vult
rebe: hōe f
eri. Mar. 22
Psal. 63
Iehan. 19

A qbus fugit
Chrs & spūs.
Act. 8

1. Cor. 9
1. Tim. 3
Phil. 3

Mat. 4

his pollicitus est. ¶ Et ex his que iam facta sunt, scimus indubitanter & illud quod futurū est
quia venturus est in mundū, scz ad iudicandū omne seculū, ad regnandū in secula seculorū.
Attamen illi homines qui uiderunt hoc signū & hec de illo dixerunt, non eo sensu dixerunt:
sed cū essent carnales, tēporali eius beneficio delectari, quod tamen mirabiliter fecit, ita dixe-
runt: quē venturus est in mundū, ac si dicerent, qui huius mundi gloriā & tēporale iātā nobis ui-
uentibus accepturus est regnū iudæorū. Nā sequitur: Lesus ergo cū cognouisset, quod uen-
turi essent, ut raperent eū, & facerent super se regē, fugit iterū in montē ipse solus. ¶ Videlicet
diligentes hoc seculū, & sapientes ea quæ carnis sunt, hoc in illo amauerunt, quod prædictū
miraculo experti sunt, scz posse illū omni ubertate rerū pascere populū suū, locupletare re-
gnū iudæorū, totūq; diuitijs uincere uel acquirere mundū, & ad hoc uenisse illū quōdā pro-
missum & expectatū regē magnū, regē inuictū, dñaturū à mari usq; ad mare, & à flumine usq;
ad terminos orbis terrarū. Er autēbat turba quinq; milia hominū in cōsultis principibus, si tñ
cōsultendi essent, & seculū deū cōsulare scirent, audebat inq; uenire agni fiducia qui & ipse lō-
ge aliud intendebat, cōspirare ad incur sandū uniuersum mundū, magnā utiq; syluā ferarū fre
mentū, illamq; terribilē & fortē nimis bestia se posse capere præsumebat, quæ iuxta Daniēl
comederat atq; cōminuerat, & nunc reliqua pedibus suis nemine resistere audente conculca-
bat. ¶ At ille non uenerat reges occidere, sed regibus iuste regnandi scientiā prædicare: non
regna terrarū tribuere, & uectigalibus premere, sed quod deerat regibus & populis, de thesau-
ro regni cœlorū uitæ æternæ donaria proferre. Lōge aliū debellaturus erat hostē q; Tyberiu
celare aliāq; capturus bestia q; Romā, tunc tēporis iudæorū dominā. Igitur uerā quidē laudē illi
homines declamauerunt, dicentes: Vere hic est propheta qui uenturus est in mundū, sed bea-
rus populus qui scit iubilatiōē. Illi, qui gustauerunt bonū dei uerbū, quod p̄ illū panē signifi-
catū est, unde isti homines saturati sunt, qui in quā gustauerunt uirtutes futuri seculi, quod iste
prophetamagnus reuera uenturus est in mundū, alio sensu laudē eandē ructuant, aliter post
deū currunt, alio lōge desyderio festinant ad eius regimen, & alio modo regno dei uim faci-
unt, & p̄ uiolentiā diripiunt, quotidie dicentes in oratione adueniat regnū tuū. ¶ Ceterū nō
ualde mirū, homines populares illius tēporis (quod & Apostolus sperabat, quod ipse refu-
sit uturus tēporale regnū israel) ita sensisse de illo magno rege israel, cū usq; hodie q; plūrimi
ex eis, qui magnifice prædicant spūale Christi regnū, & optime per scientiā nouerūt, quia re-
gnū eius nō est hinc, p̄ sepe propter solū tēporale cibū, qui perit, currunt, & rapiunt Christi,
& inclamant eū regē suū iurgantes fortiter, & eius domū, q̄ est ecclesia, uim inferentes. Quā-
ras enim turbas hmōi homines regi Christo & regno eius presentī ecclesie fecerunt? Videas ple-
rosq; faceret ceterorū q; ordinū sacri altaris ministrorū, tanto tumultu ac strepitu officia re-
gni dei p̄ripere, q̄to uix solent chylarchi, centuriones siue pentarchi p̄ tēporalibus regni ho-
noribus strepere, inuicēq; aduersari & inuidere. De quibus utiq; tā acerrime q̄ uerissime po-
test dici quia oēs quæ sua sunt quæ runt, nō quæ Iesu Christi, iesus ergo illud præsens tūc co-
gnoscens, & istud p̄nosens quid fecit? Cū cognouisset, inquit euāgelista, q; uenturi essent, ut
raperent eum, & facerent regē sup̄ se, fugit iterū in montē ipse solus. ¶ Plane hoc faciēdo, & il-
los quidē homines de manu cæsaris uel tetrachæ eius Herodis liberauit, cōtra quos illis aduo-
catus esse nō deberet, si extra fidelitatē debitā quicq; tanq; p̄ se faceret, p̄sertim cū diceret eis
redde quæ sunt cæsaris cæsari, & quæ sunt dei, deo, & seipsum calumniæ patere nō permisit.
¶ Quā etiā pro nulla occasione sagittarij malitiæ cōposuerunt, ut sagittent in occultis imma-
cularū, dicentes Pilato, quia regē se fecit, omnis qui seipsum regē facit, cōtradicit cæsari, si hūc
dimittis, nō es amicus cæsaris. Quanto magis si non præoccupasset eos fugiens, si sustinuisset
donec illū raperent & regem conclamarent, occasionem calumniæ raptissent aduersarij? Pla-
ne hoc adiecerunt, dicentes quia ut secum coniuarent, illos in desertum locū eduxisset. Vix
per hoc ipsum q; fugit, altius quid mystice innuit, quia qui Christum propter aliud q; propter
ipsum sequuntur, fugit ab eis Christus, fugit ueritatis spiritus, sicut ab illo damnato Symone
fugit, offensus eo, in quo totus erat, felle amaritudinis. Quo autē fugit ab istis? in montem, in
summā cœli altitudinē, illuc fugit, illuc se abscondit ab his, illic se cōtinēt à raptoribus & grassa-
toribus istis, non q; illuc ante impetum ipsorū nō ascenderit, sed quia non in de super illos ul-
la donorum suorum parte respicit, & circa uiles sarcinulas occupatos, scilicet uentri & turpi
lucro deditos, despiciens, solis illis se impendit, nec nimis alte se ab illis submouet, qui dicere
posunt: nostra autem conuersatio in cœlis est. Nec mora palam omnibus est, quōd ab illis
Christus fugerit, quōd illos spiritus Christi reliquerit. Turbatur namque turba, & facit hæ-
reses & schismata: Sed hec postmodū melius declarabunt sequentiā. Sequitur: L. Cū sero autē fa-
ctū esset, descēderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascēdisent nauim uenerūt in trās mare Caphar-
naū, Jali? euāgelista refert manifestū hoc factū eū iube te iusu, iussit inq; Iesus discipulos suos
ascē

ascendere in nauiculā, & p̄cedere eū trans fretū, donec dimitteret turbas, Et dimissa turba
ascendit in montē solus orare. ¶ Ascendentibus nauim discipulis, & tempestatē passuris, ipse
Christus, quē trans ipsum mare fuerant sequuti, simul nō ascendit, sed in monte remanet, ga-
uidelicet postq; semel fluctus nre mortalitatis transit, & aquæ mortis semel intrauerunt usq;
ad animā eius, iam ad ipsas passionis aquas nō reuertit; resurgens quippe ex mortuis, iam nō
moritur, mors illi ultra nō dominabitur. At uero nos, qui illum trāseunt aquas secuti sumus,
baptizati uidelicet in morte ipsius, cōsepulti cum illo per baptismū in morte, nosin quā aquas
adhuc multas transire, & mare longū arare habem⁹, si, tempestates tribulationū, aut certe ui-
tiorum pati, quas & cōstanter ferre, & superare iubemur, ad omnes tentationes preparati. Be-
ne ergo, ut Mathēus Euāgelista testatur, hoc ipsum iussit dñs Iesus, significans q; & illi disci-
puli eius, & quicunq; uellent illum pie uiuendo imitari, se recepto in montē cœli, laboraturi
forent in fluctibus seculi, probandi ad aquas contraditiōnis, & exaudiendi in abscondito tē-
pestatē, ad q̄s uidelicet fluctus non esset ipse reuersurus cum eis, nisi p̄ presentē oipotentiā
auxilij sui. Quia uero & hoc idē Euāgelista nō solus dixit, q; orare in montē ascendit, p̄te
reundum nō est, q; nec tunc, cū adhuc mortalisset orauit, nec mō cum immortaliter regnat
ad dextris dei, interpellat pro nobis absq; maxima distantia omnimodæ orationis, qua homo
orare deum debet, aut unq; debuit. Quā uidelicet orandi distantiam Lucas quodam loco ex-
pressit: Et erat inquit pernoctans in oratione dei, uidelicet cū esset filius, deum patrē reue-
renter orabat, deus ipse reuerens, & pro sua reuerentia exaudiendus, cuius uita, & mors
sacrificiū pro nobis & iugis orator extitit, Immortalitas autē eiudem nūc idoneū nre fidutiē
patrocinij est, in qua nō iā ut orat prosternit, sed sedēs ad dexterā maiestatis in excelsis, in eo
pro nobis rectē interpellare dicitur, qm̄ semetipso nostrā deo patri substantiā semper præ-
sentat fidelis perorator, iustusq; ac potens aduocatus. ¶ Cum inquit ascēdisent nauim, uene-
runt trans mare Gapharnaū. Hoc scdm̄ regulā, quam Tychonius recapitulationem appellat
intelligendum est. Prius enī anticipatur q; trans mare Gapharnaū uenerint, deinde narratur
qualiter uenerint. Sic illud in Genesi in anticipatiōē dicitur: et creauit deus hominē ad ima-
ginem suam, ad imaginē dei creauit illum, masculū & feminam creauit eos. Posterius nāq;
narratur qualiter primo hominem de limo terræ formauerit, ac deinde unam de costis eius in
mulierem edificauerit. Item cum dixisset scriptura de generationibus filiorum Noe loquēs,
ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unufquisq; secundum linguas & fami-
lias in nationibus suis, inferius narrat qualiter diuisæ sunt, dicendo: Erat autem terra labij un-
us, & sermone eorundē. Cumq; proficiscerent de oriente & c. Sic in quā & hoc loco rei ge-
stæ anticipatur, moxq; ipsa res gesta hoc mō narratur. L. Et tenebræ iam factæ erant, & non
uenerat ad eos Iesus. ¶ Ac si dicat, sicut dixi, quia cum sero factū esset, ascenderunt discipuli ei⁹
nauim, item & nunc dico, q; tenebræ factæ erant quando ascenderunt in nauim, & nō uenerat
ad eos Iesus, q; uidelicet in monte remanserat, q; (sicut aī iam dixi) propter turbā fugerat ipse
solus. L. Mari autē magno uento flante surgebat. Hoc scdm̄ tunc factum est, & lēpe fit, ut uento ele-
mentari flante, mare exurgat, & quanto uehemētor flatus in horruerit, tanto magis intume-
scat, uagasti undas collidat, & inuoluat. Tunc deprehensa in fluctibus nauiculā, nunc in cœ-
lum erigit, nunc in abyssum demergit, & ut (ait qdam) Nubila tanguntur uelis, & terra cari-
na. At uero tempestas illa, tanto miraculo dñi sup̄ aquas ambulantis sedata, seculi turbines si-
gnificat, q; nunc saluator calcet & mitigat, quando clamanti ad se Ecclesie, pacē & quietē in
tpe oportuno reformat. Igitur uētus magnus, uentus urens, est diabolus, quē & p̄ uentū aq̄i
lonem sancta scriptura significare cōsueuit, qui tunc habens iram magnā uehementius flauit,
& corda malorū ampli⁹ furore suo turbauit, q̄ nauiculā discipulorū Chrsi, scilicet sanctā eius
Ecclesiam, uidit agi p̄ mare huius seculi. L. Cum ergo remigassent quasi stadijs xxxv, aut xxx,
uident Iesum super mare ambulantē, & proximum naui fieri, & timuerunt. J. Mathēus Euan-
gelista dicit, q; quarta uigilia dñs ita uenerit. Est autē quarta uigilia noctis sere pars ultima, q; a
uidelicet quatuor sunt uigilie, tribus horis p̄ singulis deputatis, quas castroz uigiles lege mi-
litari cōmuntando excubias, & uicissim uigilando seruare consueuerant. ¶ Igitur & in hoc my-
sterium est, q; discipuli tempestatē passuri uespera ingrediunt, & mane saluatoris aduentu ui-
sitantur, quia a uespera p̄secutionis, uel peccati aduersitatē, mane uero pacis uel iustitiæ passim
in scripturis significat prosperitatē, iusta quod ait Psalmista: Ad uesperā demorabitur fletus,
& ad matutinū lætitia, id est, scdm̄ peccatū Adā, qui post meridiē declinante iam die requi-
situs & peccator inuentus est, demorabitur aduersitas mortalitatis, & secundū Christi iustitiā
qui destructo peccato per mortem suā, matutino surrexit, lætitia succedit immortalitatis, &
in corruptionis. ¶ Sane quod ait cum remigassent quasi stadijs xxv, aut xxx, magnitudinem
spectat miraculi, q; cum illis ascēdentibus nauim Iesus non uenisset ad eos, tanto spatio usq;
ad illos super mare ambulauerit. Nam cum littora curua sint, & nonnullis in locis latus conti-
nentis tenuem prodecat, in æquora linguā, quocunq; ex tractu litoris Iesus mare ascenderit

Mysterium
cur Chrsi nos
cū discipulis
redijt in nauē
Psal. 62
Rom. 9

1. Cor. 10
Mat. 14

z. Timot. 3
Psal. 10

Distantiam
orēm Chrsi,
& nostram.

Luc. 6

Heb. 1

Heb. 1

Rom. 8

1 Iohā, 2

Gen. 1

Gen. 2

Gen. 5

Gen. 6

Tēpestas tri-
bulatiōis p̄-
figurata
Psal. ac6

Hic. 4

Mat. 4

Quarta uigil-
ia noctis

Mysterium
auxilij dñi in
mane

Psal. 19

Gen. 3

Heb. 2

Stadijs xxv,
aut xxx

magno fatis spatio super aquas ambulavit. Si de sinuoso littoris secessu ascendit xxx. stadijs ambulavit, si magis in trorsum productum litus tenuit xxv. stadijs mare ambulando calcauit. ¶ Itē si mysticum sensum hic in istis numeris attendere libet, qñ in tentationibus subuenit siue à p̄fectione boni opis, siue à fide quoq; sanctæ trinitatis, ut in tentationibus exturbatos uisitauit, grandē cursum suæ dignationis perficit, & à longe deiectos in p̄fundū animos de longinquo æternæ stabilitatis suæ littore, auxiliatrix g̃ra procurrit. Nam xxv. stadij numerus, quo totus sit quadracus, ex quinario in se ducto cōpositus (quinqueq; xxv. faciū) p̄fectionē boni operis intrinsecus significat, qđ quin. p̄ sensibus corporis perficit, & quinque libris moysi cōmendatur. Tricenarius autē numerus, quem secunda unitas, i. denarius perficit, tertio repetitus, euangelicā trinitatis si dem recte figurat. Itaq; dñi Christiano in p̄secutionis uel occultæ tentationis à bono ope de pulso, Christus subuenit, quasi xxv. stadijs elongato & abstracto subuenit: cum autē ei, qui fidei q̃q; damnā in currit, miseratus appropinquat, quasi xxx. stadijs longe iactatā nauiculā liberat. Et timerunt inquit, imō p̄ timore clamauerūt, iuxta alium Euangelistā, quia putauerunt qđ fantasma esset. Ille autē dixit eis: ego sum, nolite timere. Voluerūt ergo eū accipere in nauim, & statim fuit nauis ad terrā quā ibant. Hoc loco hic Euangelista prætermittit, qđ matthæus nō tacuit, quia Simon Petrus magne fidei & dilectionis ardens erga dñm Iesum: Dñe inquit si tu es, iube me uenire ad te sup aquas, & illo dicente ueni, descendens de nauicula, ambulabat sup aquas, ut ueniret ad Iesum. Hoc cōtra suos inimicos quosdā hæreticos, qui ab erroris sui qualitate, fantastici dicti sunt, ueritas utiliter prouidit, ne deesse Christianæ fidei os aut spiritus, quo fantastica quoq; blasphemiam leuiter exfuffare posset. ¶ Fuerunt autē hæretici, qui dñm nostrū nō uerē & solidum, sed fantasticum corpus habuisse dicerent, hoc argumento nimis infirmo abutentes, quia super aquas ambulauit. Si inquit super aquas ambulauit, fantasticum & nō uerē corpus fuit. Hoc dixerunt tā imperiti q̃ impij, tam hebetes q̃ audaces. Nam eiusdē autoritatis ueritas, eiusdē & eadem ueritatis autoritas, Petrus referet ibidē super eandem ambulasse aquas, & nō ante cepisse mergi, q̃ timeret, uident uentū ualidū uenientē, fortassis in signū & portentum futuræ negationis, qđ dicitur erat, flante magno uento diaboli in prætorio diaboli: Non noui hominē, nescio quid dicis. Consequitur ergo, ut Petrus q̃q; uerē fuisse hominē, uerūq; corpus habuisse denegent, quia & ipse sup aquas ambulauit eandem, sed Petrus uerē fuisse hominē, imo purē hominē, id est, solum nō hominē, nō etiā deū fuisse, negare nō poterat. Consequatur ut hostes & negatores ueræ humanitatis Christi obmutescerent, quia nō poterant uno eodemq; pro facto, de Christo & Petro cōtraria rationabiliter prædicare, scilicet unū ambulantē super aquas, uerē & purē hominē exiitisseraliū aut, qm̄ idem fecisset, uerē hominē nō esse, uerē corpus nō habuisse. Tandē discipulis Iesu tranquillitate reddita, optato litore positis, cū eim̄ uellent eū accipere in nauim, statim (inquit Euangelista) fuit nauis ad terrā quam ibant. ¶ Notandū diligenter est, quā drifariā distinctas miserorū necessitates, & nihilominus quā drifariā in distinctionem misericordiarū domini consentiū illi, quas in psalmo cvi. propheta cōtexuit, in his dñi nostri factis eodē ordine p̄figuratas esse, quo idem propheta illas dulcisona digessit confessione. Propheta nāq; spirituali oculo præuidens gratiā dei, in tpe beneplacito uocantis, iustificatis, & magnificentis eos, quos præsciuit & prædestinauit, cōformes fieri imaginis filii sui, nosq; intuens, quia solis ortu usq; ad occasum, in aquiloni & mari, longe à deo eramus dispersi. ¶ Priam uocationē nr̄am dño cōsistens: Errauerūt inq; in solitudine, in inaccesso, uia ciuitatis habitaculi non inuenerūt, esurientes & sitientes anima eorū in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dñm cū tribularent, & de necessitatibus eorū eripuit eos. Qđ utiq; in eo fit, qđ regenerationē aque & spiritus sancti, deducimur in uiam rectā, ut eamus in ciuitatē habitationis, quā aliter inuenire nō possemus, sicut ipse ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Hoc autē p̄figuratum in eo supra dictū est, qđ abuentem dominū trās mare Galilææ, multitudo magna est secuta. ¶ Secunda distinctio misericordiarū in psalmo hæc est. Quia confregit portas æreas, & ueltes ferreos confregit, id est, actualia peccata, quæ post baptismum q̃ plurimi laxatiter incurrūt, præ suæ fortitudinis spiritum ad poenitentiam peccatores excitando dissoluit, suscipiens eos de uia iniquitatis eorū, mox ut propter iniustitias suas humiliantur, & assumūt poenitentiae luctum. Item & hoc in eo p̄figuratū est, quia faciebat signa dominus noster super his qui infirmabantur, ut uidentes turbæ, celerius se sequerentur. ¶ Tertia nihilominus earundem misericordiarū confessio illos est, qui famem simul & tædium habentes audiendi uerbū dei, cum fuerint prius & per baptismū ab omni peccato, & postmodum per poenitentiam ab iteratis criminibus iustificati, rursus appropinquāt morti, obliuiscetes manducare panem suum, id est, præ tædium non ualentes aspicerē illum, in quo uere uiuit homo, panem scripturarum. De quibus continuo psalmus prædictus ita subiungit: Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Non enim sicut fames panis eius, quo solus exterior homo uiuit, sic se habet fames quoq;

Mysteriū in his numeris

Mat. 4

Hæretici qui fantasticum corpus tribuebant Christo Mat. 14

Mat. 26

Quatuordecim hateres hominum p̄figurare, a quibus Christus liberatus Rom. 8 Prima ante baptismum Psal. 106

Iohan. 3

Secūda in peccatis post baptismum

Tertia in fame panis ceteris

Deute. 6 Psal. 106

quoq; panis spiritualis, qui est sermo dei, siquidem in fame panis huius corporalis, graue desiderium est, in saturitate fastidium in fame autem panis illius, id est, uerbi dei, graue est fastidium, in saturitate desiderium. Bene ergo de eiusmodi dictum est: Omnem escam abominata est anima eorū, quia uidelicet si quas gentium poetarum, aridumq; & uacuum Tullianæ faciendæ scenam, tanq; grandes delicias esuriunt scripturas autem prophetarum & sanctorum patrum, tanq; inanem paleam faciunt. Quod quidam magnus diuini conuiuii sermonis iam effectus, si quando (inquit) in memetipsum reuersus, prophetas legere tentassem, sermo horrebat incultus, quia lumen cæcis oculis uidere non poteram, quod tamen non oculorum culpam putabam esse, sed solis. Sed de huiusmodi quoque necessitatibus ac tribulationibus dominus, ut in his quoq; consistere illi miser cordiæ eius, liberauit eos: Et misit inquit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorū, ut panem scripturarū & ipsi manducantes, & alijs frangentes, sacrificarent sacrificiū laudis, & annunciarent opera eius in exultatione. Et hoc maxime in supra dicto miraculo significatū est, dum de paucis panibus refecti homines illi hoc opus laudauerunt, & annunciauerūt: quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum. ¶ Quartum necessitatis periculum, uel quarta confessio misericordiarū, rectorum uel prælatorū sancte ecclesiæ est, qui dū in quietis turbis presunt, multis curarū persecutionib; fluctibus tribulantur, tanq; auxiliō dñi uisitant, & de necessitatibus ducti suis magnifice iustificantur. Ipsi namq; sunt de quibus continuo psalmista: Qui descendit inquit, mare in nauibus, facientes operationē in aquis multis, ipsi uiderūt opera dñi, & mirabilia eius in profundo, horū periculum, id est, spiritus procellæ, dicente, id est, permittente domino, statim inualefcit, ut exaltentur fluctus eius, ut quā nunc per contemplationē ascendunt usq; ad cælos, repente descendāt usq; abyssos, seditiosis turbis agentibus, turbenturq; & moueantur sicut Moyses ebrius, & omnis sapientia eorum deuoretur. Nam & Moysi sapientia tali conturbatione deuorata est, quia exacerbauerunt spiritum eius, & distinxit in labijs suis, quia uidelicet solita si de tunc non est locutus ad aquas contradictionis, horum inquam periculum & subuenientium misericordiarum laudabile miraculum in eo significatum est, qđ discipulis nauigantibus (ut præ dictum est) mare magno uento flante surgebat, & dominus ambulans super aquas, ueniensq; ad eos, statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum uoluntatis eorum. Statim enim (ut præ dictum est) fuit nauis ad terram, quam ibant. Sequitur. Altera die turba, quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis in nauim, sed soli discipuli eius ascenderant. Aliæ uero superuenerunt naues à Tyberiadē, iuxta locū ubi manducauerunt panem, gratias agentes domino. ¶ Vidit (inquit) turba quia nauis alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus. Hoc aperte dictum est. Sed quando hoc turba illa uidit? Altera (inquit) die, uidelicet quando nec ipsa nauicula iam ibi erat, utpote quam procedente uespera discipuli sui ascenderant (ut supra dictum est) uenerunt Capharnaum. Ergo non corporali tunc uisione, sed uisu uidit memoria. Igitur simplici quidem elocutione, sed aperta, satis que clara significatione sanctus euangelista nobis innuit turbam illam multum attonitam, ualde sollicitam trans mare stetitisse, & comparatō à superuenientibus; quod Iesus cum discipulis suis esset trans mare in altera parte, coniecturali collatione miraculum, quod non uiderant inuestigasse, uidelicet præterita respiciendo, scientes nullam aliam nauiculam ibi stetitisse. Iesum autem cum discipulis suis non ascendisse, igitur aut pedibus illum super mare ambulasse, aut in modum Helix, quem spiritus domini plerunq; de loco ad locum transferebat, istum quoq; quem uere magnum prophetam esse paulo ante dixerant, spiritu domini trans mare rapum fuisse. ¶ Cum ergo uidisset turba, xua Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt naues, & uenerunt Capharnaum, quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trās mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc uenisti? Ergo (inquit) quia aliæ naues superuenerunt, & sic transfretandi facultatem habuerunt ad quærendum Iesum. Ascenderunt ut quærent eum, & inuenit: Quando inquit huc uenisti, non ausi dicere: Quare huc tam cito uenisti? ¶ Nam intentionem, qua illum quærebant, uel consilium quod in deserto conceperant, ut raperent eum, & facerent regem super se, tutum fore nondum arbitrabantur, in ciuitatibus prodere, quippe nondum confirmati, nec consensu eius animati, ut postulabat negotium tantæ rei. Maluissent ergo tardasse illum in deserto, donec acclamato, uel sublimato super se rege, datisque sacramentis militaribus, bellicisque ordinatis functionibus, Primum in idipsum Tetracham Golilææ Herodem, deinde in cæteros regni Iudaici Tetrarchas armata signa inferrent, sicque liberato regni Dauidici folio, Romam ipsam, cum toto, quod sub illa erat mundi imperio, tanti principes facti, rege suo præeunte, subiugarent: sicq; implerent prophetiam dicentem: Et possidebit domus Iacob, qui se possederant. ¶ Respondit Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis: uenisti ad me, non

Verba Hieronymi

Quarta in rebellionē pietatis contra reftores Ibidem

Moyfes Psal. 106

Psalmo. 107

Quo uidit hec turba

Reg. 18

Intentio eorū q̃ Iesum quærebant. i. ut regē facerent.

quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. **I**deique querenti intel-
 lectum eorum, que ab hoc loco ueritas dicere incipit, ante oia scire conuenit (in quantum possibile est)
 qua intentione ea dixerit, illam que pre oculis habere, ut in luce eius faciem agnoscat, cuiusque
 uerbi qualis sit, & aduersus oem corporis & sanguinis Christi inimicum, hereticum iudicare uel dis-
 cernere queat indubitanter, qualis non sit. ¶ Et si autem hoc in eius intentione considerandum, quod
 eadem uia, per quam uita exclusa, morsque admittitur, morte excludere, uitamque homini reducere par-
 rat, scilicet per credulitate rei, qua constat inuisibilem esse, nec humana ratione posse comprehendi.
 Scimus enim quia primi parentes nostri ac quieuerunt diabolo mendaci, & mendacium (cuius ipse pater
 est) loquenti ac dicenti: Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus, quia quacunq; die comederitis
 ex eo, operari oculi uestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Nunquid dixerunt, quomodo
 poterit hoc lignum oculis nostris aperire, scientiam boni & mali afferre, deos nos efficere? ¶ Hoc igitur
 sciendum est, quia que admodum peritus medicus secundum morbi naturam, quam nouit antequam tem-
 perat, & dicit egrotanti, quia tale uenenum bibisti, uel talem herbam, aut quolibet rem malam com-
 medisti, nisi hoc illi contrarium sumpseris, uiuere non poteris. ¶ Sic autem uerum dicit: Nisi manduca-
 ueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis. Hoc per summam
 iustitiam intendit, ut quantum homo mendacio credidit, tantum credat ueritati quantum credidit dece-
 ptioni superba presumptione, tantum credat reddere pro humiliter subiectione: tanta fide comedat panem
 & bibat calicem Christi, quanta infidelitate comedit fructum uitae arboris, ut de isto credat plus
 quam uidere potest, quod de illo plus quam uidebat, & omnino plus & aliud quod esse poterat, nulla ratione ad-
 ductus credidit. ¶ Sed ad ipsa uita a terne uerba ueniendum est: Amen amen dico uobis in-
 quit, uenistis ad me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.
 ¶ Rex iste, quod non ab hominibus fit, sed homines ad regnum suum colligit, non reges de solis suis eni-
 cit, ut fideat ipse pro illis, sed cupiditate evertit, & charitate construit in cordibus nostris. Nam quod
 istis hominibus dicit, omnibus cupiditatis satellitibus dicit: in quibus tamen est Christi sequi, uel
 deum querere uideant, tamen tunc uere cupiditas regnat, si deum propter alium quam propter ipsum que-
 runt, aut se quunt. ¶ Cum igitur audimus dicentem regem istum: Venistis ad me, non quia uidistis si-
 gna, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis: ad cor suum quisquam redeat, & inter-
 roget semetipsum, qua mente ad thronum uel mensam eius adeat, id est, quid desideras ad san-
 ctum altare eius accedat. Sunt illic signa quae fecit Iesus, sunt & panes quibus, qui accedunt,
 pascuntur, qui nihil aliud esuriunt, saturantur, signa quae facta sunt super his qui in firmam-
 bantur, illa sunt quibus sanamur, mysteria incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis eiusdem domini nostri Iesu Christi. Qui propter haec ueniunt gaudentes, & gratias
 agentes, quia ea uidere meruerunt tempore quidem praeterito, uirtute autem semper praesentia,
 & sancto desiderio pascuntur in his: non illos tanquam raptos suimet rex Christus refugit, sed esse
 ciues & domesticos suos agnoscit, ut faciat illos inuenire quod quaerunt, quia iam intra illos est
 regnum dei, iam sunt ipsi intra regnum charitatis. ¶ Panes autem regis eiusdem Christi, panes
 inquam multi, non unus panis in eo de illo uno pane, qui est ipse Christus, sed de panibus
 eius nunc agitur. Panes ergo Christi regis sunt illi, qui pro mercede constituti, iusta & antiqua
 lege debent his, qui altario deseruiunt. ¶ Qui soli huic mercedi inhiant, & ob hanc solam sacri al-
 taris ministerio se ingerunt, raptos regis, & peruersos regni sui, importunum ornantes solium
 intempestiuum portantes sub sellis. Dicit eis rex tam acriter quam sapienter: Amen amen dico uobis,
 uenistis ad me non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Ac si
 dicat: uos utique non me, sed mea diligitis: non quod ego sum, sed quod est sub me quae ritus: non mei
 sed mensae meae uos estis amici. Manducatis ex panibus meis & sufficit uobis. Saturati estis:
 Non enim iustitiam esuritis aut sititis, sed solo uentre ducimini, solam curam carnis facitis in concu-
 piscentiis. Et haec est beatitudo uestra, totaque saturitas, in grege pomparice domus domini, comedere
 agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Cum nihil aliud quaerentes canitis ad uocem psal-
 terij, sicut Dauid putatis uos habere uasa cantici, & nihil patimini regis contributione Ioseph. Vere
 enim non copatimini, neque compassione charitatis pascimini in contemplatione signorum, quae uide-
 tis, id est mysteriorum, quae in altari commemoratis, nihilque omnino patimini super contributione dice-
 tis: haec quotienscunq; feceritis, in memoriam facietis. Quid igitur dicam, quo facto regem, quem
 quaeritis, non rapaci cupiditate, sed ordinata charitate apprehendere possitis. Operamini non
 cibum qui perit, sed qui permanet in uita aeternam. Operamini inquam non cibum qui perit. Cibum
 ille qui saturati estis, propter quem uos ad me uenistis, ut iteque saturati ueniatis, quia iteque esuriatis, coti-
 die perit, & quoties intrat in os, toties in uentre uadit in uentre inquit, & non in mentem uadit,
 & in secessum emittitur, & sic perit. Talem cibum non dico, ut operemini, non comoneo, ut pro
 illo solliciti sitis: non inuito uos, ut propter illum ad me ueniat. Non enim ad hoc in hunc mun-
 dum ueni, ut impleam horrea uestra saturitate huiusmodi, & uino torcularia redundent, unde
 amplius grauetur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis seculi. Iam quippe sufficit dici
 uestro malitia haec, ita ut diem illum prauidere non possitis, qui tanquam laqueus superueniet
 uobis.

Hic incipitur tractatus de Eucharistia.

Intentio

Gen. 3

Rex Christi

Quidam testatur a iniqua tenentem uenisse ad Christum

Eph. 3
Lun. 7

Deut. 27
1 Cor. 9
Ante dicitur oia cerdores, ut recte seruiatis domino

Rom. 15
Amos 6

Mat. 6

Cibum qui perit impedit a cibo Christo
Mat. 15

uniuerso orbi, Sed illum potius cibum dico ut operemini, qui permanet in uita aeternam, id
 est, qui in hac mortali uita manducatus, ad hoc ualet, ad hoc proficit, ut uitam det mundo eter-
 nam. Hunc talem cibum operamini. Quae filius hominis dabit uobis. Dabit inquam, non de-
 ditur forte talem cibum uel tales cogitetis panes, quales manducastis (ut praedixi) & saturati
 estis, quia uidelicet non aliud esuritis, quia uos esuriam sitimque iustitiae non habetis. Illum uobis ci-
 bum benedictione sua multiplicatum dedit, & non dabit, nec assuescetis, hoc regem, in otio, ciborum
 abundantia crapulari, remota iam a uobis poena, quae iuste operati homo terram in sudore uultus
 sui, hunc autem cibum non dedit, sed dabit, cum uos opus eo cibo dignum operati fueritis. Tunc
 inquam & non ante uobis dabit. Quare? Hunc enim pater signauit. Iccirco non nisi operanti-
 bus dabit hunc cibum filius hominis, quia per hunc signauit, hunc a communibus signis certo & proprio si-
 gno suo distinxit, ut cum alios cibos ois bonis ac malis operantibus, & otiosis communibus fece-
 rit, eadem largitate, quae solem istum uisibilem facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos
 & iniustos: solum hunc cibum, hunc cibum, de quo nunc loquor uobis, nunquam dare uelit nisi dignis
 id est, operantibus opus dei. Ita signauit, ita clausis oibus caelorum portis apud se continuit, ut non
 cum cibis communibus patiat a canibus uel porcis inueniri. ¶ Quo autem signo hunc signauit?
 Magno plane & reuerendo signo, scilicet nomine suo. Dixit enim de hoc pane uiuio, & est nomen
 meum in illo. Nomen quod est dominus deus ac dei filius, huius panis proprium signum est. Cui
 enim angelorum & hominum dixit aliquando: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Haec & huiusmo-
 di nomina, quaecumque sunt diuinae naturae, proprie panis huius signa, imo unum proprium si-
 gnum sunt. ¶ Praeterea signauit hunc eundem, non dum quidem in re, sed iam dudum in pre-
 destinatione, mox autem signabit in re, signo quod omnes uidebitis, quando coquetur hic panis
 igne passionis, ut absque signo suo, quod est sua crux, non detur ad manducandum alicui: nec
 ab aliquo possit, nisi per hoc signum agnosci aut inueniri, capi uel manducari. Igitur cum dixit
 set dominus: Operamini cibum, qui permanet in uita aeterna, iam nil superesse uidebatur ope-
 rariis illis tam promptis, qui quaerierant rapere illum, & facere regem super se, nisi ut designato
 sibi opere admitterentur ad promerendum cibum, qui non posset perire. Nam in se mota nul-
 lam fore, auida spe praesumebant, quin facerent quicquid praecipere largitor tanti stipendij
 rex. L. Dixerunt ergo ei Iudaei: Quid faciemus, ut operemur opus dei? Sed istis tam fortibus
 tamque humerosi regni dei operariis, non asperum iugum, non graue onus rex iste im-
 ponat audiamus. Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem ille
 misit. Hoc opus dei tantae suauitatis ac lenitatis iugum uel onus est, ut ei nulla seculi libertas,
 aut otium ualeat comparari. Deliciosum opus certe, & dulce omni homini, si scirent omnes fi-
 lii Adae dulcedinem eius experiri, euaporato sensu carnis, uel inflatione miserae uanitatis, quae
 ex prima radice, id est, ex primo parente in cunctos humani generis ramos & fructus nimis
 pertinaciter sese effudit. ¶ Hoc enim opus & non aliud, datum est primo homini, quando tu-
 lit eum dominus, & posuit in paradiso uoluptatis, ut operaretur & custodiret eum. Quid enim
 laboris arbitramur illi fuisse iniunctum ab eo, quod dictum est: ut operaretur, & custodiret eum?
 Putamus ne, quod impossibile fuerit illi hoc operis, ut operando, in sudore uultus sui uesceret ex
 omni ligno paradisi, aut ut poma paradisi custodiret, ne dirutis sepibus aliquis predo nocturnus
 illa decerneret? Ergo quod dictum est: ut operaretur & custodiret eum, hoc esse intellige-
 re debemus, ut creatori suo in laude & gratiarum actione fidem animum gereret, plusque deo,
 quam ullam dei creaturam diligeret, & credendo consilio eius, paradysum seruaret sibi, ne peccan-
 do habitationem eius amitteret. ¶ At ille ingratus, cum antequam operandi praecipit accepisset,
 mercede operis donatus esset (prius enim in paradysum tulit eum deus foris plasmatum, quod ope-
 randi daret illi praecipitum) ingratus inquam suauis iugum, & leue onus abiecit dei, & donum
 creatoris sui. Quid enim asperitatis aut grauitatis habebat, imperio credere dicentis: Ex
 omni ligno quod est in paradiso comedes, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas,
 quacunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini? ¶ Igitur opus dei, omni otio sua-
 dius, hoc est, ut credatis in eum, quem ille misit. Hoc maxime & ipsa diffinitio creden-
 di in eum, palam dabit intelligi. Quid est enim in deum credere, nisi deum non propter sua,
 sed propter seipsum diligere? Nam qui deum propter alium quam propter seipsum querunt (quem ad-
 modum isti, qui ueniebant ad dominum Iesum, quia non signa uiderunt, sed quia manduca-
 uerunt ex panibus, & saturati sunt) nec deum diligere, nec in deum credere dicendi sunt. Ali-
 ud enim est credere deo, credere deum, & credere in deum. Possunt quidem credere deo, uel
 credere esse deum, sed credere in deum nullatenus dicendi sunt. At illi, qui deum non propter
 temporale emolumentum, sed propter ipsum diligunt, uere in deum credere dicendi sunt.
 Et hi profecto gustauerunt, gustumque suauis experti sunt hoc opus dei, quod est credere in deum
 in eum, quem ille misit, idem est ac si dixisset, ut non propter panes, quos manducastis, sed propter
 me ipsum ad me ueniat. Sed omnes amici huius mundi non eo spiritu agunt, ut contentes
 Christum

Luc. 21
Mat. 6
Luc. 21.

Gen. 3

Textus ad-
dit deus
Mat. 15

Mat. 7
Quo signo
panis iste si-
gnatus est
Exo. 23
Heb. 1
Psalm

Opus dei, ois
otio dulcius.

Gen. 2
Opus hoc pri-
mo homini
datum fuit

Ingratitudo
primi hominis

Credere in de-
um, est deum
propter seipsum
non propter sua
diligere

Rom. 8

Christum dicere possint ei, non tua, sed teipsam quaerimus. **D**ixerunt ergo Iudaei: Quod ergo signum tu facis, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit illis manducare. **N**onne ergo ueritas uestra dixit, quod isti homines ueniebant ad eum, non quia uiderant signa, sed quia de panibus manducauerant, & saturati fuerant, id est, quia non illud propter quod signa faciebat, sed ipsa signa quaerebant, ea maxime, quae non animae, sed uentri proficerent. Cum enim dixissent: quod signum tu facis, ut uideamus & credamus tibi, quid operaris? continuo quasi resus interrogasset: quod signum uultis ut faciam uobis? Patres nostri (inquunt) manducauerunt manna in deserto, uidelicet quicquid fecisset aut dixisset ad uera pertinentem uitam, nihil actum crederent: nisi ultroneis diuitijs impleret eos usque ad omnem nauem. **E**t uide nunc quod irreuerenter pulsanit dominum uanitate, quasi iam illum in consortium adduxerint suae uanitatis, a conclusione incipiunt sic: Quod ergo signum tu facis? Ac si dicant: Dixisti hoc esse opus dei, ut credamus in te, quem ille miserit. Magna profecto gloria quaeris, nec paruo signo tibi debet concedi. **Q**uod ergo signum tu facis? quid operaris? **A**n quia de quinque panibus hordeaceis, quinque milia hominum semel satiasti? Hoc ualde parum est ad hoc, ut credamus tibi. Maius fuit, quod per nisi manducauerunt manna in deserto, non panem de terra creatum, sed de caelo datum, non quaerunt aut quinque milia hominum, sed exceptis paruulis & mulieribus, sexcenta milia pugnatuorum, non semel aut bis, sed totis quadraginta annis. **Q**uid tale tu operaris? Nunquid tu mandasti nubibus desuper, & uenas caeli aperuisti, & pluis nobis manna ad manducandum, & panem caeli das nobis, ut panem angelorum manducet homo, & cibaria habeamus in abundantia? **N**onne haec contulit nobis Moyses, & tu maiora quoque conferre debes, si te ut asseris misit deus pater? **N**on minoribus, imo maioribus signis, ut credamus tibi, efficere debes, hoc modo tentantes, ipsa tentationis pressura putabant extorquere se posse, quicquid ille facere poterat, quasi se contemnerent non ualens, & festinans ad gloriam, mox talia facturus esset signa, qualia superba ipsorum cupiditas ambiebat. **E**t quidem nec nunc, cum homo factus esset, manus eiusdem domini, qui coram patribus eorum illa fecit mirabilia, erat inualida, ut iteque plueret super eos sicut plueret carnes, & sicut harena maris uolantia pennata, & caetera faceret talia, sed sicut illi tentatores horum tentatores patres, non potuerunt satiari a miraculis, nisi solis mortibus suis, tentantes & murmurantes tam diu, donec desertum implerent cadaueribus suis: ita isti filij illorum nullo miraculo genere uel multitudine satiari potuissent, nisi solo signo Iouae, quo ita contriti & destructi sunt cum templi & sacerdotij sui ueteribus umbris, quomodo cucurbita, quae obumbrabat capiti eiusdem Iouae, sub uno solis ictu exaruit. **S**i enim postquam filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terrae fuit, in statu suo Iudaea, uel synagoga permansisset, non magis quiescissent aduersus dominum, & aduersus Christum eius inanis, quam patres eorum, nisi in deserto profatrati fuissent, cessassent tentando, murmurando, aduersus deum confurgere, quid ergo saturatis illis, & superflua quaerentibus, aeternae necessarii dominus e diuini dicat: omnis famelicus exaudiatur, qui non propter cibum pereuntem, sed propter eum, qui permanet in uitam aeternam ad tantum regem accedere, & coram illo semper assistere desiderat. **R**espondit ergo Iesus & dixit eis: Amen amen dico uobis, non Moyses de die uobis panem de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uestrum. **N**on inquit patres uestri, non Moyses patres uestrorum: illo omnium, qui manna manducauerunt maxime, dedit uobis panem de caelo, sed pater meus non dico dedit, sed praesenti tempore dat uobis panem de caelo uestrum: panem inquam uestrum, id est, non pereuntem, sed permanentem in uita aeterna. **S**icut scriptum est: Dicitis panem de caelo dedit illis manducare. **V**ere dico uobis: non sicut haec scriptura prophetica dicit, tunc factum est, quando manna manducauerunt patres uestri, sed sicut futurum erat, ut aperirentur ianuae caeli, quae propter peccatum antiquum clausae fuerant humani generi: & ut panem angelorum manducaret homo, tunc praefiguratum est, quando illo pane patres uestri alti sunt in deserto. **N**am sicut aqua illa, quae tunc de petra percussa profluxit, ut biberent patres uestri, romphetae quae ante paradisum posita est non extinxit, sic illud manna nec cibum angelorum exiit, nec uita angelicam patribus uestris dedit. **H**oc loco silendum non est, male quosdam ignotos & absconditi nominis homines opinari, suis quibus defendere dictis & scriptis, panem uestrum & potum, quae in sancto altari sumimus, nihilominus patres illos manducasse tunc temporis & bibisse, & nihilominus hoc esse uestrum corpus & sanguinem Christi, quod fuit illud manna, uod ille populus comedit, & illa aqua, quae de petra producta non solus populus sed iumenta biberunt. **H**ic error suo pro maximo argumento adhibent auctoritatem Apostoli dicentis: **E**t omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. **B**ibe bant autem de spiritali consequente eos petra. **P**etra autem erat Christus. **I**taque cum praesentis ueritatis auctoritate dicentis: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uestrum, aduersus hanc detestabilem praesumptionem, quamlibet paucis respondendum est. **P**rimo quod dicendum, apostolum non eo sensu dixisse, quo isti accipiunt, & omnes eandem escam

Tentatio Iudaeorum praeferebat signa patrum signis Christi

Exo. 12

Psal. 77

Iusta dei uoluntas in filios Iudaeos, sicut olim in patres uestros

Mat. 12 Ionae 4

Panis uerus non manna, sed Christus est per manna praefiguratus

An praesentis quieti a comede de terra scripturae ut nos.

1. Cor. 10

Responsio ad uerba Pauli

Verus sensus Apostoli.

escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: neque diuinculam relaxauimus, scilicet eandem escam uel eundem potum ita posuisse, ut referri uelit ad illam escam illumque potum, de quo ipse dicit: Hoc est inquit corpus meum, hic est sanguis meus. **S**ed eandem (inquit) escam manducauerunt, & eundem potum biberunt Dathan & Abyron, quae Moyses & Aaron, eandem utique Chore, quae Caleph aut Iosue. **H**oc enim intendit Apostolus ea lectione ut sollicitus reddat omnem hominem, ne se arbitretur iam comprehendisse, quae coeque est sacramenta fidei Christianae. **N**am haec omnia inquit in figura facta sunt nisi, uidelicet ut antiquis sciamus experimentis, quod licet omnes baptizati sumus in eodem nomine patris & filij & spiritus sancti, & omnes manducemus idem corpus & sanguinem Christi, non tamen arbitrandum nobis sit, quod eque omnibus nobis beneplacitum sit deo, quocumque uiuamus, qualiacumque post baptismum operemur. **Q**uia quae admodum cum omnes illi eisdem signis, eisdem, inquam, malis quibus & boni fuerint glorificati, in pluribus tamen eorum non beneplacitum est deo, ut introduceret eos in terram repromissionis, scilicet non coplacebit ei, ut introducat nos in regnum dei, si fuerimus concupiscentes malorum, quae admodum & illi concupiscimus, si fornicati fuerimus, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt si tentauerimus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt: si murmurauerimus, sicut quidam ex ipsis murmurauerunt. **I**gitur textus Apostolicus literae nemini succurrit, uolenti accipere sic eandem escam uel eundem potum esse dictum, ut referat ad identitatem cibi & potus uiuifici, quem sumimus in commemorationem domini nostri Iesu Christi. **S**ed neque illud, quod escam & potum spiritualem idem Apostolus dicit. **N**am si aliter uelis accipere escam & potum spiritualem, quod in figuram spiritualis continentem, & ita non naturali rebus ordine, sed spirituali uirtute procedunt, ipse Apostolus in eisdem literis te constringit quantum uis recalcitrantem. **D**icit enim paulo post: **H**ec autem omnia in figuris contingebant. **S**i omnia, utique & illa escam & ille potus in in figura contingebant. **P**roinde non magis illud manna panis iste ueruserat, nec magis ille potus idem erat, quod iste uitalis potus, quae uere Christi sanguinem credimus & confitemur, quod illa petra Christus erat, petra utique inanimata & insensibilis, quam Moyses uirga percussit. **N**am uniuersa (ut ita dictum est) contingebant in figura, quae profecto nusquam ualeat idem quod ipsa res quam figurat, sicut umbra non est idem quod ipsa rei uel corporis substantia. **S**ed dicit aduersarius, Nimirum iste panis quem in altari consecramus, figura est panis uiui, qui de caelo descendit, non ipse panis uiuus. **C**uius uero auctoritate canonica fretus, catholicis hoc inferis auribus: **N**unquid ubi dixit ipse panis uiuus de pane quem tenebat in manibus: **H**oc est corpus meum, dictum est aliquid tale quale dixit Paulus, ubi cum dixisset: **P**etra autem erat Christus, & caetera, haec autem inquit omnia in figura contingebant illis: nempe si ipse Christus aut Euangelista, uel Apostolus author esset dictionis huius, non tu es res dearguendus. **E**tiam si dicat quis figuratam esse locutionem, qua dicitur postea: **N**isi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, non nobis aduersatur, quia uidelicet ista figurata locutionis ueritatem rei non perimit, quae admodum in parabola seminat, uerba parabolica rem non perimit uere seminantis. **Q**uae enim est definitio figuratae locutionis? **N**empe cum aliud in uocem sonat, aliud intelligendum est, figurata locutio est. **P**lane ergo & si praedicta locutio figurata est, aliter enim Iudaeis sonuit, aliter Christus sensit, rem ipsam figuratio non perimit, sed ipsa potius figuratio re permanente perimit: cum de pane & uino signatur dicitur: **H**oc est corpus meum, hic est sanguis meus. **I**bi enim sensus Iudaeus perimit, quae luce clarius est, quod sicut intelligebant, Christus manducandus non est. **P**utabant enim quod conciderit carnem suam, & manducari, in qua contebatur quinque sensibus, quemadmodum conciditur caro agni, & comeditur. **I**bi inquam figuratio haec perimitur, & permanet sensus uerbi consonus, scilicet quod panis in ueram substantiam corporis eius diuina uirtute conuertatur. **Q**uod si cuiquam impossibile apud deum esse uideatur, scilicet ut panis, qui hoc anno creuit & terram corpus Christi fiat, & quod uinum, praesentibus expressum acinis, uerum in sanguinem dominicum, consequitur ut aqua quam paulo ante de Rheno aut Tyberi, uel quilibet fonte hausit, crucis & passionis Christi sacramentum signata, non credat illa esse, quod de latere eius lanceato, cum sanguine fusa cucurrit, ad hoc, ut per baptismum suum lauet nos a peccatis nostris, ut cum hoc quod negauerit sit ex toto ethnicus & publicanus, sit homo totus haereticus, post primam & secundam ammonitionem, a cunctis deuitandus. **Q**uod si illud cur non credat, cum omnis aqua, siue maris, siue fluminum, aut fontium, cisternarum, aut paludum: omnis inquam aqua undecumque sumpta, uel producta, secundum substantiam sit una? **C**um igitur undecumque sumpta sit, crucifixi domini sacramentum admota fuerit, rationi fidelium nulla dubietas subest, quin ipsa eadem sit, quae (ut supra dictum est) dominus noster de latere suo profudit. **Q**uid autem secundum substantiam nisi aqua est? **A**qua nempe a radicibus imbibitis, per uites ascendit, & calore solis paulatim uegetata, uinum fit. **I**tem cum ex quatuor elementis homo compositus sit, sanguis utique in illo ex aqua substantia est. **I**taque uinum & sanguis ex eadem substantia sunt humoris, & neutri horum ignis quoque deest elementum. **N**am & sanguis calidus, & uinum feruidum est. **S**olummodo colore & sapore differunt, quae

Verus sensus Apostoli

Escam spiritualis patrum non erat sicut nostra est, nisi in figura

Non est idem sensus dicere hoc est corpus meum, et petra erat Christus

Quid figurata locutio

Ioh. 15 Luc. 18 Tit. 2 Aqua, uinum, & sanguis acciduntur, distentur, non substantia

Vt in confectione fit sanguis

quæ profecto cū accidentia sint, nullius in diuinis actibus momenti sunt. substantiæ quippe non accidentia computantur in numero creaturarū. ¶ Cum igitur uino uerbum crucis & passionis Christi accedit, quæ ratio uetat, ut non idem sanguis, qui pro multis in remissionem peccatorum factus est, debeat credi? An quia non colore, sapore assumit sanguis, quæ admodum quando corrumpit in intestinis corruptibilis hominis, & sanguis horridus uisui quæ fit? Nempe incorruptibile uerbum, tamq̃ in corruptibilis & immortalis Christus, sic uinum suum sanguinem effecit, ut reuiuifca & gustu blande nihil inferat corruptionis. ¶ Nihilominus substantia panis quatuor elementis confecta, multo magis cognata est uere humano corpori Christi quæ fuerit manna, quod in aere iussu dei concretum supra castra Israel pariter cum rore descendebat. Frumentum de terra natum est, & blandis fauoribus aeris aspiratum permaturuit, non sine aqua, pluuia, & calore solis, sed ut hoc taceam, rursum ut fieret panis, aqua comixtum, & igne decoctum est, & ita substantia panis peracta est. Cum ergo panis ille uiuus, qui de caelo descendit, quem (ut supra ipse dixit) pater signauit, cum inquam eodem signo, quod ipse est signat hunc panem, qui (ut omnes nouimus) nuper creuit in terra, & signanter dicitur Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, aude dicere aliud esse quæ Christi corpus? Veritas dicitur: Hoc est corpus meum, & addit quod pro uobis tradetur, & tu dicit non est idem corpus? Nempe si non est idem corpus, si non est idem qui de caelo descendit panis uiuus, nõ est hoc corpus quod pro uobis traditur. ¶ sed iam dudum liquet omnibus, in quo sensus tuus hæreat carnalis totusq̃ animalis, id eoq̃ non percipiens ea quæ sunt dei, uidelicet quia nec panis, nec uinum aliquid de exteriori specie mutauit, itcirco sapere non potes, nec uis, quæ uere factum sit corpus & sanguis domini. Consequitur ergo, ut cum albus episcopus te fore mauri hominem baptizauit, nõ credas te ipsum apud deum factum esse, quod est is qui te baptizauit, scilicet quod de filio diaboli factus sis filius dei, de filio mortis filius uitæ, de filio ire filius gratiæ: semper enim, pro eo quæ capillus tuus niger non reformuit, faciesq̃ tua totius quæ corporis cutis ethiopia, secundum colorem eius qui te baptizauit non retinuit. Quod si concedere perhorrescis, ne infideli deterior sis, & maus confiteri, quæ quis de exteriori specie nihil mutauerit, uere de alio corpore diaboli, quod est omnis massa perditio, in alium corpus Christi, quæ est Ecclēsia, transferis: crede & hoc, quia panis iste uisibilis, & uini, quæ ex rebus temporaliter uiuis, quæ nihil de exteriori specie mutatum sit, in alium transferunt, in illum cibum potumq̃ conuersa sunt, qui angelorū uictus est, quo pascuntur immortaliter, quia uidelicet tam in hoc, quæ in illo sacramento, uerba quæ loquitur nobis dominus, spiritus & uita sunt, id est, non carnaliter, sed spiritualiter, non secundum crassitudinem carnis, sed secundum mentis nostræ spiritum, renouationem & resurrectionem totam perficiunt. ¶ Sed quid dicemus magnis & magnificis paruulorū magistris, quibus interdum suauiter dolet Platonis Academia quæ hæc uiuifica dominus mensa: quid inquam dicimus eis, ubi totis uiribus intenti ad expugnandum ueritatem dominici corporis & sanguinis, magnorū sententias doctorū, coram atrulerint, dicentium, hunc panem significauit manna, hunc panem significat altare dei, sacramenta illa fuerunt, sacramenta hæc sunt, in signis diuersa sunt, in re quæ significatur paria sunt, item quæ aliud illi manducauerunt, aliud nos sub specie uisibili, quæ tamen idem significaret uirtute spirituali? Hæc enim & his similia de non contemnendis sumere uidentur auctoribus. Secundum quæ & apostolus audi inquitur: Patres nostri omnes in nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt, bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. ¶ Quid igitur respondebimus eis? Et quidem iam superius dictum est, eandem escam & eundem potum nequaquam apostolum ad hanc escam & ad hunc potum, quem de Christi mensa fumimus, referre uoluisset, habitatoresq̃ eius spirituales ueritatis & gratiæ longe alio sensu uerba hæc protulisset: uidelicet ut intelligas, quæ eandem escam manducauerint, & eundem potum biberint Dathan & Abyron, quem moyses & Aaron, eundemq̃ chore, quem caleph aut ioseph. ¶ Alioquin si dicas, uel apostolum dixisse intelligas, eandem escam illos in illis umbris manducasse, quam & nos manducamus hoc tempore uere uel gratiæ, & dicas cū supra dicta quorundam auctoritate, manna illud, & hunc panem mensam Christi, in signis diuersa, in re quæ significatur paria esse, & cetera quæ supra dicta sunt, ac proinde fatearis, hunc panem non magis, quam illud manna corpus esse Christi, nec plus spiritualis habere uirtutis, consequitur plane, ut dicas sacrificia agnorū & arietum, nouo sacrificio panis & uini fuisse sanctiora, ueteresq̃ panes propositionis digniores hoc pane, qui ponitur, & sacrum in mensa Christi. ¶ Præ dicta namq̃ sacrificia longe sanctiora fuerunt, quæ illud manna, uel aqua illa quæ de percussa fluxit petra, quippe cum de sacrificiis, uel propositionis panibus nõ nisi mundis, & sacerdotibus, aut legitimi generis hominibus edere liceret, illud autem manna indifferenter cuncti manducare, & illam aquam, utpote nulla diuini nominis inuocatione sanctificatam, licet spirituales, id est, non naturali ordine, sed spirituali uirtute producta, uel spiritualis potus

Panis fit corpus Christi

Exo. 16

Nihil obstat remanentia ibi accidentia.

1. Cor. 2 Pulcherrimum iudicio Ro. 8 Ephe. 2

Gal. 5

Objectiones aduersariorū

1 Cor. 10

Responsio petita ad uerba Pauli.

Inconueniens aduersariorū opinio

Vetera sacrificia legis sanctiora quam manna Leui. 23 Reg. 12 Exo. 16

is potus significatiua iumentis & que ut hominibus bibere, & canibus quoq̃ lambere impune licet erit. Scriptum est enim: Egressæ sunt aquæ largissime, ita ut populus biberet ac iumentum. ¶ Sed per Christi gratiam non eo usq̃ altissime sapiant isti sapientes, qui tantis obiectionibus mensam domini diuerbant: ut prædicent iumentis, non dico & brutis animalibus, quæ aquam illam & ipsa biberunt, sed iumentis quæ cõputruerunt in stercore suo, & canibus qui reuertuntur ad uomitum suum, subis quoq̃ lotis in uolutabro luti, hunc panem uel potum dominicum in discrete tradendū esse prædicent: quomodo, ut prædictū est, illo pane, cui comparsa esse uoluit hunc panem dominicum, & illa aqua populus ac iumenta cõmuniter uti potuerunt, neq̃ hoc modo irritū faciant eiusdem quoq̃ apostoli iudiciū dicentis: qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. ¶ In collatione sententiæ de corpore & sanguine domini, beati Ambrosii sententiam digne palmam obtinere indicatū est, dicentis inter cetera: Liquet igitur, quæ præter naturæ ordinem uirgo generauit, & hoc quod cõficimus corpus ex uirgine est. Quid hic quæritis naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus iesus Christus partus ex uirgine? Vera utiq̃ caro Christi est quæ crucifixam est, quæ sepulta est, uerū ergo carnis illius sacramentū est. Item: Sicut uerus est dei filius dominus noster iesus Christus, non quæadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita uero caro, sicut ipse dixit, quam accepimus, & uerus potus est. ¶ Igitur etiam si angelus de caelo nobis euangelizet prædicta apostoli uerba, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in moyse baptizati sunt &c. sic exponendo, quæ hæc ipsa, quæ tunc in illa umbra uel in illa nocte facta sunt, eiusdem fuerint uirtutis, cuius ista sunt sacramenta, quæ nunc in die salutis fide Christi rutilante fiunt, uel eo cibo potumq̃ siue baptismo, quo baptizati sunt in moyse, siue & in mari, magis illos consummatos fuisse quæ postiores, inter quos Samuel & David qui per mare non transierunt, neq̃ manna manducauerunt, si in quæ etiam angelus de caelo hæc euangelizet, non illi tanq̃ lucis angelum, non in hac sententia, tanq̃ Christi audiemus apostolum ¶ Quod & si quis sanctorum patrum tale quicquid alibi dixit, quod a præsumptoribus in aduersum præripi potuerit (sicut mos eorum est, qui cum uenando aliquid apprehēdere quæuerint, quod uibrare queant ex aduerso ueritatis, ad uersarij magis exultant, quæ sciamus quomodo aut collegam conciderit) sunt eiusdem alia pleraq̃ scripta, quæ fidelis lector diligenter conferens, periclitanti fidei citius subuenire ualeat. Verbi gratia: dem quem tenent aduersæ quasi patronum sententiæ, dicit in David, quia cõmutans uultum suum ferebatur in manibus suis, nihil aliud sine dubio quæ seipsum tulisse ait uerum David, id est, Christū in manibus suis, cum tenens panem & uinum diceret: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, qui & paulo post dicturus est in hoc eodem euangelista, & panis ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Nonne hic idem euangelista iohannes dicit in Apocalypsi: Si quis apposerit ad hæc, apponat super illum deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de uerbis prophetiæ libri huius, auferat deus partem eius de ligno uitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto: Nunquid uero minus timenda est hic illa maledictio, ut non detrahamus uel apponamus quicquid uerbis dicitis, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, hic est sanguis meus nouum testamentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum? ¶ Cum enim illo dicente, hoc est corpus meum, nos subadditionem apposuerimus, dicentes, figuratiuum uel per similitudinem dictū, cum in quæ illo dicente, hoc est corpus, nos dixerimus, hoc significat corpus, nonne multum est quod apponimus uel praua demutatione detrahimus, & sensum generamus, quem tantus auctor, deus & homo, nusq̃ est locutus, nec ascendit unq̃ in cor eius? Nempe cum obiecit quis, uisq̃ scripti tati in sche dulis, quæ itidem dixerit eadē ueritas, ego sum uitis: tam audacter quæ imperite in argumentum mendosum illud attrahit, cum statim subsequente uerba dicentis: sicut palmas nõ potest fructum ferre à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis, manifeste per similitudinem dictū cõpellant intelligi, præsertim cum non signatè dixerit, ego sum hæc uitis, sicut signatè dicit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, apposita proxima descriptione uere proprietatis, de corpore in quæ, quod pro uobis tradetur, de sanguine autem, qui pro multis effundetur. ¶ Igitur ne ueniāt super nos plagæ nouissime, neq̃ apponimus neq̃ diminuis quicquid diuine diffinitioni uel descriptiõni, quæ in carnatū uerbu ore proprio de quæ sit, imo quæ pfecta charitas foras mittit timorē, non tã plagæ timore, quæ ueritatis amore contemur, quæ panis iste corporeus, post quæ signauerit eum pater, & uini hoc expellum acinis presentibus, mox ut eodē signo signatū est, panis uis ecclesiæ dicitur: ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu Christi &c. usq̃ in mei memoriã facietis: corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu Christi &c. hoc sacrificiū ipse Christus est, cuius passio, ut sacrificiū fieret, à deo patre in ueritate signatū est. ¶ Dicit nūc aliquis: Quid ergo manducauerit ueteres sancti, ut uitã æternã haberent? Si nõ præterito tempore dedit, sed presentia dat pater panem de celo uertū, quæ nisi manducauerimus, nõ habebimus uitã in nobis, quomodo nūc uitã habent beati patriarchæ

Nunquid Absurda reticentia. Ioh. 1. Pro 16. 2. Pet. 2.

1. Cor. 11. 2. Tim. 2. 1. Ambrosio. Ioh. 1. 1. Ioh. 1. 1.

Opinio aduersariorū. Ioh. 1. 1. Ioh. 1. 1.

Galat. 2. Cor. 1. Causa hereticorū. Ioh. 1. 1.

Augustinus.

1. Reg. 2. Mat. 26.

Ioh. 6. Apoc. 1.

efficacissima ratio. Augustinus. Ioh. 1. 1. Ioh. 1. 1. Lutheranos.

Ioh. 1. 1.

Veteris panis in corpus & uini in sanguinem cõmutatur. Ioh. 1. 1.

Verba sacra canonum. Quæstio de iustificatione patrum.

pariarchæ, uel prophete sancti, omnesq; anteriores electi, qui antequam pater hunc panem daret, defuncti sunt, non accepta promissione, & iccirco non potuerunt manducare? Quid enim? Nonne per unum idemq; peccatum, mors in omnes homines petransit, & tam illi qui præcesserunt, quam hi qui subsequantur Christi aduentum, in uno omnes peccauerunt? Num ergo peccatum emundari morteq; aboleri oportuit aliter illis quam nobis, aliter nobis quam illis? Aut nunquid dominus supplantat iudicium, uel omnipotens subuertit quod iustum est, ut non secundum modum communis culpæ adhibeat communem omnibus medicinam iustitiæ, sed secundum mutabilitatem uoluntatis suæ uariat ordinem uel effectum uitæ æternæ. Verbi gratia, ut dicar, uos primis sola fide perficimini, uos alij per circumcisionem consummaminati, uos tertij, nisi baptizemini, & nisi carnem meam manducetis, & sanguinem meum bibatis, non habebitis uitam in uobis? ¶ Huic obiectioni oportune respondendum est: Cum primum nemo sit qui dubitet, sanctos omnes ab origine mundi expectasse hunc redemptorem generis humani, nec aliter eos potuisse paradiso restitui, nisi uenisset prius hic agnus tollere peccata mundi, illud quoque scire oportet, quod ob causas antiquas certas & notas, cum his duobus salutis nostræ sacramentis necessarijs, scilicet, baptismo corporisq; & sanguinis sui cibo potusq; illum uenire oportuerit. Nec enim aliud tunc intendit, cum secundum iustitiæ simul & misericordiæ suæ consilium immutabile, primum hominem lapsum per cibum uitam requisit, dicens: quare hoc fecisti? uidelicet stirpem eius tam diu persequitur, donec culpam eandem humiliter recognitam, & pia confessione damnatam, ipse gratiæ suæ flumen aboleret, & sic demum uerum uitæ lignum, quod ipse est, aduersus cibum illum, quem præsumpsit, comedendum apponeret. Aliter quippe destrui non poterat peccatum illud, quod homo credens diabolo plus quam deo, cibum ueritum superba intentione comedit, nisi ut iterum plus credens deo quam diabolo, e contra cibum imperatum humili subiectione comederet idem homo. ¶ Vt ergo iusta ratione peccatum destrueret iustitia sempiterna, peccatorem eiusdem cæstigio subsecuta est inexhausta misericordia, nec ante reuocare desistit, donec in filijs hominum fidem inueniret, & humilitatis uoces sibimet respondentes audiret. Cœperunt enim homines miseris erudit, malitiam serpentis deceptoris agnoscere, & cum execratione reuigere, & in condemnationem cibi illius, quem ab illo per suasas homo contra deum comederat, sacrificia decimasq; & hostias pacificas deo creatori offerre, cupientes cibi illius maledictionem talium commestione sacrificiorum, cum inuocatione diuini nominis expurgare. Sed non poterat brutum pecus loqui, iustitiam non poterat offerenti se, conferre, quam non habebat, uitam æternam. Ita ergo præparatis clarisq; uerbis, cum sine Abrahe iam ex ipsis esset impletus, patefactis in plenitudine temporis cœli ianuis, dedit pater hunc panem uinum & uerum, panem signatum, panem angelorum. ¶ Qui causam habens eandem cur ueniret, quam habuit in paradiso, cum primum hominem requireret, scilicet ut cibo, per quem homo perijt, oppositum cibum daret, præcedente merito humilitatis & fidei, præcepto patris aduersus lignum scientiæ boni & mali ipse fructus uitæ æternæ in ligno crucis pendere uoluit, & per passionem mortis, mortuorum simul & uiuorum cibum fieri, ut suo quique modo comederent eum, tam mortui quam uiui. ¶ Deceptum quippe illum de arbore crucis manu patris, ipso dicente, pater in manus tuas commendo spiritum meum, comederunt illum animæ sanctorum, eo uidelicet modo quo & angeli eundem comedunt comederunt inquam ueram diuinitatem, & uere aperti sunt oculi eorum, & exinde uiderunt deum, quem antehac nemo uidit unquam. Corpora quoque illorum in monumentis iactantia, uirtute cibi huius non caruerunt, mox ut eodem uentre quo tenebantur & ipsa, receptum est corpus eius sicut Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Nam uirtute huius cibi factum est, ut multa ex ipsis resurgeret, in testimonium futuræ uincibilis resurrectionis, qui utiq; non, ut quidam existimauerunt, iterum morituri resurrexerunt, de quibus ait euangelista, quia uenientes in ciuitatem sanctam post resurrectionem eius apparuerunt multis, quod uidelicet absurdum diceretur de iterum morituri, uerbi gratia, de Lazaro uel de filio uiduæ, qui non apparuerunt multis, sed omnibus uisibiles & contrectabiles, atq; omnino conformes siue copassibiles fuerunt sub conditione mortali, comedentes atque bibentes, & habitantes in domibus suis. ¶ Viui autem comedunt modo, ut prædictum est, sibi congruo, comedunt eiusdem passionis salutem traditionem ipsius domini signatis panem & uinum, ut edant pauperes & saturerent, & lauder dominum qui requirit eum, edet inq; pauperes grandæ elemosinæ regis regis, quæ dat ipse non alia q̄ seipsum, nõdũ in sua specie. p̄ fide enim nunc ambulamus, & non p̄ speciem, ut uera fide manducare cibum uitæ æternæ, culpam euadamus parentum nostrorum, q̄ manducauerunt decepti uana spe & nimia credulitate diuinitatis præripiendæ. igitur non alio remedio ueteres consummati sunt sancti & alio subuenitur nouis, sed quo sanguine simul cœqua profuenerit

profuente de latere Christi emundata est uniuersitas illorum in ipsa hora dominicæ mortis. eodem nos emundatur, singuli, & eodẽ aquæ elemento unde cunq; sumpto cum uerbo eiusdem crucis & sanguinis, in quo nos (inquit Iohannes) lauit ille à peccatis nostris. ¶ Et uel illi agnum in ara crucis torridum illa sacratissima uespera simul omnes in inferno positi uel ceter comederunt, impleta propheta, quæ dicit: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Etenim non actiue dictum est, mordebo te, uel ero mordens te, sed passiuè: morsus tuus inquit ero inferne, quem inquam agnũ in inferno mortui comederunt, nos eundem suum quicq; temporibus, & locis manducamus, ut cum illo in æternum uiuamus. ¶ Quod si quis à nobis querat, quomodo panis qui hoc anno de terra creat corpus Christi sit, qd in cruce pendit, & uinum qd præsentibus expressum est acinis, ille sanguis eius sit, quæ de latere suo fudit? Interrogemus eum, quomodo filius hominis, qui utiq; de semina cõceptus, & de terra natus est, de cœlo descendit, uel quomodo ascendit in cœlum, iam in cœlo esse poterit, iuxta ueritatẽ ipsius dicitur: Et nemo ascendit in cœlum, nisi qd descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. ¶ Hoc profecto si quid sapit repondere poterit, qd propter unitatem personæ dei & hois Christi illud rectissime dictum sit, quia uidelicet unus est Christus, filius hominis cũ filio dei, qd de cœlo descendit, quicq; cũ esset in terra, nihilominus & in cœlo, & ubiq; erat, quippe quæ locus nullus defendit, quia in cœlo scripta est natura diuinitatis. Ergo uerbis paululum demutatis dicamus ei: Nemo te subleuat in cœlum, nisi hic panis qui descendit de cœlo, hoc corpus domini, quod pendit in ligno, & hic sanguis eius qui effusus est pro omni mundo. Nempe si priorem sententiam uidet, de ista nõ uido quid dubitet. Vnitatem uerbi, unum efficit corpus Christi, ut illud quod tunc in cruce pendit, & istud qd nunc Ecclesiæ fides ore sacro conficit, unũ corpus sit, unamquam caro, & unus sanguis sit. ¶ Proinde non ita simus incauti adulatores altari, beati Augustini, ut cum dicat ille, sacramentum & rem sacramenti, unitatẽ corporis Christi, quod est Ecclesiæ, rem dicens esse sacramenti, panem autẽ dominicum huius rei sacramentũ sitimq; acquiescamus eis, qui hanc diuisionem in patrocinium sui sensus arripiunt, dicentes: sacramentum id esse sacre rei monumentum, & hoc modo nullum faciamus locum dominicæ diffinitioni, quam ita est elocutus: Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hic est sanguis meus qui pro uobis effundetur. Etenim Ecclesiæ quidem corpus Christi est, sed nõ illud corpus quod pro uobis traditum est, siquidẽ Ecclesiæ non pro seipsa tradita est. Quod si panis mensæ domini, non nisi huius sacre rei, scilicet unitatis Ecclesiæ monumentum est, multo magis nec ipse corpus illud est, quod pro nobis traditum est. Itaq; quantalcumq; uolunt similitudines hinc accipiant dicentes: Quia sicut multis ex granis conficitur unus panis mensæ domini, & sicut multis ex acinis cõfluxit uinum calicis Christi, sic ex multis hominibus cõfistit, & tamen una est Ecclesiæ dei, uel quæcunq; talia & apte inueniant, & utiliter profertur, dummodo fundamentum permaneat quod positum est, præter qd aliud nemo ponere potest, ab ipso dicente de pane & calice uini: Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur: hic est calix sanguinis mei, qui pro uobis effundetur. ¶ Hoc fundamentum fidei non bene custodit, illa prædicationẽ domini dicentis: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, qui dicitur ita recipiant: Qui manet in me, & ego in eo, hic manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in illo sensu præoccupati, qd manere in unitate fidei, hoc sit manducare carnem, & bibere sanguinem Christi, & adeo non necessariam sibi arbitrantur esse ad salutem corporalem dominicæ mensæ communicationẽ. Sed quid si omnes hoc idem dicant, & omnes hoc idem sapiant: Nonne otiosa reputabitur illa traditio domini, & ad nihilum redigeretur, ut nusq; obseruetur modus ille, manducandi, & bibendi, quem ipse ore suo prædocuit, sub ipso articulo sacrosanctæ passionis: Pereat igitur à corde Christiano hic sensus, quem im portat hæc inutilis reciprocatio. Hoc plane Christus non docuit, sed qui manducat, (inquit) carnem meam, & bibit sanguinem meum, eo uidelicet modo quo traditur sum, cor de credendo ad iustitiam, & ore manducando ac bibendo ad salutem, hic in me manet, & ego in eo, ita ut iam non sint duo, sed una caro. Manducare namque & bibere, causa efficiens est effectum autem, ut in me maneat & ego in eo. ¶ At ille, qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non nemo indigne manducare potest, sed nemo indigne manducare debet. Panis namq; semel consecratus, nunquam postea uirtutem sanctificationis amittit, aut Christi caro esse desinit, sed nõ prodest quicquam indigno, cuius fides sine operibus mortua est, & sic et cõspiritum qui uiuificat, non habet, quo ore percipiat. Quid enim mirum est, si terra terram comedat: Quid autem caro Christi, remora diuinitate, nisi terra nona est? Proinde quicq; carnem Christi comedat, non expauescimus, certi, quid de nostro sumperit, qd de suo fit dei filius. Quo ergo deuenit, quod indignus manducat & bibit: Hoc certe (sicut ante nos dictum est) pius sit & salutem, credere per membra diffundi, ita ut non sit obnoxium fecerit, sed hoc plus habet dignus ab indigno, quia huic ad salutem, illi proficit ad iudicium. ¶ Nunc ad ordinem ceptum sermo reuertatur, & cum ueritate præsentis lectionis Euange-

Apoc. 1
Ide q̄ p̄ scribus
Exo. 12
Osee 13
Quæstio
Iohan. 3
Responso
Q̄to est unũ
corpus Christi
in cruce, & i
altari.
1. Cor. 3
Mat. 23
Iohan. 6
Nõ solũ fide
sed et ore mā
ducare oportet corp̄ dñi
Ephes. 1. Cor. 11
Quis mandu
cat, & bibit
indigne
Iacob. 22
Iohan. 6

Exo. 16

Psal. 139

Proprie dit-
tatio panis
v. 11.

Psal. 145

* Verbum
Exo. 16

Manna nou-
erat panis ue-
rus, quia da-
bat mundo

1. Co. 10.

Numeri 21
Panis dei

Deut. 10.

Terren⁹ sen-
sus iudaeor⁹.

Psal. 49

Psal. 24

licæ escam potumq; dominici corporis & sanguinis (uti ceptum est) pertractando manduca-
cemus, manducando pertractemus: Amen amen (inquit) dico uobis, non Moyses dedit uo-
bis panem de celo, sed pater meus dat uobis panem de celo uerum, siquidem illum qualeme-
cumq; panem, quem patres uestri in deserto manducauerunt, panem utiq; uel cibum perituro-
& quotidie pereiret, non ipse Moyses alijs dedit, sed cum alijs ab eodem deo accepit,
qui dat escam omni carni. Quare ergo uerum panem, de quo loquitur, Moyses dare non potuit,
sed pater meus dat uobis? Sequitur. Panis enim dei est, qui descendit de celo & dat
uitam mundo. Vera & si. ma ratio, plane comprobans, q; uere panis hic Moysē maior sit, nec
ab illo dari poterit, sufficiens q; ad demonstrandum panis eiusdem subitantiū diffinitio. tri-
bus perfectā incrementis, uidelicet q; dei sit, q; de celo descendit, quōd uitam det mundo.
Si dixisset: Panis enim dei est, nec plus addidisset, non illum à communī pane decreuisset, nā
& omni panis, quem terra profert, dei donū est, dei creatura est. Et tenim domini est terra, &
plenitudo eius. Ad dedit ergo qui descendit de celo. Sed & si non plus adiecisset, nec dum sa-
tis istum panem diffinisset, nam & iudaei cum dixissent: Patres nostri manducauerunt in de-
serto manna, protinus adiecerunt: Sicut scriptum est, Panem de celo dedit eis manducare.
Et quidem illum panem pluit dominus de celo, non tamē æthereo, sed de celo aërio, per qd
uolantes aues, uolucres celi dicere solemus. Et * uerbo quoq; descendit quod hic positum
est, de illo pane dictum est, quia cum descenderet ros mane super castra, descen-
debat pariter & manna. Adiecit ergo & tertiam huius panis differentiam, quā non finit illum communē in-
telligi cum pane aliquo dicenti: dat uitam mundo. Quod uitā dat, & non uni genit, sed uni-
uerso mundo uitam dat, hoc maxime pondus, preciumq; panis huius commendat, & singula-
ritatem demonstrat. Quid enim est, uitā dari, nisi mortuos uiuificari? Hoc certe manna non
magis facere potuit, q; panis ille, quem singulis annis terra profert seminanti. Nec enim panis
ille uel aque, quam petra produxit, uisā uitā inerat, quā minus fabulose quidam dixerunt, quōd
petra sequeretur de loco ad locum castra filiorum Israel, ex occasione dictionis Apostolicae,
qua dixit: Bibebant autem de spiritali conueniente eos petra. Et enim non lapis inanimatus
post castra uoluebat, sed torrentis alueus de petra productus, populum secundum uiam,
qua itur erant, nuri dei deriuatus conuequebatur. Igitur panis huius ueri, quē pater dat, ple-
nā diffinitio est, & nec plus, nec minus dictum est q; oportet. Panis dei est, id est, non ex ho-
minibus, sed ex deo est, imō & angelorum quidem & hominum cibus est, sed nec angelorum
nec hominum donum est, & non ex ipsis, non pro ipsorum meritis, sed pro gratia dei. Et hic
sponte sua descendit de celo, quo ascendere non poterat Moyses, ut inde illum deferret huc,
datis uitam mundo, id est angelis & hominibus, uel uiuentes angeli comedunt, & nunq; mori-
antur morte, quā mortuus est diabolus, comedant homines mortui, & à duplici morte corpo-
ris & animæ resuscitentur. Multo ergo maior Moysē panis hic, satisq; constat, quia talis ab
illo dari non potuit. Sed isti conuiuia terrenā uitam & cibo, qui perit, oculos non subleuan-
tes, panem hunc, panem dei, qui de celo descendit, & uitam dare mundo iam uenit, non autē
debant, ut pote surdi, & indociles auditores legis, dicentis: Non in solo pane uiuit homo, sed
in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Unde hæc reputabant, q; spirituale quid loqueretur
eis. Dixerunt ergo iudaei: Domine semper da nobis panem hunc. Hunc inquit uideli-
cet qualem te intelligimus habere, panem semper da nobis, ut non necesse habeamus in sudo-
re uultu saratro terram uertere, semina sulcis credere, & in saturitate panis, & otii securitate,
non sit opus penuriam ullius rei præcauere. Attamen talis propositio qualicunque spe-
tentos illos fecerat, nec enim solummodo concesserant uerum esse panem, quem à patre da-
ri dominus dixerat, sed & nimis auide audientes acceperunt, uenisse panem dei de celo, qui
daret uitam mundo. Iam ipse doctrinæ ordo postulabat, ut panem ipsum clara & uisibili as-
sumptione demonstraret, ut uel murmurantes illi & non credentes, in æterna semetipsos sa-
me concluderent, ut credentes, & ad ipsum uenientes, uitam æternam manducarent. Dicit
autem eis: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me non esuriat, & qui credit in me, non sitiet un-
quam. Iac si dicant: ecce quia de uero pane audistis in hianti desyderio, sinos uestros laxastis,
dicentes: Domine da nobis semper panem hunc, nolite rursus claudere uel constringere, di-
co uobis, quis panis ille sit, & longe aliud ostendo, q; uos speraueritis. Ego sum panis uitæ. Iam
in uestro arbitrio est, accipere & habere panem hunc. Nolite obdurare corda uestra, sicut in
irritatione secundum diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, sed uenite
ad me, & non esurietis: credite in me, & non sitietis. Parauit pater in conspectu uestro mensam
si uos uerum panem esuritis, si ueram resurrectionis aquam uiuis. Sed dixi uobis, quia uidistis
me, & non creditis. Hoc inquam dixi uobis, noui enim uos, quōd non propter ea, quia signa
uidistis, sed propterea quia de panibus manducastis, & saturati estis, uenistis ad me, & nec didi-
co, quia uidistis me, & audistis uerba æternæ uitæ, & non creditis, sed tantummodo signa ui-
dere, non illud propter quod signa sunt, credere uel credere uultis, tantummodo panes man-
ducare

ducare, cibosq; perituro saturati, & non cibum qui permanet in uitam æternam, curatis ope-
rari. Quid ergo? Quid faciet hic uerus panis, quoniam uos ad illum manducandum uenire
non uultis? Audite iam. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & cum qui uenit
ad me, non eijciam foras. Poteram ego dicere: Omnis quem dat mihi pater, ad me ueniet,
sed uos fastidiosi iudaei, quorum saturitas & crapula Pharisæica superstitutionis uerum panē
fastidit, de uobis solummodo me dixisse arbitri emini, uidelicet tanquā uos habeat solos expe-
ctare hic panis dei, quoniam filij Abraham estis, & manducatores alios nisi uos, habituros non
sit. Dixi ergo: Omne quod dat mihi pater, omne inquam siue bonū, siue malum, siue mun-
dum siue immundum, siue circuncisio siue præputium, omnis sexus omnis conditio ad me ue-
niet, & cum qui uenit ad me, nec ducunt ueniat, qualiscunq; ueniat, dummodo ueniat, id est,
credat, non eijciam foras. Faciam quod fecit homo ille, qui cum fecisset cenam magnam, & uo-
casset multos, quoniam illi ceperunt simul omnes excusare: Exi inquit in uias & sepes, & pau-
peres ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. An putatis, q; panis iste uerus frustra de celo
descēderit, nisi uos illū comederitis, & q; à prætorib; derelictus, ad mensam coeli, frustrato pro-
pter uos consilio suo, referendus sit? Non est ita, sed implebit mihi pater domum turbam fame
licorum, hoc pane saturari cupientium, & quodcunq; ille mihi dederit, quicumq; illo reuelan-
te, panem istum agnouerit, licet catellus ueniat sub mensa colligere micas, non eum eijciam fo-
ras. Quia descendi de celo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit
me. Quod ergo descenderim de celo, q; panis uiuus & uerus sim, hoc dixi uobis, & adiecit
Quia uidistis me, & non creditis. Hoc sane, ut non faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem
eius qui misit me, uos reprehendere non potestis, quem profecto deum esse non dubita-
tis. Nam & si de celo me descendisse non conceditis, attamen à deo misum, id est, prophetā
magnum, qui uenturus sim in mundum, paulo ante confessi estis. Hoc inquam non reprehē-
ditis, ut non faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Quid est enim non
uoluntatem eius, qui (ut dico uere) misit me, sed uoluntatem propriā facere, nisi propria uen-
tū potestare, iniuste aliquid disponere, nō rerum merita pensare, sed præiudicia faciendo, bo-
num malum, uel malum bonū dicere, tenebras pro luce, & lucem pro tenebris ponere. Hoc
ergo uos improbare non potestis, q; non faciam uoluntatem meā, sed uoluntatem eius qui misit
me. Proinde ceptum profequar causam, ut rationabiliter uos ab æternæ uitæ conuiuio se-
clusos, & alios admittere eos esse ostendam. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris
ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Sed hoc
uobis adhuc forte clauisum est, nec intelligitis, quid sit illud: Omne quod dat mihi pater. Dico
ergo idem manifestius. Hæc est enim uoluntas eius qui misit me patris, ut omnis qui uidet filiū
& credit in eum, habeat uitam æternam. Quod dixi, ut omne quod dedit mihi, id est, quod
nunc dico, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum. Sed iccirco sic & sic dixi, ut sciat non
magis circuncisionem q; præputium signū esse illorū, quos dedit mihi pater, quos uult ut non
perdam, quos uult habere uitam æternam, sed sola fide discerni, solo amore filii: cognosce-
dos esse, quos ille mihi filio suo saluandos dederit. Omnis enim qui uidet filium, qui oculo
est illud quod dedit mihi pater. Et cum sit uoluntas eius, qui misit me patris, ut non perdam
quid ex eo, quod ipse mihi dederit, sed resuscitem illud in nouissimo die, ego non ira contra-
rio faciam uoluntatem meam, ut respuam quenq; eo quōd non sit semen Abraham, uel quia nō
sit insignitus circūcisionis character: Si autē omnis qui uidet & credit, uitam habet æternam,
pro uoluntate patris, quanto magis qui non uiderunt, & crediderunt æterna uita digni sunt?
Omnis ergo, siue qui corporali præsentia me habens uidet opera, quæ facio in nomine patris
mei, & credit, siue qui rationis intuitu uidebit & credit, uidelicet cum sibi annunciarum fue-
rit, iam habet uitam æternam, iam ex eo quod credit, transit (ut supra dixi) de morte in uitā.
Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et nunc iam habet uitam æternam, uidelicet re-
suscitatus secundum animā, & in futuro quando omnes qui in monumentis sunt, audient uo-
cem filii dei, & procedent, ego ex nomine uocans, resuscitabo eum, & de massa uel congerie
morte æternæ mortuorum, in resurrectionem iudicii procedentium, discernam illum. Ego
enim, sicut panis uitæ, sic & resurrectionis quoque corporum dator sum. Ad hoc ualebit ei
uenisse ad me, uel credidisse in me, ut à duplici corporis & animæ morte resurgat, & sicut su-
pra dixi) amplius non esuriat nec sitiat. Murmurabant ergo iudaei de illo, quia dixisset:
Ego sum panis qui de celo descendi, & dicebant: Nonne hic Iesus filius Ioseph, cuius nos no-
uimus patrem & matrem? Quomodo ergo nunc dicitur quia descendi de celo? Hoc est pec-
catum illorū, de quo excusationem nō habent. Nam nescire quōd descendit, uel quomodo
descenderit de celo, non adeo mirum erat, præsertim cum uulgata opinione putaretur
esse filius Ioseph, sed de illo murmurare, & non potius cū illo agere, uel ab illo quærere, ut scia-
re mererentur, de illo (inquā) murmurare peccatum erat, per quod merebantur uia ueritatis
M 3 nunq;

Omne q; dda-
mili p; ad
me ueniet

Luc. 14

Mat. 19

Quid ex uolū-
tate propriā
iacere
Eia. 7

Omnis qui
uidet filium

Iohan. 7

Peccatum mur-
muratis in
excusabile

Psal. 77

Contemptus ex noie Iesu

Nemo potest hoīem trahere, nisi solus deus

1. Cor. 3 Psal. 126

Trahit & filius simul est pte. Iohan. 12 Cantu. 1

Hic. 51

nunq̄ invenire. Non em̄ hoc erat notitia eius querere, sed invidia flammā aduersus illū superbia & indignationis spiritu cōflare. Sic & p̄ses eorū nō ex eo deū puocauerunt, q̄ escas petierunt, sed ex eo q̄ tēdando & murmurādo petierunt, sicut ait Psalmita: Et tentauerunt deū in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, & male locuti sunt de deo, & dixerunt: Nunq̄d poterit deus parare mensam in deserto, &c. Igit̄ & hi tentatores filij tentatores. i. muturatores filij murmuratores, non ex eo Ch̄m d̄m offenderunt, q̄ illū esse filiū Ioseph opinati sunt, sed ex eo q̄ cū opa cōlestia faceret, & se de celo descendisse diceret, maluerunt adinnicē de illo murmurare, q̄ ab illo descendit ipsius mysteriū intentione dicendi humiliter querere. ¶ Nō em̄ paruū superbiq̄ contemptū re dolet, q̄ cum hoc loco ex noie feruunt dicētes: Nōne hic est Iesus filius Ioseph, uidelicet multū aduersa sibiq̄ repugnantia nouerant hęc esse, de celo (ut aiebat ipse) descendisse, & q̄ uulgo opinabantur) filiū Ioseph esse. Rursus omnino sibi consentiebant, & cōsequētia erant, de celo illum descendisse, & dei filium, qui de patre multa illis supra dixerat, existere. At illi diabolica cōflagrati inuidia patrem deum, cuius autoritatē cōtemnere non possent, in uerbis eius se aduertisse dissimulabant, & q̄ solum sciri uolebant lesum, uidelicet hominem, filiumq̄ Ioseph & Marię esse importune & mendose describebant. ¶ Dixit ergo eis Iesus: Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eum. ¶ Murmurātes corripit, ne forte nō intellexerint, magnifice patrē alium, maiorem q̄ est Ioseph, illis, imō cōtra illos se habere astruit. Nemo inquit potest uenire ad me, uidelicet ad quem cum uenerit quis (ut supra dixi) non esuriet, neq̄ sitiet, nemo in quā potest uenire ad hoc, ut non esuriet neq̄ sitiet, nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Hoc plane maius est q̄ Ioseph. Quia dixerant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, imō & omni homine cōmātus est. ¶ Quis em̄ hominum quenq̄ attrahere potest ad manducandum, sicut mandu cari oportet hunc panē uiuum & uerū? Ipsum attrahi quid sit queramus, & liquidum parebit q̄ nemo quenq̄ attrahere possit, nisi solus deus. Attrahi ad Christum panē uiuū & uerū, id est esurire ac sitire iustitiam, tantumq̄ habere fastidiū uel odium omnis iniustitię, ut talem uacet illi esuriam sitimq̄ tolerare. Ad hęc autem quis idoneus: Cuius in manu cor cuiusq̄ est, ut hoc in illo possit efficeret? Nunquid Pauli? nunquid Apollō? nunquid Cephæ? Nunquid in manu est cuiusq̄ omnium uerbo dei ministrantiū, ut dū prædicando dei uerbum, quasi frangit panem uiuum, det mortuis manducandi & uiuendi desideriū. Nemp̄ sicut Paulus plantauit, Apollō rigauit, deus aut̄ incrementum dedit, & sicut: Nisi dñs edificauerit domum, inuanū laborauerunt qui edificauerunt eā: sic inuanum prædicatores frangunt panē uiuū, nisi deus in mentibus auditoꝝ, sanctum eius dē panis excitet desiderium. Igitur ad Christū quenq̄ attrahere, id est, esurire sitimq̄ iustitię cuiq̄ dare, cum nemo possit nisi pater, ac proinde maius sit hoc omni homine, scilicet quenq̄ ad Ch̄m attrahere, satis magnifico ab effectu probare incipit, q̄ pater suus longe maior q̄ Ioseph sit. ¶ Veruntamen & hoc sciendum, quia hęc attractio non minus filij q̄ patris gratia opuse est. Nā & de seipso hic idem filius & ego inquit in exaltatus fuero, oīa traham ad me. Et eidem sponsa sua, scilicet Ecclesia, dicit in Canticis: Trahe me post te. Cur ergo nunc de sola persona patris dixit, q̄ oporteat eum qui ad se uenit, ab illo trahi: uidelicet q̄ de patre Iesu murmuratio suborta, uel uentilata est: ad dicentibus: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? Opportune primum de patre ait: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum, quod idem est ac si diceret: nemo potest hunc panem manducando uitā eternā habere, nisi credendo amauerit, uel amando crediderit: nō Ioseph, sed deum patrem meum esse, & ab illo me esse missum de celo ut nascerer de matre uirgine. Deinde de non inæquā cum patre sua potestate protinus subiungit. ¶ Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ¶ Hoc & supra dixit se factus, cum eiusdem uoluntate patris, quia uidelicet quod illic dixit: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & hęc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. hoc idem murmurantib⁹ illis grauiori pondere repetit: Nemo inueniens potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eum: murmurantes & inuidos terribili prænuntiatione excipiens ab illis, quos pater sibi daturus sit. At illi quos pater iste non traherat, eo uidelicet mō, quō iam dictū est: non em̄ iccirco uenerant ad eum, q̄ esurirent ac sitirent iustitiam, sed quia (sicut ipse ait) manducauerant de panibus, & saturati fuerant, adhuc indignantes murmurare poterant, & ad inuicē diceret: Et quis ille pater est, uel quis ex uobis omnibus, qui homo sit, ad istum, ut credat in eum attrahendus uel cogendus est? Aduersus huiusmodi contemptū illorū, insigni propositione subiungit. ¶ Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles dei. ¶ Hoc maxime in Hieremia scriptum est his uerbis: Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meā in uisceribus eorū, & in corde eorū scribam eam, & ipse erunt mihi in populum. Et non docebit ultra uir proximum suum, & uir fratrem suum dicens: cognosce dominum: Omnes enim cognoscent me a minimo eorū usq̄ ad maximum, ait dñs &c. Nūc enim postq̄ impletum est, q̄d idem propheta præmiserat dicens: Ecce dies ueniēt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domu

1. Cor. 3

Pf hominē inus docet

Mar. 16

Rom. 9

1. iustia

1. Timet. 6 Q̄top̄: sed eū uidit legē Exod. 15 Ibidem

Iohan. 4 Ephē. 2

Alter Ch̄s, alter nos a deo sumus

Iohan. 8

Rom. 8 Iohan. 5, 7

Redargutio Ch̄erimchi & similit̄ hereticorum

& domui Iuda scedus nouū, non secundū quod peperi cum patribus uestris in die qua apprehēdi manum eorū, ut educerē eos de terra Aegypti, p̄ctū quod irritum fecerunt, &c. Nūc inquam postq̄nā de dit legem suam in uisceribus nostris, & in cordibus nostris spiritu sancto scripsit eam, non docet ultra uir Iudæus proximum suum, ut faciat profelytū, dicens: cognosce dominū. Omnes enim a minimo usq̄ ad maximum, id est a rusticano usq̄ ad scribā, doctum cognoscent id, de quo nunc agitur, q̄d talis uir nescit, scilicet deum patrē habere, & in hunc modum misisse Ch̄m filiū, & sic docibiles dei sunt. Hoc em̄ nunc agitur (ut prædictū est) aduersus illos murmuratores, quod deus Christi sit pater, dicentibus illis: Nōne hic est Iesus filius Ioseph? Ait ergo, Est scriptū in prophetis: & erunt oēs docibiles dei. Et ut manifestius fiat in q̄ docibiles dei futuri sint, protinus adiungit. ¶ Omnis q̄ audiuit a patre & didicit, uenit ad me. ¶ Ac si dicat: et omnes quicumq̄ docibiles dei fuerint, hoc ab illo discunt, ut credant in me. Oīs enim qui habet aures audiendi, quas exigit doctrina dei, & intrinsecus discit (ubi nō uox hominis perstrēpit, nec penetrat caro & sanguis, sed sola reuelatio p̄ris, qui est in cœlis) non potest auertere a filio dei, sed uenit ad me inquit, credit in me, astringit mihi insolubili uinculo dilectionis, festinat inter membra mea cōputari, ut eidem, cuius ego natura filius sum, ipse q̄q̄ in spiritu adoptionis filioꝝ, abba pater clamare possit: quo uidelicet spiritu proueniente, docibilibus dei modo supra dicto factus est. ¶ Nō quia patrē uidit quis, sed qui est a deo, hic uidit patrem. ¶ Non inquit ex eo q̄d dixit Omnis q̄ audit a patre, & didicit, uenit ad me: consequit̄, aut colligi debet, q̄ pater meus uisibilis sit, aut corporaliter, ut homo adiri potuerit, & audiri, quo modo uos indignationis & inuidiæ fumantes nebulam murmuratis, q̄ dixerim: quia descendi de celo, cum Ioseph pater meus sit, quē uos scutum cordis arripuistis, ne a patre meo q̄cū audire uel discere possitis. Pater meus ille est, quem uidit hominum nemo, nec uidere potest, qui lucem habitat inaccessibilem, ¶ Nam & si patrum aliqui deum uidisse leguntur, non in sua tamen substantia uiderunt, aut uidere potuerunt, sicut Moyse dicentis: Si inueni gratiam in cōspectu tuo, ostende mihi teipsum, ut uideam te manifeste, responsum est: Non poteris uidere faciem meam, non enim uidēbit me homo & uiuet: cum utiq̄ scriptura eadem de eodē Moyse præmississet: Loquebatur autem dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Sane de beatis angelis hoc intelligendum non est, quin uisione dei perfrua tur. Non enim hic de illis agitur, sed de hominibus, quorū nemo deum uidit unq̄, quia stabat paries inimicitias, id est originale peccatū inter homines & deum, soluendus in carne Christi per passionem mortis, ut posset ab hominibus deus uideri. Ait ergo: Noq̄ quia patrem uidit quis. Et adiecit: Nisi qui est a deo, hic uidit patrē. ¶ Hic inquit qui nō est ab homine, cuius esse non incipit ab Ioseph, sicut uos dicitis, aduersus me murmurantes, hic inquam, scilicet ego, uidit patrem ex cunctis filiis hominum, quia solus ab illo sum, uidelicet natus, nō factus. Alioquin non ualeret hęc differentia qua dixim: qui est a deo, cum omnes homines a deo facti sint, quorum tamen illum uidit nemo. Notandum quippe est quoties ita absolute positum inuenitur, a deo uel ex deo esse, ut non sit additum factum uel creatum, subaudiendum esse natum, etiam si de hominibus sermo sit, ut illud: Qui est ex deo, uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. subaudiendum est enim nati, imō renati, uidelicet ex eo, q̄ natiuitate regenerantis gratiæ quis indignus est, uerba dei audire non potest. ¶ Ergo dicitur non quia patrem uidit quis, nisi hic qui est a deo, subaudiendum est, natus uel geuitus illa uidelicet generatione uel natiuitate, quæ non gratiæ, sed naturæ est, non enim ait: nisi hi qui sunt a deo, sed de uno seipso hic inquit qui est a deo, subaudis, solus per naturam natus uel genitus, solus cōæternus & consubstantialis filius. Nam nisi propriam hic accipias filij dei generationem, in eo quod ait: nisi qui est a deo, hic uidet patrem, consequitur q̄ omnes, qui ex deo sunt, uiderint deum. Sed nos omnes, qui spiritum adoptionis filiorum accepimus, ex deo nati sumus, & filij dei nominamur & sumus, sed nondum apparuit quid erimus, & tamē nemo nostrum uidit deum. Ergo hic qui est a deo, & proinde uidit patrem, hic ita a deo, quomodo unigenitus, quomodo solus consubstantialis, filius unicus, filius inquam solus naturalis, nam cæteri omnes adoptiui sunt. Sequitur. ¶ Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. ¶ Postquam in assumptione qua dixerat: Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Consistens ueritas murmurantes & concedere nolentes usq̄ ad uictoriam redarguit, Cherinthum quoq̄ & alios, qui nōdum erant, hæreticos prædamans, quia dicturi erant, Christum non de celo descendisse, sed de Maria existēdit initium habuisse, uel etiam ex Ioseph genitum fuisse, nunc tandem forti conclusione maiestas uerbi æterni coepa perficit impios confundens, pios autem ad manducandum seipsum panem uitæ æternæ alliciens: Amen amen (inquit) dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. Hoc utiq̄ ex præcedentibus constans & uerum est, fidelibus perspicuum, in fidelibus aut̄ in expugnabile est. si enim pater det panem de celo uerum, qui descendit de celo, & dat uitam mundo, & ego ille sum panis uerus, ergo q̄ credit in me, habet uitā æternā. Iccirco

superius uobis dicere ceperam, operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uita eter-
nam, hoc est opus dei, ut credatis in eum quem ille misit. Interurbastis dicentes: Quod ergo
signum tu facis, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt
in deserto manna. Proinde dixi uobis quia ego sum panis uitae, & nunc ite dico. Ego sum
panis uiuus. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis
de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Conferre effectus, ui-
dere panis utriusque distantias. Patres uestri manducauerunt manna, & mortui sunt, patres ue-
stri inquam mali, patres malorum, murmuratores, patres murmuratorum, infideles patres infide-
lium, quauis omnes eandem escam spiritualem manducauerint, & eundem potum spiritualem bibe-
rint, quae & boni patres bonorum (quales fuerunt Moyses & Aaron) manducauerunt manna,
& mortui sunt, imo cum essent mortui mala morte peccati, manducauerunt, & manducando non
reuiuixerunt, sed illo cibo saturati ad inferos descenderunt, intantum mortui secundum interiorē
hominem, ut quidam eorum uitam trahentes adhuc exteriorē, absorpti à terra, & operi humo de me-
dio multitudinis perierint. ¶ Quid ergo inquis, illi qui manducant hunc panem non moriuntur?
dixisti enim: Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.
Nonne & omnes qui manducant hunc panem de quo dicis? Hoc est corpus meum, nonne in qua isti man-
ducantes & bibentes omnes quidem secundum carnem, multi uero etiam secundum animam moriuntur?
In quo ergo panem hunc praefers illi, quae patres manducauerunt, pro eo quod manducantes man-
na, & bibentes aquam de petra, mortui sunt omnes quidem secundum carnem, aliqui uero etiam secun-
dum animam? ¶ Concedimus enim multos ex eis mortuos esse secundum animam, sicut ait spiritus
sanctus in David: Ipsi uero non cognouerunt uias meas, quibus iurauimus in ira mea, si introibunt
in desertum consumpti fuisse peccatum eorum, sic intelligentes quod scriptum est: Non iudicabit deus
his in idipsum, quod temporali morte puniti omnes euadunt mortem aeternam: alios tamen melio-
rem tenemus sententiam dicentium, quia quosdam flagella damnant & non liberant, uidelicet eos,
de quibus per prophetam dicitur: Percussi eos nec doluerunt, attriuiti eos & renutiauerunt
accipere disciplinam. His inquit flagella ab hac uita inchoant, & in aeterna percussione perdu-
rant. Unde per Moysen dominus dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad in-
fernum nouissima. Itaque & iuxta prophetam eundem dicentem: In duplici contritione contere eos,
plerumque illos in corpore simul & in anima perisse concedimus: praefertim cum illis exacerban-
tibus deum exacerbatone tentationis in deserto, & cognoscere nolentibus uias eius, iurauerit ipse
(ut praedictum est) in ira sua, quod non introirent in requiem suam. In quo igitur hunc panem, quae qui
manducant, nihilominus moriuntur, praefers illi quae manducauerunt patres illos, & mortui
sunt? Ad haec inquam: Attende diligentius, nunquid ullam fecit exceptionem patrum malorum siue bo-
norum? Nonne uniuersali enunciatione dixit: Patres uestri manducauerunt manna, & mortui
sunt? Patres enim uestri inquit non solum murmuratores uel infideles mortui sunt, sed etiam iusti,
& quantumlibet fideles patres omnes usque mortui sunt, ea uidelicet ex causa, quae omnes homines moriuntur
in Adā. Et hoc dico, quia quauis manna manducauerint, nihilominus omnes eadem in morte dete-
ti sunt, sicut & antiquiores illos: patres, uel ipsos: iuniores, qui manna non manducauerunt,
quia diebus illis non fuerunt. ¶ Dixi ergo quia patres uestri manna manducauerunt, & ni-
hilominus mortui sunt, quia illi qui non manducauerunt, nihilominus apud inferos propter ori-
ginalem peccatum detenti sunt, quia illi qui ante uel post illud manna, hinc ad populos suos per uiam
uniuersae carnis adducti sunt. Non per illud manna liberati sunt, neque ascenderunt ad conui-
uium angelorum, ut uisione dei perfruerentur, quae beati angeli aeternaliter uiuunt, quae in patre
suo Adā omnes homines perdidit. ¶ Sed hic est panis de caelo descendens, et ad quid de
caelo descendit? Ut si quis manducauerit ex ipso non moriatur. Nam quod non manducauerit morie-
tur, imo iam dudum mortuus in Adā, ab illa eius haereditaria morte non liberabitur. Et quidem
mortuos multitudinem plurima est a corporibus separatorum, hunc panem expectantium apud infer-
ros, quo fraudauit eos peccando pater ipso: magna deinceps uentura est multitudo gentium
hunc panem, dum adhuc in corpore sunt, flagitantium, itaque dum adhuc in carne uiuunt manducaturi
sunt. Vtrique scilicet, & illis qui iam dudum defuncti sunt, & his qui adhuc uiuent in carne sunt
uel erunt, ecce parata est à patre meo mensa in conspectu ipsorum. Dico enim uobis, Ego sum
panis uiuus, qui de caelo descendens, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. ¶
Quoniam conuiuia patris mei per mortem dissipati sunt, propter ueterum cibum, quem mandu-
cauit pater ipso: & animae quidem apud inferos, corpora uero in sepulchris sunt: dissipato-
rum & ego panis angelorum, & secundum illam substantiam qua pascerunt angeli, pergam ad inferos,
ubi animae esuriunt: & secundum corpus eodem terrae uentre reconditis, & recondita sunt cor-
pora ipsorum, illic ego tribus diebus & tribus noctibus, sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus
diebus & tribus noctibus, unde & animae uisione dei recreatae reuiuiscunt: corpora uero nunc
quidem

vita
1. Cor. 10
Num. 16
Obiectio.
Mat. 26
Psal. 94
Num. 14
Naum. 1
Hier. 17
Deu. 32
Hier. 17
Psal. 54
R. 110, 111
Adā, 10
1. Cor. 15
Manna non
liberabit
Gen. 42
5. Reg. 12
Quo hic pa-
nis mortuos
uiuificat
Psal. 32
Sicut praesita
& Christus mor-
te dissipat
ut uiuificet
mortuos.
Mat. 1
Iona 3
Mat. 17

quidem multa, in futuro autem cuncta resurgent. Deinde residuis, id est, quos praefers adhuc
seculum in carne retinet, dabitur hic idem panis in ea specie, quae uiuentibus congrua est, id est, in
uero sacrificio panis & uini secundum ordinem melchisedech. Et panis quem ego dabo, caro mea
est pro mundi uita. Summa haec fit consolatio pauperibus, quibus spiritus domini ueniens
super me, euangelizare misit me: summa inquam & incomparabilis congratulatio fit haec ge-
nibus terminis terrae, quibus in hereditate uel possessione postulant accipi à patre. Quia nihil
minus habebunt de hoc pane uitae, quam antiqui patres, quibus hunc panem signauit, & dedit pater,
qui misit me. Nam descendens ad illos, ut reficiant ex me, cum infernus me memor dedit, ego
morsus eius factus fuero, mors mortis, in uisceribus eius conclusus, additus esurientibus san-
ctis uel iustis, ut uiuificentur uniuersi, tunc ego dabo panem istis residuis, in quo non deest ue-
ritas eiusdem carnis meae uel corporis, quod deductum de uentre ceti, saluum & integrum residuit
aeternaliter ad dexteram patris. Panem eundem angelorum me tribuente manducabit uiuens homo,
modo sibi congruo, quae dat pater his, qui recesserunt, ut manducent & resurgant: inique quidem
animae, corporaque in die nouissimo. Animaduertendum est hoc loco, cum utrobique ualeat, & nunc
ueritabilis sit haec propositio, & panis, quem ego dabo, caro mea est: etenim siue carne de pane
praedices hoc modo, & panis, quem ego dabo dicens, accipite & comedite: caro mea est, uel cor-
pus meum est: siue carnem de pane praedices ita, & caro mea, quae mortua uentre terrae glutin-
da est, panis est, quia refectis mortuis uitam & resurrectionem datura est, cum in qua quocumque
ueritas, sententia uera sit, ordo tamen litterae personarum uel temporum mutatio exigat, ut panis
subiectus, & caro praedicata debeat accipi. Nam haecenus de persona patris dixerat, quod ille pa-
nem uerum daret, & ipse filius panis esset: Nunc ipse panis uiuus & uerus ad suam personam per fu-
turum tempus uerbi eiusdem transiitione facta: Et panis inquit quem ego dabo, caro mea est pro
mundi uita. ¶ Et reuera quem pater dedit panem angelorum, ut carnem assumeret, & moreretur
quantenus mortuos uiuificaret, ipse panis coelestis panem terrenum nobis dat, quem uiuentibus, &
quibus manducari potest, ut uita det aeternam in carne suam transmutat. Et sic uerbum quod est pa-
tris angelorum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem, sic idipsum uerbum iam
dudum caro factum, panis uiuibilis fit, non mutatum in panem, sed assumendo, & in unitate per-
sonae suae transferendo uisum. Proinde sicut de carne nostra, quae uirgo Maria peperit, uere
fateremur propter unitatem personae, quae deus est, sic nihilominus de pane isto uiuibili, quem
eiusdem uerbi inuisibilis diuinitas assumens, in carnem suam transfert, uere & catholice confi-
temur, quia corpus Christi est. Ait ergo: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi ui-
ta, uidelicet ut mundus redemptus manducet, & uiuat, emundata prius per baptismum ueteris
quem serpens de dicit & persuasit, cibi macula. ¶ Igitur ab effectu liquet, quanto melior hic pa-
nis sit illo, de quo dixerant: patres nostri manducauerunt manna & mortui sunt. Hic autem est
panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, sane cum dicit: Qui man-
ducatur hunc panem, uel qui manducatur meam carnem, semper digne subaudiendum est. Quem
admodum quoties dicitur in scripturis sanctis: angelus domini, uel spiritus domini, nec addit malus,
sine dubio bonus angelus, uel bonus spiritus intelligitur. Ita nimis quoties dicitur: qui mandu-
cat & bibit, & non indigne, procul dubio digne subaudiendum est. ¶ Proinde & quod dixit: Praefers uisum
manducauerunt manna & mortui sunt, quoniam ab ipso bonorum uel malorum patrum distinctio dicit, sci-
endum est, quae quantumcumque bene manducauerint aliqui ex illis, tamen omnes mortui sunt, id est,
ab hereditaria morte, qua in Adam omnes moriuntur, per illud manna liberati non sunt, sed per
hunc panem omnes uiuificantur electi, qui ante hic panis de caelo descenderet, fuerunt mor-
tui, uel postquam descendit nati sunt, eidem morti obnoxii. Sequitur. Litigabant ergo
Iudaei ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?
Et supra quae dicit: Ego sum panis uitae, murmurabant, & nunc quando dicit: Et panis quem
ego dabo, caro mea est, rebelles & increduli Iudaei ad inuicem litigant, nusquam duram eruditum
sunt fletere ceruicem, ad interrogandum ueritatis magistrum, uidelicet eo modo, quo percut-
tari solent hi, qui scientiam ueritatis esuriunt ac sitiunt, sed murmurant, sed litigant, sed uerba
aeternae uitae blasphemantes, infans deputant. Num ergo istis diceret, quomodo posset car-
nem suam dare ad manducandum? ¶ Litigabant ad inuicem, murmurabant ad inuicem, & con-
siliu sapientiae dei non ab ipsa sapientia dei, sed murmurando & litigando quaerebant ad in-
uicem. Quid nisi malum discerent ab inuicem? O homo (inquit Apostolus) tu quis es, qui res-
pondes deo? Talibus enim qui non amore discendi interrogant, sed intentione aduersandi
disputant, nihil uilud dicendum est, nisi ut tanquam indigni, sapientiae responso procul abstant.
¶ Dicit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bi-
beritis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ergo inquit quoniam uos nequaquam esu-
ritis animas, sursum in caelum suspen dit, unde panis iste descendit, ut reuelat uobis pater qui
est in caelis, quod reuelare non potest caro & sanguis, sed litigatis ad inuicem cordibus impa-
tis. ¶ Hoc tantum uobis dixerim, quod nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius
sanguinem

Est 16
Luce 4
Psal. 2
Panis uisus
pateribus & gē-
tibus datus
Osc. 13
Quo panis
coelestis sit
panis uiuibilis
Panis iste li-
berat a mor-
te haeredita-
ria manduca-
tes digne.
Manna non
liberabat
Iudaei durae
ceruicis
Litigabant
ad inuicem.
Rom. 9
Mar. 16

fanguinem, non habebitis uitam, in uobis. Quis autem est modus manducationis, non meum est aperire uobis. Sanctum enim hoc est, quod litigiosis canibus dandum non fit margaritæ sunt, quæ uidelicet ne conculcentur, ante porcos mittendæ non sint. Nondum saltem serui estis, qui reuerentem aurem domino præbeatis, ne dū amici, quibus solis notum facere habeo ritum uel ordinem, causasq; diuinas huius epulationis. Hoc ergo tantillū scitote, qui nisi manducaueritis, non habebitis uitam in uobis. ¶ De hoc cibo corporis, & potu sanguinis domini, hæc à sanctis doctoribus data est sententia, quam & uelut pro maxima uel prima diffinitione aduersus idē corpus & sanguinē domini, nimis festini lectores, & immaturati præripuere doctores. Hunc (inquiunt) cibū & potū societatem uult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinationis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fide libus eius. Quid enim? Nūquid ab eisdem patribus ibidem tacitum est, huius rei, unitatis corporis Christi, quod est Ecclesia, sacramentum esse panem & uinum, quod in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur? ¶ Quid autem est, uel unde dicitur sacramentū, nisi à sacramento, eo q; remissam, id est corpus Christi, quod est Ecclesia, consecrat, & consecrando efficit unitatem? Nam sicut dicimus ornamentū hoc uel illud, eo q; ornati & uestimentū, eo q; uestiti, & cætera similia, sic domini corpus, quod in altari sumimus, & sanguis eius prædictæ unitatis recte sacramentū dicitur, eo q; illo cibo potuq; uisibili in unam Christi Ecclesiā, quæ sit corpus eius, plenitudo eius, inuisibiliter consecremur. ¶ Igitur prædictam sententiā nullatenus pro maxima diffinitione, uel descriptione manducandi & bibendi sanguinem domini accipimus, præsertim cum ipse ore proprio, quando uoluit, quibus uoluit, q; dignos iudicauit, tam diligentem diffinitionem uel descriptionem dederit, ut nemo dialecticorū uel philosophorum unq; diligentius diffinire substantiam, uel quodlibet indiuiduum quierit. ¶ Nā quod solent facere illi, cum primaræ quamlibet substantiarū designare uolunt: Verbi gratia, cum æquiuocationem determinantes, contra argumentorū sophisticas importunitates dicunt, Alexander rapuit Helenam (cogimus enim nunc taliū in tanto negotio meimnisse nugarum, & sagittantes paruulos repercutere sagittis paruulorum) cum inquam dicunt: Alexander rapuit Helenam, quoniam potest opponi, Alexander non rapuit Helenam: etenim Alexander Philippi, rex Macedo, non rapuit Helenam determinantes dicunt: Alexander is, de quo nunc agitur, Troianus, Priami filius rapuit Helenam. ¶ Hoc idem summa sapientia fecit, ubi ostendere uoluit, quomodo carnem suam nobis ad manducandū dare possit: hoc est (inquit) corpus meum, Et ad id quod pro uobis tradetur. Item: sic est sanguis meus, Et adiecit qui pro uobis & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Totumq; modū manducandi carnem suam, & bibendi sanguinem suum per scribens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem. Proinde cunctis figuræ uel similitudinum nebulis amotis, non corpus quodlibet, non corpus Christi, quod est Ecclesia: sed illud corpus domini, quod pro uobis traditū est, nos manducare, & illum sanguinem, qui pro nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere in dubitanter credimus: & qd fecit ipse, hoc idem in commemorationem ipsius scimus & bene scimus nos facere, id est, carnem ipsius manducare, & sanguinem bibere. ¶ Et quamlibet sancta Ecclesia corpus Christi sit, & sic ex multis hominibus consistat, quemadmodum panis ille, quem uere dicimus corpus Christi, multis constat ex granis: & uinū illud, qd uere dicimus sanguinem Christi, ex multis confluit acinis: non tamen in ipsum corpus Christi est Ecclesia, qd pro nobis traditum est: quam propriam differentiam sæpe dictum corpus, qd est panis uitæ æternæ, semper auctore Christo retinet. Igitur nisi manducaueritis (inquit) carnem meam, & biberitis sanguinem meū, hoc uidelicet, quod diciturus sum, facientes in meam commemorationem, non habebitis uitam in uobis. ¶ Sane qui uel tenerrima cohibentur infantia, priusquam ex hac luce migrant, quam manducare aut bibere possint: uel qui articulo temporis constringuntur, sicut nonnulli confessores, q; nec baptizari aqua, persecutionis & mortis infantia permittit, non præiudicant hæc sententia ueritatis. Nec enim iudicat apud deū non manducasse, nisi qui manducare noluit, q non curauit, q negligit. De sensibus enim & de uoluntatibus iudicat deus, quæ in infantibus edē tūlis malæ esse non possunt: & in eiusmodi confessoribus cū bonæ sint, non fraudantur effectū, quia manifeste Christi communiant passionibus. Proinde nec paruulos, quos ætatis impotentia manducare uetat, qui mox ut baptizati fuerint, ab hac luce migrant: æternæ uitæ exortis arbitramur, nec præuentos à persecutore confessores pios, in sanguine suo baptizatos, corpori Christi communicasse, uel calicem domini bibisse, quod ad uitam æternam proficiat, dubitamus. Sequitur. ¶ Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. ¶ Non inquit uos, uel utriq; similes, quiq; murmuratores & litigiosi, uitam habebitis in uobis, sed ille unus populus meus, qui mihi uniter unitate spiritus, una Ecclesiæ meæ quæ manducat carnem meam, & bibit meū sanguinem, habet uitam æternam. ¶ Hæc enim summa est causa æternæ uitæ effectiua, manducare carnem meam, & bibere sanguinem meū non

Tudæ erāt in dignitate docere eos Christi: hunc hoc sacramentum, Mat. 7
Hic cibus & potus aliq; dicitur esse societatis uel unitatis in corpore ecclesie
Sacramentū cur, & vñ dī
Æquiuocatio nis exemplum
Quid proprie est manducare & bibere, corp? & sanguine Christi
Ecclesia alie dicit corpus Christi
Quo excusatur paruuli morte præoccupati

non manducare autē meam, & non bibere sanguinem meū, antiquæ perfidie est argumentū, qua primi parentes hominū serpenti q; deo credere maluerunt. Nec enim differt in culpa, nō cre didisse q; manducantes de ligno uel ito morerent, & non credere q; manducantes carnē meā, & bibentes sanguinē meū, ordine præscripto, ab eadem morte liberentur. Qui ergo manducat & bibit, recte antiquæ mortis pœna se exiit: & q non manducat, aut non bibit, nihilominus iuste relinquitur in antiquo iudicio paternæ præuaricationis. ¶ Notandū uero q; cum superius dixerit: Hæc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uiderit filium, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die: hic ita dicitur eadē distinctione, prius inquit habet uitā æternā, & deinde subiungit: & ego resuscitabo eū in nouissimo die. ¶ Videlicet ne quis existimet se absq; corporis & sanguinis eius cibo potuq; uisibili, uitam utrāq; corporis & animæ, sola fide recuperasse, & isto sacramento non egerit, hoc ipsum repetiuit, procul dubio contestans, q non uere credat, quisquis manducare, & bibere contemnit. Nam quantumuis fidelis, & catholicæ professionis homo sis, si manducare & bibere recuset de hoc cibo potuq; uisibili, eo ipso q; tibi hunc necessarium non esse præsumis, à societate membrorum Christi, quod est Ecclesia, te prædicis: neq; recte credis in eū, cuius in hoc cibo potuq; ab ipso tam diligenter commendato, derogas authoritati. Nonne primi parentes nostri, & prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, contra creatorem suum intumuerunt, & deinde per serpente suū, uisibili quoq; cibo perierunt? Ita plane oportet poenitentem hominem, ut prius inuisibili fide subijci creatori, corde credendo ad iustitiam, & ore consentiendo ad salutē, & deinde uisibili quoq; cibo, & potu uitæ æternæ necessariam perficere iustificationem. Nec illud quoq; uacat ab ordine iustitiæ, q; prius dum manducat, iam habet uitam æternā, scilicet in anima, deo uiuens per iustitiam, & deinde & ego resuscitabo eū inquit in nouissimo die. ¶ Nam & spe dicitur primi parentes nostri, & prius æterna morte animæ in iustificationem, nec illud quoq; uacat ab ordine iustitiæ, q; prius dum manducat, iam habet uitam æternā, scilicet in anima, deo uiuens per iustitiam, & deinde & ego resuscitabo eū inquit in nouissimo die. ¶ Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. ¶ Uerus inquam cibus, & uerus est potus, quia uere est quod pollicetur, quia uera spes est qua manducatur & bibitur. Vnde & constat cibum hunc cibo illi contrario modo esse oppositum, quem homini primo serpente obtulit: quia uidelicet cibus ille, cibus fuit mendaci, quia falsum fuit, & falsum est, quod ille cibus pollicitus est, quia cum uana promissio datus, & uana spe diuinæ similitudinis consequendæ manducatus est. Sed non dum manducatoribus carnis suæ, & biberitoribus sanguinis tantum promissit ista ueritas, quantum in persuasione cibi uetiti pollicita est ista falsitas. Nam diuinitatem promissit: Aperientur inquitens oculi uestri, & eritis sicut dij filii: bonum & malum. Sequitur ergo. ¶ Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. ¶ Hic perspicue diuinitatē pollicetur carnem suam manducantibus, & sanguinem suum biberentibus, & illusionem nequissimi nebulonis (qui dixit comedite & eritis sicut dij) non sine magno cruciatu eiusdem illusoris, serio loquens in uere effectum conuertit. Quid enim nobis hoc dicto hic dei filius unicus pollicitus est, nisi ac si aperte dixisset: Di j eritis, & filij excelsi omnes: ¶ Et notandum q; non eisdem uerbis deceptoris usus est dicentis: Eritis sicut dij, nec omnino sic dicere debuit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, erit sicut deus, uel erit similis altissimi: sed in me manet inquit, & ego in eo. Quis enim est, uel esse potest sicut deus? Ille namq; nullius indiget, nullius ope uel gratia deus est. Sed quæ sita præter illum, naturæ suæ sufficientia deus esse potest: sic angelus uoluit esse deus, & factus est diabolus. Sic deitatem appetere suasi homini, & hominem hominis honore spoliavit. Tam hic q; ille, cum uoluit esse sicut deus, uoluit sine gratia uel adiutorio melioris esse deus, & hac uoluntate uterq; à deo diuisit se. Quid ergo esset, nisi dei aduersarius? ¶ Et contra, consortium uel gratia dei deos efficit, & filios excelsi. Gratiam ergo & communicationem dei commendans ait: Qui manducat carnem suam, & bibit sanguinem suum, in me manet (inquit) & ego in eo. Quis autem ego, nisi deus, nisi dei sapientia, nisi uera summa, & sempiterna diuinitas? Ergo is, in quo maneo ego, diuinitatē in se transfusam habens, deus factus est, filius excelsi renatus est. Non est sicut deus, quia uidelicet unus, & solus & deus, neminē habēdo in se, unde factus sit deus, sed est deus me habendo in se, manentem, unde sit deus. Nam audi quid sequitur. ¶ Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, ipse uiuet propter me. ¶ Ecce deorum adoptiuorum, & dei unici dissimilitudo similis, & similitudo dissimilis: Sicut (inquit) misit me uiuens pater, & ego uiuo propter eiusmodi patrem, sic & ille qui manducat me, uiuet propter me. ¶ Sed quomodo misit

Hic cibus & potus dicitur esse societatis uel unitatis in corpore ecclesie
Non sufficit sola fides absq; hoc cibo
Rom. 10
Ad primum in corpore mortem incurrit Gen. 2 Gen. 3
Uerus cibus contra falsum cibum Adæ.
Ibidem
Hic panis & erit diuinitas Gen. 3 Psal. 81 Nemo est sicut deus.

Misit me p[ro]p[ter] id est, genuit

P[er] h[oc]

Ego v[er]o propter p[re]s[ent]ia


Differ[en]tia in ter[ra] v[er]o dei filii nec plures filios ad opti- uos

Melius e[st] de ligno v[er]o n[on] comedisse Gen. 3

Epilogus

misit me uiuus pater, uel quomodo ego uiuo propter uiuentē patrem: Misit me dico uiuens pater, id est, genuit me immortalis pater. Nam in eo me misit q[ui] genuit. Si uestrā paterentur incircuncisē aures, cum dico misit, dicerē apertius genuit, sicut in psalmo testatur ipse, dicens ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dico ergo, quia misit, quod & ipsum uos audire uix patimini: misit in quā uiuens pater me, quod nō est aliud q̄ genuit, & incarnari uoluit me. ¶ Et ego uiuo propter patrem, id est, propter hoc deus uiuens, deus immortalis sum, deus impassibilis, deus incommutabilis sum, quia talem habeo patrē, quia talis pater me misit, quia talis pater me genuit. Et sicut ego uiuo propter huiusmodi patrem, sic & is, qui manducat me, uiuet propter me, id est, iccirco sempiternē & beate uiuet, iccirco deus & filius excelsi est, quia manducat me, quia maneo ego in eo, & ipse in me. Ecce inquam similitudo diuinitatis, similitudo uitæ & æternitatis, similitudo deorū ad optiuos & unici dei. ¶ Sed hæc (ut prædictum est) similitudo dissimilis est. In quo? Videlicet quia causæ diuersæ sunt. Quare ergo uiuo propter patrem? Quia uiuens ipse pater misit, id est genuit me. Quare uiuet homo propter me? Quia manducaui patrē ut uiuerē, sed uiuo propterea, quia pater in se ipso uiuens, & nullius indigena, genuit me, nihilominus in me ipso uiuentē, & nullius indigenam. Homo autē non propterea uiuit, q[ui] pater illū genuerit, sed iccirco ut uiuat manducat me, quem solum pater genuit. Est ergo (ut prædictum est) dissimilitudo simillimilis, unici filij multorū q[ui] filiorū excelsi, dum hic uiuū: q[ui] genitus est illi autē uiuit, quia mādu cant eū qui genitus est. Attamen nihil hac differētia perdunt, quoniā et si nati dij non sunt, manducantes me qui natus deus sum, mecū unū corpus sunt. ¶ Proinde non faspiret homo qui in æternū uiuere uellet, q[ui] abegit deus hominē p[re]uaricatorē factū, ne fumeret de ligno uitæ, & uiueret in æternū. Nam ecce habet panē uerū, de quo si quis manducauerit, uiuet in æternū, imō gaudeat, q[ui] non est permissus, ut comederet tunc de ligno uitæ, & uiueret in æternū. Si em̄ tunc comedisset, sic uiueret in æternū, quō uiuit ille, cuius suauis comedisset. E contra sic nunc uiuet in æternū, quomodo uiuo ego, propter quē uiuet, quo tribuente manducat ut uiuat propter me. Sequitur. Hæc est panis de celo descendens, non sicut manducauerunt patres uestrī manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternū. Breui epilo- logo colligit atq[ue] enumerat partes superiores, & commemorat q[ui]bus de rebus hæctenus uerba fecerit, ut eas memoria renouet atq[ue] redintegret in animo auditoris. Hæc enim eodem ordine quo nūc in conclusione recolligit, superius exposuit, uidelicet q[ui] panis ipse uerus de celo descenderit, q[ui] non fuerit manna, q[ui] manducauerunt patres illosq[ue] & mortui sunt. His ergo pro posse decurris, reliqua sequenti uolumine transigenda sunt.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIUM COMMENTARIORUM LIBER SEPTIMUS.



DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO IN SER- uo eius David, eodemq[ue] patrē ipse secundū carnem, spiritus sanctus prælocutus est dicens: Iurauit dominus & non pœnitebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech. Huius autē Melchisedech ordo fere nulli incognitus est, scilicet quia regresso Abraham à cæ de regū, protulit, non carnes sanguinemq[ue] hircorū aut uirulorū, sed panem & uinū: Erat enim (inquit scriptura) sacerdos altissimi, & benedixit ei, hoc uidelicet dicto magnifice inuenens, q[ui] tali ordine ritum sacerdotij altissimi p[re]cuerit. ¶ Huius ordinis sacramētū p[re]fulgit dum, sub uelamine legis reconditū, hoc loco dū dominus noster, rex & sacerdos uerus reteggit tantis oculos hominū radisferit, ut intendere non ualentes, toti fugiant a ueris, quemadmodū in typi talis hominū olim fugerūt patres ipsos, non ualentes ferre claritatem uultus Moyſi, q[ui] plēdida facta fuerat ex colloquēde dei. Sic etenim reuerberati sunt claritate huius ueritatis isti filij illos, murmuratores & litigiosi, non q[ui] claritas sempiterna rationali creaturæ naturaliter noxia sit, sed q[ui] creaturæ ratio suos irrationabiliter polluit & sordidauit oculos terrenis concupiscentiis, ita ut lumen suū uidere non possit. Nam qui se auertent, quantum cū auxilio dei possunt ab ea quæ in mūdo est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, his amica & dulcis est diuinitatis claritas, & si ex parte infirmantur atq[ue] reuerberantur, non tamen fugiūt, non murmurant, non litigant, sed expectat donec ueniat q[ui]d p[er]fectū est, & euacuetur quod ex parte est. Hæc iam tunc in illis hominibus p[re]currentia fuerant, qui audiebant dominum Iesum, sicut se declarabunt sequitur. Hæc dixit in synagoga docēs in Capharnaum. Synagoga illam murmurorū & litigiorū, in qua dixit hæc d[omi]n[us] noster

Ch[ri]s[ti] sacerdos sc[ilicet] in ordi[n]e Melch-

Psal. 109 Gen. 4

Claritate h[uius] doctrine nō febr̄i iudg[is] Exo. 34

1. Iohan. 3

1. Cor. 13

noster, illis qui audiebant e contra dicentibus, quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad manducandū, non incōgrue magni doctores aiunt, per illū regē Achis præ signatā fuisse, ad quē uenit supra dictus David, fugiens Saulē, qui & uocatur Abimelech, secundū titulū psalmi xxxiij, quando & cōmutauit uultū suum, & dimisit eum, & abiit. Nāq[ue] dixit synagoga illa, quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad manducandū: recte intelligitur in isto prædicti regis nomine Achis. Achis enim interpretatur quomodo est. Quia uero synagoga eadem, quæ filiū dei non recipiebat, eundē ipsius patrē, deū suum esse p[ro]fitebatur, recte filius idē in prædicti psalmi titulo mystice appellat eam Abimelech, quod interpretatur patris mei regnū. ¶ Quod immutauit uultū suum David, illud nobis innuit, quia ueterē ordinē sacerdotij secundū Aaron, immutaturus erat hic uerus David, rex & sacerdos noster secundū ordinē Melchisedech. Achis autē quod interpretatur quomodo est, istius, ut iam dictū est, synagogę typū gessit, dicentis quomodo hic nunc dicit, quia de celo descendit, quomodo carnē suam ad manducandū, & sanguinē suū ad bibendū nobis dare poterit. Nam hac rebellionē fidem illius pulsantis, in corda sua dū non admittit, quasi tympanizantē & impingentē in ostia ciuitatis David, dura incredulitate repellit. Quapropter dimisit eum, scilicet Achis siue Abimelech, dicentē: Quare ad duxistis hominē insanū, dimitte illū hinc, & ne ingrediat in domum meam. ¶ Nam reuera dimisit eam & abiit, dimisit in quā synagoga, & ad ecclesiā de gentibus abiit, pro eo q[ui] immutationē uultus eius, id est, prædictā ueteris sacerdotij trāslationē nō fecerit, infania deputauit, ita ut p[er] illud, quod ibidē de eodē David dictū est, & defuebant saluā in barbā, nihil melius intelligi queat, q[ui] infantilia uel inepta, more infantiū, quibus dum loquit conatur, saluū in mentē defluunt, dominus noster illis uidebatur loqui, cū diceret: Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā in uobis. Vnde lectionis huius euangelicę sequētia sic habent. Multi ergo ex discipulis eius audientes, dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eū audire? ¶ In psalmo prædicto cuius in titulo per immutationē uultus Davidici mutatio nobis, ut iam dictum est, innuit ueteris sacerdotij. ¶ Dicunt pauci illi, qui alij retrace dentibus, adhærent huic uero sacerdoti: Gustate & uide, quoniam suauis est dominus. Isti autē multi, & omnes, quos nomine multitudinis sancta scriptura denotare consuevit, ut ibi, multi uocati, pauci uero electi. Itemq[ue] Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū, isti in quā multi & multaq[ue] palæstrę cumuli, dicunt: Durus est hic sermo, quis potest eū audire? Videlicet sicut cōtrario spiritu aguntur in mente, & resistunt spiritui dei, sicut uerba bonorū uerbis de hoc sacramento dicunt contraria. Licet illi: Gustate & uide, quoniā suauis est dominus, dicunt illi: Durus est hic sermo. Ecce q[ui] contrarij sunt, & q[ui] contraria dicunt. ¶ Sicut enim cōtrarius est sermo durus suauis, sicut amaro dulcis, sicut asper mitis. Plane usq[ue] hodie contraria ista non defunt, quę tunc in illa synagoga dicta sunt. ¶ Illis quidē durus erat hic sermo, quo dixerat. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitā in uobis. Primum quia sic intelligebant secundum carnem, quam soli sapiebant, q[ui] concidi & sic manducari oportere dixisset carnē suam, quæ admodū consueuerant concidere & manducare carnes agni, seu cuiuslibet bruti pecoris, & bibendū esse sanguinē suū, quomodo nec animalis cuiusquā sanguinē gustare lex p[er]mittit, dicens nō comedetis cū sanguine, & iuxta sensum uel doctrinā eius neminē posse uitā habere in se, nisi fecisset. Quod tā autoritate legis diuinæ, q[ui] cōmuni sensu omninū hominū, cōstabat horrendū & execrādū facinus esse, atq[ue] ideo nō modo ad cōsequendā uitā nō ualere, sed etiā eidē uitæ omnino cōtrariū uel repugnās existere. Deinde & hoc illos mouere poterat cū eiusmodi sensum haberent, q[ui] est ullo modo fas esse potuisset, sic illū cōcidi & manducari, sanguinēq[ue] eius ebibi, uix paucis sufficere, ut unusquisq[ue] modicū quid acciperet, atq[ue] ideo uix centū homines ad uitā p[er]tingere posse, cū copiosa multitudo hominū ad uitā p[er]tinentiū, nulli nisi soli deo numerabilis sit. ¶ Et q[ui]dē nō adeo mirū fuerit, rudes discipulos tantū mysteriū capere nequisse cū adhuc pueri essent, eisq[ue] lacte magis q[ui] solido cibo tunc t[em]p[or]is opus esset, sed inde cui pandi erant, & inde iudicij p[er]temeritate incidēbant, quia non sui sensus tarditate uel impotentia, sed magistrī sermonē incusabant, & duritiæ arguebant. ¶ Illis in quā isto sensu dur' hic sermo uidebatur, istis autē q[ui] hodieq[ue] murmurant & litigant, cum ueritatē corporis & sanguinis domini defendimus, alios ob causas magnā uidentur ionare duritiā. Nam præter superius dictas, & pro posse p[er]cussas difficultates, non sermonis sed cordis ipsorū, quibus bonus & suauis sermo iste durus esse uidetur, cū argumentosa fide per autoritatem euangelicā artati fuerint, ut negare non possint, hoc domini corpus illud esse quod pro nobis traditum est, & hunc eius sanguinem illū esse, qui pro nobis effusus est, cū inquam hoc illis constanter astruxerim, ergo inquit si non figurate sed reuera panis iste & Christus dicitur uel est, quotidie Christus patitur, & toties moritur, quoties panis iste in cōmemorationem eius frangitur. Et hic inquit, sermo durus est, etiam si paulus non diceret: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, quis hunc sermonē possit aspicere, & huiusmodi dicere

Immutatio uultus? David corā Achis,

Psal. 33

Mat. 23 Psal. 9

Sic

Curdurus uel debet hic sermo ludicr.

Gen. 9 Luc. 11. 17

1. Cor. 5 Heb. 5 Hæretici negantes corp[us] Ch[ri]s[ti] i sacramento esse.

Male ergo d[icit] negat nōc ut therā ac improp[er]at nō bis, Rom. 6

N cere

Mat. 16
Iohan. 6

cere illos experimento didicimus. E contra quibuscumq; reuelat nō caro & sanguis, sed p̄ q̄ est in coelis, quoscunq; attrahit ille ad filiū dulci attractione. i. reuelatiōe spiritus sancti, dicūt, ut supra dictū est, & sentiunt nō dūq; sed suauē esse sermonē hunc, q̄ uidelicet gustauerūt & uiderunt, & nobis dicunt: Gustate & uidere qm̄ suauis est dñs. Illi quidē qui tunc erant, necdū scientes quō fieri possent ea quę audiebant, in sermone eius dē suauitate sentiebāt, ita ut postmodum dicant: Dñe ad quē ibimus, uerba uitę æternę habes, q̄ uidelicet humili beneuolentia sanati habentes cordis palatū, hoc de illo sapiebant, q̄ adipe & pinguedine ueritatis & sapientię nō carebant, ea quę ita reuerendę auctoritatis magister dignabat proponere, & summissa mente expectabant donec ipse dignaret exponere. At uero postq̄ & ipse sub ipso suę passionis articulo manducādi corpus, & bibendi sanguinē suū, modū illis uel ordinē tradidit, & deinde spiritū ueritatis misit, qui doceret illos oēm ueritatē, deinceps & ipsi sermonis huius suauitatē gustauerunt, & nobis gustandū dicitis pariter & scriptis appofuerunt. ¶ Adiuuante autē eodē spiritu, ut nos q̄ gustare & sapere possimus, sicut cetera, sic & illā supradictā obiectiunculā iure explodendā improbamus, quā dicit nobis, quia si reuera panis iste Ch̄s est, ergo cōtra predictā Apostoli sententiā, & cōtra oēm fidē, ueritas Ch̄s patit uel morit, q̄ tunc hic panis in mensā dominicā frangit. Nō ita consensit fides n̄ra, neq; adeo caligauerunt oculi eius, ut non uideat se frangere panē dei, & integrum seruari filiū dei, quomodo senex Abrahā uidere potuit, ut & arietē percuteret, & filium arę superpositū non læderet. ¶ Licet panis iste uisibilis cū inuisibili filio dei unum factus sit, aries autē ille cum Isaac, pro quo eidem arę impositus est, unum esse uel fieri nō poterit. Nam dei filius, id est, deus & homo, habet in se uirtutem effectiuiā, quā sibi uniat panem istū uisibilem. Isaac autē illum sibi concorporare, salua utraq; substantia, nō poterat arietem. Proinde illic in figura immolatus est Isaac in arietē, hic in pane & uino immolatur dei filius in carnis & sanguinis sui ueritate. Nonne sicut eodē gladio pater Abrahā immolauit arietem, quem eduxerat ad immolādū filium, sic sacerdos cum astante populo panem & uinum in altari positum, eiusdem, quā Christus passus est, crucis & passionis uerbo trāserberat. ¶ Nesciant enim, qui nō credunt eundem dñm nostrū tunc maxime in medio nostrum adesse, & cum ipse dixerit: Ubicumq; fuerint duo aut tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū: tunc uero multo magis in medio n̄m adesse, & altari suo incumbere, ubi nō quocunq;, sed ad faciendā hanc propriam & maximā cōmōrationem eius, tota fide suis instrumentis armata conuenimus. Nam nos gustauimus & uidimus, ideoq; murmurantes ac dicentes: durus est hic sermo, nō audimus e contra respondentes, nequaquā, sed reuera suauis est dominus. Igitur eadem quā haftenus in Ecclesia toleratur discordanitiam & cōtrariā dicentiū permixtio, ita tunc in illo discipulorū paruo cōteru multū diuersa mente dominū nostrum audiebat. Nam & qui dicebantur discipuli, detertius murmurauerūt cæteris Iudeis, magis quippe diffidentiam suam expriment dicendo: Durus est hic sermo, quis potest eum adire? q̄ illi dum dicerent: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū? Hoc uidelicet quod discipuli dicunt, non solum murmurorū uel litigiosæ contentionis, sed & rebellātis desperationis est. L. Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat. ¶ Apud semetipsum inquit, id est, nullo egens iudice sciebat, qui & qui essent murmurantes tūc primum sciūt, cū iam murmurarent, sed anteq̄ diceret mysterium hoc, propter quod murmurauerunt, sciebat ut deus, qui discipulorū suorum dociles dei essent, & beneuolentiam discendi habētes, dignū celestis magisterio reuerentiam intimo cordis auditu gererent. Attamen pro exprimendā dignitatis magnitudine, quasi nunc primū cōperta illoꝝ infidelitate, sub admiratione interrogans: Hoc inquit uos scandalizat? Nonnullo enim admiratione dignū est, q̄ panis uiuus & uerus, & secundū se uitalis atq; suauis, secundū illos lapis & petra sit, lapis utiq; offensionis, & petra scandalizati, ita ut offendentes in illum conuassentur, & eodem desuper ueniente cōterantur, & sic eodem, quo ad uitā nutriri pane debuerant, tanq̄ duro lapide offensionis usq; ad mortem scandalizentur. Proprie namq; uel maxime scandalizati est, à bono proposito per alicuius occasionis offendiculum retrorsum conuerti. Hoc enim maximū scandalum in illo tantā suauitatis pane percussit, quippe qui, ut paulo post subditur, abierunt retrorsum, & iam nō cū illo ambulabant. Hoc ergo recte ammirans suauis dominus: Hoc inquit uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius. ¶ Uescit hoc loco congrue sermo, quasi iratæ mentis scandalum illoꝝ motu illo uel animaduersione dignū exprimens, cui sermōis defectio congruit. Ergo inquit quoniā & uos, qui dicebamini discipuli mei nō secundū disciplinę ordinē appropinquatis peccatis magistri, ut aure summissa expectātes de doctrina uitę æternę accipere digni iudicemini, sed e contra scandalizamini, & proposito meā in disciplina calumniāmini, iccirco nō ego uobis eandē propositionē aperuā, cuius solutionē uos nequaquā digna quæstione pulsando cōsequi meremini. ¶ Hoc nunc dico, q̄ uobis ipsis consentientibus cōstat ualde repugnare ufo carnali sensui, scilicet ascensu filii hominis

Solutio per si
mle in Isaac
& arietē

Gen. 22

Ch̄s altari
maxie p̄sens
Mat. 16

Panis iste in
credulis sitis
p̄sossentis

1. Petri 2.
Mat. 21
Luc. 20

Curr̄ imperfe
ctus hic ma
net sermo

Filiū hoīs af
cendere ubi
erat prius

hominis ubi erat prius. Nā filiū hominis ascendere in cælum, & carnē eius sic manducari, sanguinemq; eius sic bibi, quō uos intelligitis, omnino repugnātia sunt, simulq; esse uel fieri nullatenus possunt. Et filiū hoīs dico, nō filiū dei, ne me existimetis dixisse, quod carne deuorata moribus uris, id q̄d residuū est, scilicet in corpore natura sola in cœli lacensura sit. Qd̄ si uideritis, imō quā uidebitis, nā est retrorsum abeuntes uidere non mereamini, quādo ascēdā in cœlū uidentibus illis, qui mecū p̄seuerabunt usq; in finē, discipulis meis? Attamen ascēdit me uidebitis nunc, quando ueniet cū nubibus, cū tota carne sua, hunc eundē filiū hoīs uidebit omnis oculus, tunc intelligetis q̄ iniuste sermonē hunc duritæ coargueritis, q̄ male senseritis, q̄ peius (nō expectata magistri doctrina) nimis cito retrorsum scādalizati abieritis. ¶ Nō tantum, q̄ cū illa natura, scdm̄ quā est filius hominis, de matris utero initū habuerit, & Ch̄s erat in cœlo; ante illā incarnationē nequaquā homo, uel filius hominis, sed tr̄s deus dei filius extiterit, in filiū hominis prius in cœlo fuisse asserit, q̄ iteq; ascensus sit. Videlicet tā hoc dictū q̄ illo, quo ait: Et nemo ascēdit in cœlū, nisi q̄ descendit de cœlo, filius hominis q̄ est in cœlo, uniatē p̄sonę in se uno Ch̄o deo & homine uoluit cōmendare. Quod ignorans Nestorius, & ideo iure igno randus, beatā Mariā uetuit uocari dei genitricē, eo q̄ Ch̄s, nō diuina, sed humana tr̄s de carne eius sumpta sit natura. Ita Christū unū in duos Christos, alterē deū, alterēq; hominē male diuisit, cum idē filius hominis, & prius fuerit in cœlo, quo postmodū ascendit, & ita esset in cœlo secundū diuinitatē, cū adhuc in terra loqueret̄ scdm̄ humanitatē. Qui descēdit, inq̄t, ap̄osto sus, ipse est & qui ascendit. Sequitur L. Spūs est qui uiuificat, caro autē nō prodest quicq;. Hęc sententia priorē illā nequaquā destruit, aut infirmat, quā dixit: nisi manducaueritis carnē filii hominis &c. sed sensum carnalē male intelligentiū castigat, nihil manducandę carnis suę ueritatē detrahens, sed eidē carni spiritū q̄ carnis eius dē simul manducandū sup̄adiiciens. ¶ Spiritus est inquit qui uiuificat, caro autē nō prodest quicq;. Ac si dicatur: Eo mō quo uos intelligitis illud q̄d supra dixit nisi manducaueritis carnē filii hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā in uobis, nullius animantis caro cū uita sua potest māducari, uel sanguis ebibi. Hoc ab homine ut possit fieri, uel à bestia dum sit, notū est animal trucidari. Ego nulli hoc pacto carnem meā ad manducandū daturus sum. Caro em̄ mea, nisi uiuens & cū spiritu suo manducet, non prodest quicq;. Caro sola, caro sine spiritu nō prodest quicq;: nā spiritus est qui uiuificat. ¶ Cū ergo hæc dicit, nunquid sensum destruit scriptū in superioribus dictis: Imo supplet & p̄ficir, ne talia carnis eius frustra nos in fractione panis dominici manducare arbitremur, qualia mēbra eius deposita de ligno, & posita sunt in monumento, scilicet carnē sine anima, sine spiritu, sine uita. Talis caro nō prodest quicq;, imō & maiori sacrilegio uētres suos ludēi polluisent, si postq̄ crucifixissent eum dentibus suis exanimē corpus inuassissent, p̄mitterent illo qui daturus nō erat, sanctū suū uidere corruptionē, & sic eū manducarent, quomodo intellexerāt isti q̄ scādalizabant, nō ualētes ferre quasi dūq; sermonē. Talē omnino, id est, exanimē carnē & sanguinem existimare nos uetat in pane & calice suo dicens: Spiritus est qui uiuificat, caro autē nō prodest quicq;. Quis autē est spiritus, qui carnē istā, ut manducantibus profic uiuificat? Ait L. Verba quę ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. ¶ Verba in quā quę locutus sum & loquor uobis, quęcumq; sunt de me, ex quo descēdit filius hominis usq; quo ascendat ubi erat prius, uerba incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrexionis, ascensionis meę, spiritus & uita sunt: spiritus uiuificans, uita uiuens, & uerba uitę uerbu. Hęc in pane, de quo dicitur sunt: Hoc est corpus meū, & in uino, de quo dicitur sum: hic sanguis meus, inuisibiliter operat̄ ut uera caro mea sit, & sanguis meus, nō mutata specie exteriori, sicut & in singulis hominib⁹ spiritualiter, id est nihilo imutato de extrinsecus corporis accidentibus, hoc agunt ut membra mea sint, renouati scilicet spiritu mentis, & de multis à corpore dialoli separatis una fiat Ecclesia, quæ alio respectu corpus meum, plenitudo mea, dicatur & sit. ¶ Hęc tria sunt sermo nis huius incrementa, quorū intelligendos sola fides est meritum. Nam ipsorum intellectus ueræ & magnæ fidei dignū est præmiū. Primum est illud, in quo isti fidem nō habentes, tanquam in durō lapidē offenderunt. Nisi manducaueritis carnem meā, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitā in uobis. Sequens est illud, quo carnalem sensum illoꝝ percute, reputantiū q̄ carnem suā sine spiritu suo manducari uellet, uidelicet quomodo manducet caro cuiuslibet pecoris, quæ nullatenus cum spiritu suo, nullo modo nisi mortificata, uiuentibus manducantiū intestinis proficit: Spiritus est inquit, qui uiuificat, caro autē nō prodest quicq;. Tertium est, quo spiritū & uitā ipsam, quæ sola manducabilis est, diffinit. Nulla enim uita preter hanc uitam uiuentibus captabilis est, nec eius spiritus aut uitę quicquā, nisi rationalis spūs capax est: Verba inquit quę locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Hęc in quā tria quę dixi, quę & nunc latius recipiendā sunt, ut magis ac magis perspiciuum fiat, quā pulchri & tā Quæte uirtus est, spūs & uita sunt. Sed qualis spūs, qualis uita? Primum & hoc dicendū, quæ uerba, quę multa locutus est, unū uerbu sunt, unū in quā uerbu, q̄d & ipsum caro factū est. Illud unū uerbum

Mat. 4
Apoc. 1
Quo fili⁹ ho
minis prius

Iohan. 5

Eph. 4

Caro nō pro
dest quicq;

Caro exanimis nihil pro
dest

Plat. 15

Verba Ch̄s
spūs & uita
sunt

Quæte uirtus
est spūs & uita

multis uerbis. i. multis elementaribus & articulatis sonis locutus est, multis mysterijs in car-

Esa 40

Iohan. 4. 7

Caro hæc cū spū suo man ducatur, q̄ in peccate neri non potest

Rom. 6

Epi. uogus de boupanc

Ephe. 1. 1. Petri 1

Inculatio pa rti in qua in monasterijs, super aposta tis suis.

Mat. 23

Mat. 23

rentur, alijs seditiones facientibus, alijs ebrietates, fornicationes, & his familia sectantibus, ali-

Excusatio e orūde p̄ Chri sti cui idem contigit.

Kom. 10

I. Iohan. 4

Luc. 10

Vnitas eccle siæ, supra pe tram.

Mat. 16

Canti 1

Cur tā acer, be terret ipe Chri stus apoa stolos. Mat. 16

Ne ueniret e is pes sup̄ big P̄sal. 35

Iacob. 4

P̄sal. 139

Dicitur autem & Simonis, subauditur filius uel propinquus, ad distinctionem iudae alterius, qui & ipse ad distinctionem huius, dicitur Iudas Iacobi subauditur frater, qui & alio nomine uocatur Thaddaeus apostolus. Hunc uero Iudam euangelista recte diabolum appellatum esse, cōprobare uolens, idoneam rationem subiungit, dicens: Hic enim erat eum traditurus, cum esset unus de duodecim. Istenim diabolus, non naturae, sed pessimi accidentis graecū nomen est, & interpretatur deorsum fluens. Quo nomine recte appellatur angelus ille damnatus & perditus, qui cū bene esset conditus, spiritū in altitudine caeli conuertentiū maximus, uitio suo deorsum fluens, per superbiam ad profundū inferni deuoluit, factus opere, & dictus est nomine diabolus. At uero Iudas deorsum fluxit, & ipsam eius defluxionem euangelista patenter expressit, dicens: Hic enim erat eum traditurus, cū esset unus de duodecim. Quis enim nesciat gradū apostolicum excelsiorem esse cunctis ordinibus sanctorum, tam ueterū q̄ nouorū? Item quis ignoret traditionis, qua infelix ille tradidit dominū, scelus esse profun distimū? Igitur cum & sapientia dicat, cum male dicit impius diabolum, male dicit animam suam, uidelicet eo q̄ anima impij deorsum fluxerit, & non aliter, nisi deorsum fluendo, impia facta sit, recte dominus istum impietatis signiferū, cuius anima totis conatibus in perditionis suae locū profundū à sublimi apostolici culminis honore defluebat, diaboli appellat, quo adhuc in hypocrisis apostolicū munus exequente nequior nemo retro abierat. ¶ Hunc perditionis filium cur dominus ad apostolatū elegerit, plerūq̄ disputant, si male intentionis illum esse nouerat, quem utiq̄, qualis esset, ignorare non poterat, qui nouit omnia, et sunt nonnulli, qui bonū illum tantis contentant ante ruinam, alioquin non decuisse dominū nostrum, ut uocaret illum ad tanti ordinis gratiā. Si enim, inquit, in ministris Christi & dispensatoribus mysteriorū dei reprehensibile & illicitū iudicatur eis, quos in digno esse nouerint, manus imponi praecipitur illis, ut nemini manus cito imponant, id est, nisi ex bonis operibus praecedentia merita uideant, q̄to magis summe iustus, & summa iustitia, nulli in digno cōmittere debet sacra apostolici ordinis ministeria? Ergo, inquit, ante ruinam bonus erat, apostolico fastigio minus ceteris coapostolis dignus erat. Nec enim, inquit, aut falli potuit, ut indignitatem eius nesciret, aut indigna agere, ut indigno sanctum ministerium delegaret, suosq̄ illi familiaris uolucos cōmitteret. ¶ Vtrūq̄ una responsione satisfaciendum est: Primum quærimus ab eis, utrum hodie Iudas aliquis ad apostolicum, id est, episcopale officium pertingat: imò quia Iudam ante apostolatū, nonnulli (ut praedictum est) bonum fuisse contendunt, utrum nemo nisi bonus apostolicis sese sacramentis immergat. Plane diffiteri nequeunt, quin plurimi & mali esse, & tanto munere fungi, deo permittente, praeualeant. Qui & Iudā in nullo dissimiles pecunias, quarū cupiditate Christo adhærent, sibimet aggregant, & sacros loculos in potestate habentes, ecclesiae redditus sacile quo raptu exportant. Quid ergo? Nunquid ignorat aut iniuste disponens tales admittit Christus, & sacramenta sua per eos operatur? Itaq̄ cū hodie nonnullos admittit cōprobetur, quos malos esse certum est, ex ipsorū fructibus, claret infirmum esse argumentū quo dicitur bonū fuisse Iudam ante ruinā, cum illi apostolum fecerit Christus. ¶ Veruntamen solertius indaganti nec dū satisfactū est. Nam adhuc obijcere potest sic: Recte quidem Christus Iudā persequenti sustinuit, cuius casu statū alioq̄ firmi us in timore & humilitate fundaret, quippe cuius praecipitū est, ut boni malos, quos corrigere non ualent, tolerent æquanimiter. Ab enim esse renuit, quē Cayn malitia non exercet. Sed rursus eiusdem praecipitū est, ut sanctum canibus non demus: & qui correptione non recipit, sit nobis sicut ethnicus & publicanus. Ipse autē Iudā, non qualemcunq̄ canem, nō qualescunq̄ ethnicos similes, sed diaboli esse nouerat. Nunquid ergo sancta illi uitae sacramenta tradere debuerat? ¶ Ad hæc in quā salutis nostrae sacramenta, in Christi passione, morte & resurrectione, condita sunt. In passione quippe, id est sub ipso passionis eius articulo, corporis & sanguinis ipsius eucharistia primum ab illo consecrata est. De baptismo quoq̄ quærentibus perspicuum est (sicut ubiq̄ & maxime contra quosdam Graecorum sanctæ Romanæ ecclesiae defendit autoritas) quia conditum est in morte & resurrectione eius, in qua iuxta Paulum & nos baptizamus, & sepelimus per baptismum, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Nunquid ante hac discipulos suos baptizare misit, aut praedictum corporis & sanguinis sui sacramentum illis tradidit? Baptizasse quidem, non Iesum, sed discipulos eius legimus, adhuc Iohanne superflite & baptizante, sed postq̄ ille traditus est, & Iesus in opus praedicationis successit, nec ipse nec quisquā iustus eius baptizauit, nec baptizandi regulam ipse ante resurrectionem tradidit. ¶ Sed Iudā ad horam illam non peruenit qua Christus pro suis passus est: quibus ipse ait: & ego uadam immolari pro uobis, nec apostolatus signaculum, id est, spiritum sanctum cum eis accepit, quē tūc primū in remissionē peccatorū dedit quādo resurgendo glorificatus est, insufflās & dicens: accipite spiritum sanctum, quos remiseritis peccata, remittentur eis. Et de hoc quēdā haud dubiū ē, quia Iudas nō interfuit, sed neq̄ dū Christus immolatus est p̄ suis, neq̄ dū resurgēs spiritū suū dedit

Quis recte diabolus dicitur

Culmen apostolicum

Eccle. 21

Quaestio de Iuda traditore

1. Tim. 5

Responsio

Iudae similes hodie multis

Obiectio

Mat. 7 Rom. 12 Gen. 4 Mat. 7 Idem. 18

Solutio

Rom. 6

Iohan. 4 Iudas non a ministrant sacramenta. Luc. 22 Iohan. 20

dedit illis. ¶ De participatione autē corporis & sanguinis eius, potest aliquis opinari, q̄ ille interferuit. Sed profecto diligentius Euangelistae narratione doctores cōsiderata diuersitate, citius deprehendi potest, huic quoq̄ sacramento illum nequaquam interfuisse. Nā cū accepisset buccellam, qua traditor designatus est, exiuit continuo. Quā utiq̄ buccellam, nec Euāgelistarum, nec doctores quisq̄ consentit, panē fuisse dominici corporis. Cū autē continuo exierit, profecto constat, quā (sicut praedictū est) corpori & sanguini Christi non cōmunicauit. Nā nō ante, sed post typicū paschae, cuius buccella denotatus est, fuerat impletū, & agni carnes cū apostolis comederat, assumptū panē qui confortat cor hominis, & ad uerum paschae rāgressus est sacramentū, ut quomodo in praefiguratione eius Melchisedech summi dei sacerdos, panē & uinū offerens, fecerat, ipse q̄q̄ in ueritate sui corporis & sanguinis representaret. ¶ Quod cū ex ceteris euangelistis ordine manifesto perspicuū sit, solus Lucas quibusdā aliter sentiendi occasione dedit, nō q̄ typici paschae & sacre Eucharistiae praedictū ordinē praeposterauerit, uel minus aperte dixerit q̄ ceteri, sed quia uerba, quae de traditore suo dominus in cena dixit, iste solus tardius scripsit q̄ ceteri, id est per anticipationē sacre Eucharistiae traditionem praeficiens, uerba quae in priori cena dixerat, uerbis quae post dicta sunt, contexit. Cū itaq̄ Iudas dispositus quidē ad apostolatū fuerit, sed per nulla uitae sacramenta ad eiusdē ordinis habitū perueniret, uniuersa bonitatis eius argumenta deficiunt, & nihil est in q̄ Christi, Iudā ad tempus admittentis, recte gradientibus obicit exemplū. ¶ Igitur hic filius perditus nunq̄ bonus fuit, nec de bono electo malus factus est, sed quia malus erat, iccirco ad opus necessarium ab eo, qui malis bene uti nouit, electus est, & apud illum semper pro malo habitus est malo in quā, non inquitia naturali, sed uitio accidentali. Quod si quis officio praedicationis, & signa faciendū bonū illum fuisse dicat, cōcedimus eimā & episcopi mali quantumuis moribus mali sint, q̄ diu fidē catholicā tenent, officio, quod agunt, bonae arbores sunt. De quorum electione, quā & Iudas iudicio diuino electus est, sunt multa quae dicant, sed fastidiosam prolixitatem deuitantes. Euangelicā serē praequamur. L Post hæc ambulabat Iesus in Galilaeam, non enim uolebat in Iudaeam ambulare, quia quærebant eum Iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum, scenopegia. ¶ Christū dominū suū pariter ac nostrae uitae & mortis habentē imperitū, eo tempore & ordine uoluisse pati & intrare in gloriā suam, quo passus & mortuus est, & resurgendo ad patrem gloriae profectus est dexterā, lex & prophetae stant, quod ipse praemisit, quos ipse praedocuit spiritus, quosq̄ testimoniū non tacet, quādiu euāgelica Christi gloria praedicatur. Nec enim aliud prophetae praedixerunt, q̄ quod in uoluntate eius praefixū, in spiritu sancto praedixerunt, nec aliam mortis speciem potestas eius admittente habebat, nisi quam eisdē sanctis prophetis speculantibus, iam dudū apud se praedordinauerat. At uero Iudaei nequaquam mysteriū uoluntatis eius scientes, sed cecū furorē suū sequentes, quærebant eū quomodo eum interficere, uerbi gratia, nunc praecipitare, nā lapidibus illum uolentes obruere, non curantes aliud dūmodo de medio tolleretur, & hoc solum dicentes: Quando morietur, & peribit nomen eius? Igitur quae pertinebat ad eū mortis suae tempus, modūq̄ necessarii, nescire cause cōperentē praedidit Iesus (inquit euāgel. in Galilaeā: non enim uolebat ambulare in Iudaeā, quia quærebant eū Iudaei interficere. ¶ Equidē Iesus suppositus infirmitatē sonat nō contēpibile, quā infideles eius imitari debeant rationabiliter, dū tempus uel causa postulat, declinādo mortē, sed sequētia lectionis magis aliā, quae praedicta est, innuunt ipsius se subtrahētis intentionē, quā Euāg. mox incipit cōmendare, dū dicit: Erat autē in proximo dies festus Iudaeorum scenopegia. Ac si dicat. Non mori metuēs, sed (sicut ait Psal. mista) sol cognouit occasum suū, tēpus aliud mortis suae praefixū habens, in Iudaeam ambulare, & interfectoribus suis locū dare uolebat. De quo tempore suo paulo post ait: Tempus meum nondū aduenit. ¶ Scenopegiā quippe, id est tabernaculoꝝ festiuitatē in septimo mense, non suū, sed praecursoris sui Iohannis tempus esse nouerat, quo ille patri Zachariae per angelum praenunciatus, & postmodū sterili utero conceptus est: suum autem tempus ipse uerus agnus dei, paschalem primi mensis solennitatē, in quo deo patri pro omni mundo sacrificiū fieret, iam dudū prospexerat, quo nihilominus tempore idē ipse ab angelo annūciatus, & in utero uirginis conceptus fuerat. Nam reuera secundū regulares cunctorū computistas: circulos constat, quia sexta aera, quata die primus homo cōditus est, mense paschali, id est, luna iam ix. octauo Calend. Aprilis, Iesus Christus dominus noster, agnus dei, pro reparatione uniuersae salutis conceptus est, euāgelizante angelo beatae uirgini. Hoc igitur tempus, suae uitae & mortis suae dispositio dñs recte sustinens, uolebat ad hunc diē festū scenopegiae ascendere, id est eo tempore transeundo ex hoc mundo ad patrē, gloriā suae immortalitatis intrare. ¶ Cum autē dicat Euāgelista singulariter. Erat dies festus Iudaeorum, non tamen uno, sed pluribus illā festiuitatē diebus agenda fuisse intelligendū est. Sic enim de ipsa in lege scriptū est: A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrae uestrae, celebrabitis ferias dñi septē diebus. Die primo, & die octauo erit sabbathū. i. requies

Nec cōsonat uariat hic alibi Iohan. 13

Lucas ordine uariat hic alibi. Luc. 22

Iudas ille nō q̄ bonus fuit.

* prolixitate CAP. VII. Cur mortis suae elegit Christus

Lut. 4 Iohan. 8 Psalmo 40

Nō meo cā declinauit Iesus a Iudaea

Psalmo 74

Scenopegia tps Iohannis Bap. pascha autē Christi

Scenopegia octo dieꝝ solennitas sub ymbra cunctis. Luc. 13

Et de causa eiusdem festivitatis paulo post subiungit: Mense septimo festa celebrabitur, & habitabitur in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel manebit in tabernaculis, ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerit filios israel, cum educerem eos de terra Aegypti. Faciebant itaque Iudaei tabernacula, ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerant, cum educerentur de Aegypto peregrinarentur in heremo, & celebrabant diem festum, magnam solennitatem, velut reminiscerentur beneficia domini, qui dominum erant occisuri. Dixit ergo ad eum frater eius: Transi hinc, & uade in Iudaeam, ut & discipuli tui uideant opera tua, quae tu facis. Ipsi fratres Iesu, propinqui uel consanguinei sunt, qui gloriam huius mundi amantes, & ueram coelestis hominis gloriam suo sensu terreno metientes, uam illi dilatandae gloriae dabant consilium, ut uidelicet festinans in notescere cunctis, daret operam tam solenni non deesse conuentui, nec ostentandis parceret miraculis. Nam haec festiuitas una de tribus erat, in qua omne masculum Israel cor domino apparere lex iusserat. Suo ergo sensu sapientiam dei praecedere, uiamque illi ostendere praesumentes, cum hoc dixissent, sinistram intentionem suam conati sunt firmare dicentes: Nemo quippe in occulto quicquam facit, & quare ipse in palam esse. Vera quidem sententia est, neminem ratione utentem adeo sibi in seipso dissidere. Nam reuera manifeste repugnata sunt, uelle hominibus innotescere, & facta nobilia clare, quemadmodum si quis uelit pariter, & in nocte esse, & solem habere resue lucernam domini clare ardere, & lumen eius uideri a nemine. Sed haec eadem sententia non suo tempore dicta est. Nam dominus noster nec in occulto quicquam faciebat, quia nihil quod occultum esse uellet agebat nec eo modo, quo illi arbitrabantur, in palam esse querebat, quia non ab hominibus claritate accipere, sed hominibus claritate dare uolebat: non hominibus placere, sed homines ad placendum deo erudire uenerat. Igitur uera quidem, sed uana, imo & perueria, atque alieno spiritu prolata est. Quae adhuc illi confirmare nituntur, subiungentes, Si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Id est, si non haec facis, non manifesta te ipsum mundo. Adhuc ea quae dixerunt isti, talia uideri poterant, qualia dicere debuerant fratres boni ac fideles, nec indigni fratribus illis, quos nouimus Apostolos Christi, uiros utique Apostolicae sanctitatis & fidei. Sed aduersus hanc opinionem audi, quid Euangelista subiunxit. Neque enim fratres eius credebant in eum. Vtique illi dignae memoriae fratres eius, quos (ut iam dictum est) Apostolos nouimus, scilicet Iacobus Alphaei, cognominatus est iustus, Simon quoque chanaeus, & Iudas, qui & Thaddaeus dicitur, credebant in eum. Nam Apostolorum omnium (solum Iuda diabolo excepto) fuit paulo superius illa uox Simonis Petri, etenim pro omnibus illis unus respondit: Domine ad quem uisus uerba uisae eterne habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei, sed isti fratres eius, inquit euangelista, non credebant in eum. Igitur haec uerba illos, non tam beneuolentia testantur, quam in uisum, quia non multum curantes, si interficeretur, qui utique odium Iudaeorum aduersus illum ignorare non poterant. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum semper est paratum. Omnia tempus habent ait Ecclesiastes. Ac deinceps: Tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus saltandi. Audiant hoc stulti, qui concionam in plateis sapientiam despiciunt, & qui nec aures, nec oculos habent in capite suo, sed in finibus terrae non discernunt tempora haec, quod non dixit tempus ridendi, & tempus flendi, sed primum tempus flendi, deinde tempus ridendi: prius tempus plangendi, & postea tempus saltandi. Haec inquam tempora quia non discernunt, in tempestituos praeripiunt risus, & iniustis atque immaturis tripudiant atque lasciuunt saltationibus, & ideo nondum status regni commutatur, oportet enim praesentem statum decedere: aliter longe diuersum & contrarium succedere: necesse est de risu ad fletum, de saltatione transire ad plangendum. At uero illa futurae ciuitatis rex, cuius regnum de hoc mundo non est, nouit sibi & suis prius flendum, & post ridendum: prius plangendum, & postmodum esse exultandum. Ait ergo: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum semper est paratum. Cum uenerit tempus tuum, queres in palam esse, & manifestabis te ipsum mundo: Ita plane faciam, sed ipsa manifestatio mea longe alterius gloriae & honoris erit, quam uestra gloria, & breuis honor uestri huius temporis. Vos enim ad gloriam tenditis, malis operibus mundi adulando: ego ad gloriam proficiam, mala mundi opera detestando. Hoc est quod sequitur. Non potest mundus odisse uos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Nullo magis quam contrario modo differre possunt quae cumque differentia sunt, sunt autem haec manifeste contraria, quae sic opposuit dicens: Non potest mundus odisse uos, me autem odit. Et utique mundus hoc loco haud dubium, quin significet dilectores mundi, qui (ut epistola sua hic idem Iohannes asserit) pro eo quod sunt dilectores mundi, constituntur inimici dei, item cum causam odij talem subiunxerit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt: constat sine dubio, quod contra, cur eos mundus odisse non possit, illa causa sit, quia testimonium perhibent, quod opera eius bona sint. Igitur illos consilios suos multum a suo sensu dissentire, tam fortiter quam suauiter ostendit sapientia dei, ita ut duo quilibet magis ab inuicem differre non possint, simulque quod futurum est innuit, scilicet manifeste.

FFres Iesu e propinqui

Exo. 15

Tres ap. fra tres dni hic non dicuntur sed alij

Eccle. 3 Pro. 16 Eccle. 2

Iohan. 18 Prius flendi deinde ridendum

Dilectores mundi Iohan. 2

Psal. 109

manifestationem suam sic processuram, quomodo potest admittere odium, uidelicet quod antequam exaltet caput, de torrente in uia bibiturus sit. Et adiungit illud, quod consequentibus talibus non potest dici. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum istum, quia tempus meum non dum impletum est. Et de quantum pondus est fortitudinis in hac suauitate conclusionis. Reuera nunc quoque meminit, quod in Ecclesiaste dixerit haec ipsa sapientia dei: Tempus tacendi & tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt, ut econtra de femetipso, & suis subiuingeret: Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes uescuntur in tempore suo, ad reficiendum & non ad luxuriam. Quid enim sunt isti dilectores mundi, quorum tempus semper paratum est in soliditate terrene ambitionis, quid in qua sunt, nisi terra quam serpens comedit: Quisquis puer terrae illius rex, nisi ille tam uetus, quam fatuus stultitiae pater, cuius cor matura sapientia dei nequaquam ulla ex parte possidet: Principes uero qui mane comedunt, potentes & superbi dilectores mundi sunt, de quibus dominus: Principes quidem extiterunt, & non cognoui, qui dum hac in uita sua bona recipiunt, ut in futuro crucientur, quasi mane comedunt, ut hora cenae confortio comeditum secludantur. Econtra terra illa, terra uiuentium, quam dominus super maria & flumina, id est, super amaricantes populos, & uientes seculi principes, fundauit in fide, & praeparauit in operibus bonis, beata est, cuius rex nobilis, ut pote uerus & consubstantialis filius dei, idemque secundum carnem filius David, solusque filius uirginis. Cuius principes, quos idem rex nobilis exemplo suo sic disposuit, ut mane operentur sobria mente, negotia regni, & in tempore suo comedant ad reficiendum, & non ad luxuriam, quia uidelicet in hoc alieno tempore non luxuriati sunt, sed laborauerunt, audiunt regem suum dicentem sibi, dum discumbere parat ipse in tempore suo: ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Istis igitur & cunctis uanae gloriae maturis ascensionibus, quia non desunt praecordia scripturae, ex quibus audiatur quod eos conseruauit, satis est hunc regem nobilem in sua persona grauiter & parce dixisse: Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum, quia tempus meum nondum impletum est. id est, ut uos libet exaltamine quantum potestis, antequam humiliemini, ut humiliemini postquam exaltati fueritis. Nam ego non ascendam in praesentem, neque exaltabor, antequam humilior uel quam mortuus, mortem autem crucis. Sequitur. Haec cum dixisset, ipse mansit in Galilaea. Utrum autem ascenderit fratres eius, tunc & ipse ascendit, non manifeste, sed quasi in occulto. Actus diuersos uno uerbo ascensionis hoc loco a quo uocari perspicuum est, id est alio sensu dictum esse a domino: Vos ascendite, ego non ascendam, & alio nunc ab Euangelista dicitur: Utrum autem ascenderit fratres eius, tunc & ipse ascendit, uidelicet ipse secundum illorum sensum, qui dixerant: Utrum & discipuli tui uideant opera tua quae facis, & si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Respondit se non ascensurum, id est, sublimem de seipso spectaculum, gloriam quaerendo praebiturum. Euangelista uero simpliciter uiam communem (ut solet) eodem uerbo expressit, secundum terram situm, eo quod uenientibus Hierosolymam, in montana Iudaeae foret ascendendum. Qui & distantiam ascensus huius & illius, quem praedicti fratres intenderant, curauit apponere dicens: non manifeste, sed quasi in occulto. Quare autem non manifeste, sed quasi in occulto? Videlicet quia tempus eius nondum aduenit, quia tempus eius nondum impletum fuerat. Quid ergo, ubi uenit impletum est tempus eius, quomodo ascendit? Plane non in occulto, neque quasi in occulto, sed manifeste. Tunc enim turba multa, quae conuenerat ad diem festum, cum audisset quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant osanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel. Utrumque impletum erat tempus eius, quia collecto concilio pontifices & Pharisei dixerant: Quia expedit ut unus moriatur homo pro populo, & ab illo die cogitabant eum interficere, uidelicet quasi cum iudicio legitimo, & ea morte qua uolebat ipse, scilicet crucis patibulo, desinerant eum interficere. Nam antea quaesierant eum quidem Iudaei multoties interficere, sed non ita, ut implemur scripturae, & ideo (sicut paulo ante dictum est) uolebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere. Et cum tamen ambulasset illic, & uellent eum, sicut post dicendum est) Iudaei lapidare, noluit mortem admittere, quia non sic implemur scripturae. Tunc ergo impletum est tempus eius, & ideo non ascendit in occulto, sed manifeste, acclamantibus turbis, magno regi, magno filio dei, magno & nobili filio David. Quid ergo? Ergone praedictum patrum suorum consilium approbavit, & iuxta sensum illorum mundo manifestari uoluit? Minime, quia laus ista non ex hominibus, sed ex deo fuit. Cui enim nisi deo dictum est in psalmo: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Haec autem prophetia tunc adimpleta est. Cum enim indignantes Pharisei dicerent: Audis quid isti dicunt? Respondit eis utique: Nunquid igitis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Igitur neque tunc quando cum publicis laupibus ascendit, sed quodam quidem respectu in occulto, quodam autem manifeste & non in occulto, Nam quae sicut in tempore suo facturus erat

Psal. 109 * quio

Eccle. 5

Ibidem 10

Gen. 5 Rex puer Oleg

Luc. 18 Psal. 23 Rex nobilis Christus

Luc. 22

* uos ut Philip

Quo Christus ascendit, & non ascendit

Iohan. 12 Quia ascendit Christus manifeste

Iohan. 8

Psal. 8 Mar. 21 Luc. 19

erat

erat, nō ita & mō cū regijs laudibus ascendit, in occulto ascendit. Quia uero nō sic ascendit, ut latere uellet, nō in occulto ascendit. Bene ergo cum hac temperatiua distiunctiōe quasi in occulto dictum est, sequitur. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Ergo inquit quia nō uiderunt eum cum fratribus suis, id est, cum cognatione sua uenisse, quærebant eum male solliciti iudæi, qui quærebant eum interficere. Et dicebant: Vbi est ille? Vide nunc gemina uiperarum, quanto faciant ueneni præcordialis ardore, dum nō dicit ubi Iesus, sed ubi ille? Nunquid enim eius quæ quærebant interficere, poterant nomē nescire? Ergo cordis illoꝝ habitator homicida diabolus, sic eos agebat, ut odio dictante, nomē salutis non possent, imō nollent attingere. Et murmur multus de eo erat in turba. Murmur multus, id est, multa erat dissensio; multa in quā, quā multoꝝ rumoribus susurrata, sed nō tā uehemens, tamqꝫ animosa, ut & seditio fuerit recte dicenda. Nam seditio recte dicitur, ubi partibus aduersus alterutrum consistantibus, diuisa respública hostili discordia periclitatur, ita ut laborante officio non leuiter præsidiali ditione possit sedari tumultus. Vnde & iuxta etymologiam seditio, qꝫ sit sine ditione, dicta est. Quæ ubi accidit, perimitur persona propter quam euenit; datur enim & inimicis occasio maior accusandi, & iudici ne cessitas sit audiendi. At uero puer iste electus, super quē deus pater posuit spiritum suum, ut iudicium gentibus proferat, non cōdendit neqꝫ clamauit, nec audita est foris in plateis uox eius, & omnimoda mansuetudine egit ac prouidit, ut propter se nulla unqꝫ oriretur causa seditionis. Nō igitur seditio facta est, sed timida dissensio submurmurauit ad sonum odij, uel inuidiæ iudæicæ, dum uelut anamathematizati nominis hominē quærentes eō, dicentes ubi est ille! Quidā autē iudæi dicebant, quia bonus est: alij autē dicebāt, non, sed sed ducit turbas. Ex hac sensuum discordia murmur multus erat. Quid si isti qui dicebant quia bonus est, hoc etiā dicere scirent uel auderēt, quia filius dei est? Vtqꝫ non iā utrunqꝫ murmur multus, sed animosa fuisset oborta seditio. Sed hoc solum dicebant, & uix dicere audebant, quia bonus est. Nam sequitur. Lnc mo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudæoꝝ. Nemo inquit uidelicet eoꝝ qui dicebāt: quia bonus est palā loquebat de illo propter metū iudæoꝝ, scilicet eoꝝ qui dicebant: nō, sed sed ducit turbas. Et notandū qꝫ cum hi pariter atqꝫ illi iudæi sint, eos tamen qꝫ dñm quærebāt interficere tam hic, qꝫ in omnibus psecutoribus eius dñi nostri, euangelista iudæos appellare cōsueuit, ad distinctionē turbæ quæ uel ipsum conseqꝫebatur, uel aduersus eundē nihil iniquū moliebatur. Quorū causa ut manifestior fiat, sciendū & illud est, quia tribus significationibus recte solet hoc iudæoꝝ nomen æquiuocari, arqꝫ hanc esse determinā, quā hoc loco euangelista uult intelligi. Dicunt em̄ recte iudæi, quicunqꝫ sunt cōfessores ueritatis, uidelicet sc̄dm̄ interpretationē huiusce nominis, iudæus em̄ confessor interpretatur. Vnde diuinitus prouisum nō dubitamus, ut hæc dñi causa crucifixi sup̄ caput eius scripta Græce, Hebraice, & Latine poneretur: Iesus Nazarenus rex iudæoꝝ, quia maxime tribus illis linguis testimonia sua psonat per totum orbē catholica fides Christianoꝝ confessor. Contraria huic intellectui significatione iudæos dicimus istos insipientes & malignos, homicidas, effusores sanguinis Christi, qui usqꝫ hodie maledicunt Chr̄m in synagogis suis, hæc hereditariā à patribus suis sup̄ se portantes eundē sanguinē Christi. Dicimus em̄ eos iudæos, non quia sunt, sed quia iudæos se esse dicunt, mentientes, cum sint in synagoga Sathanæ. Media significatione, i. quæ nec bona, nec mala sit nā in Ch̄so Iesu nec circuncisio, nec preputiū, nec gentilis, nec Iudæus, sed sola fides requiritur, media in quā significatione iudæos dicimus oēs, quicunqꝫ carnali generatione sunt Iudæici generis, simulqꝫ eos qui cū essent Benjaminæ stirpis, remanserunt in parte Dauidicæ gni, ad quorū distinctionē cæteri Israelite dicti sunt Samaritani, quibus (ut in hoc euāgelista dictum est) nō coutebantur Iudæi. Quia significatione hic appellatos esse iudæos nō conceditur in hoc multo murmure turbæ, cum (ut prædictū est) illi quocꝫ fuerint Iudæi, quorū nemo palam loquebatur de illo propter metū iudæoꝝ. Sequitur. Iam autē die festo mediante, ascendit Iesus in templū, & docebat. Ille qui (ut paulo ante dictū est) uolebat ambulare in iudæam, quia quærebant eum Iudæi interficere, quicqꝫ tamē ascendit, sed quasi in occulto & non manifeste, ecce ascendit, non in remotū ciuitatis angulū, sed in templū: non salte priuata die, sed die festo mediante: nō saltem clauso ore sub silentio absconditus, sed in splendida doctrinæ autoritate conspicuus. Nunquid hoc in loco uacat illi perfidiæ, dominū maiestatis Christum timiditatis arguere uel impotentia, uidelicet qꝫ mortē timens, & quantum poterat declinare studens, noluerit in iudæā ambulare? Aut nunquid mutabilitate uisus est, fuitqꝫ in illo, est qꝫ nō, ut prius noluerit illuc ambulare, & postea propter uerba taliū fratrū suoꝝ mutatus est ut ascenderet, quo noluisse ascendere. Ergo magis in hoc quocꝫ factō dicamus de deo difficili, quā apud ipsum est sapientia & fortitudo. Nā sapientiæ solius diuinæ est, quā hominū nemo potest cōprehendere, qꝫ tempus mortis suæ nouit mundū aduenire, & iccirco nō uult in iudæam ambulare, mortisqꝫ ministris licentiā uel opportunitatē sceleris permittere. Fortitudinis uero est, qꝫ in medium inimicoꝝ suoꝝ ascendit, & docet in festo mediante quodammodo

Vbi est ille? Mat. 5

Señtionis ocasio noluit esse Iesus Esa. 61 Lucæ 4

Triplices Iudæi

Boni

Mat. 1

Apo. 5 Mediocres Gala. 7

Ch̄s nō fuit timidus

Iob. 13

iubens morti inhiant, ut foris excubet, suumqꝫ promissum expectet, morituri arbitrio frenata, & imperij eius capti uoligata. Nec enim errabit in tuta potestatis sue conscientia, quæ & Herodi mandauerat quærenti se occidere? Ite (inquit) dicite uulpi illi, ecce eiicio demonia, & sanitates perficio, hodie & cras, & tertia die consumor, & nunc docens in domo patris sui, sua quondam habitatione, quæ nunc sibi facta erat spelunca Hyenæ, quodammodo dicebat morti importunæ. Ecce inferio doctrinæ præfenti festo scænopegia, & postmodum futuro festo encenior, & in tertio paschæ festo recum d̄ mors agonizor. Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Admiratio Iudæica pœnalis & impatientia ad audiendum, detrahit inuidiā liuor est, quæ urgente, dum sapientiæ docētis nequeunt obuiare, saltem ex præsumptione magisterii nituntur personam illius premere. Quod si talē patrem familias hi maxime, qui clauim scientiæ tulerant, egerrime ferebant, omnes scientiæ thesauros obtinere, & indignabantur qꝫ quicqꝫ sciret is, qui non per ipsos introisset, quāto magis domesticos suos ab illis infestandos esse nouerat, quando in eodem doctrinæ miraculo inciperent maiora facere, se ipso tamen illis dona tribuente? Nam ipse in templo illorum docens una tantum lingua, nihilominus ad unam tantum loquebatur gentem, creditibus autē in se, uadens ad patrem hoc daturus erat, ut omnibus linguis omnium gentium magnalia dei loquerentur, nec solum loquerentur, sed etiam quod maius est, scriptis homines quondam si ne literis & diota, scriptis in quā cuncto mūdo ipsum annuntiare in expugnabilibus, & post ipsos eoꝝ sequaces uiri orthodoxi, gratiā donationū habentes à spiritu sancto diuidente singulis prout uult. Proinde quoniā & domestici eius talia multo magis erant audituri à notis suis egregiā ipsoꝝ scientiā fastidientibus, tale responsum oportebat ab illo dari, quale sufficeret & uocē formare, & dignā defensionē pararet illis quocꝫ inuidiam sustinentibus. Sequitur ergo. Respondit eis Iesus & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Quid hac responsione uerius? Quid ad defendendā sanæ doctrinæ dignitatem fortius? & ad leniendam inuidiā (si tamen leniri possit) suauius? Mea inquit doctrina nō est mea, subaudi, sicut doctrina Pharisæoꝝ doctrina sua est, quæ uidelicet doctrinā sensumqꝫ suum in pharisæoꝝ doctrinæ dei nō cōmunicant, docentes seruari mandata hominū. Dei quippe traditiones propter suas traditiones dereliquerunt, legēqꝫ sanctam, iustā, & bonam, lucris suis & uoluptatibus prijs seruire cōpellerunt. Prophetia quocꝫ pseuodoprophetaꝝ, prophetia sua est, quia profecto non spiritu dei spiritū suum, uel uoci dei, uocis suæ cōmodauerunt organū, sed prophetæ de corde suo dicentes: hæc dicit dñs, cum dñs nō miserit eos, taliū ex opposito liquet quantum ad rem atinet, quæ ita doctrina nō est mea, simul nāqꝫ intelligi uult, qꝫ subaudiendū sit cōtrario, uestra doctrina nō est dei, sed uestra. Et omnino quoniā & mea doctrina & nō est mea dixit, sic intelligendū est, ac si dixisset: mea doctrina non ex homine, sed ex deo est. Alioquin locus nō esset aduersus cōiunctionē, cū quæ subiunxit, dicens: sed eius qui me misit. Igitur hodie quoriens de finibus quilibet aliquē assequitur doctrinæ gradū, ut ualeat cū Iesu accendere in templum, & in medio ecclesie aperire os suū, si qui uitio Iudæico fastidiat illū, quia forte magnos & insignes Cathegetas, longa terrarū spatia non circuiuit, nec querēdo peregrina studia relegit, & ob hoc dicat: quis est hic, uel quomodo literas scit cū nō didicerit? sufficit illi ad defensionē, si uerū dicere queat, qꝫ sua doctrina nō sit sua, sed eius cuius est omnis uera doctrina. Hac enim magna distantia catholicam profitens doctrinam, uniuersas hæreses anathematizat. Hæreticorum quippe (qualis fuit Arius uel Macedonius, siue Donatus) cæterorumqꝫ professio ista non est, quibus cōtra aquæ furtiue dulciores sunt illis fontibus, uel aquis, quas iuxta Psalmistam emittit deus, & quæ inter medium montū pertransunt, id est, singulis illis magis placet propria, quā illa quæ omnium sanctorū cōmunis est catholica atqꝫ apostolicæ fidei doctrina. Dicit itaqꝫ unicus dei filius, qui extra patrem nihil docet atqꝫ operatur dicat inquam ipse, qꝫ unumquēqꝫ doctorē sancte Ecclesie dicere uult: mea doctrina non est mea, id est, non facit hæreses & schismata, quomodo faciunt eoꝝ doctrinæ, qui nouitates uocū amantes, derelinquunt traditiones dei propter traditiones suas. Amplius autē ex subsequētibz sensus iste declarat. At enim. Lsi quis uoluerit uoluntatem eius facere, agnoscat de doctrina utrū ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Ut ergo præueni sententiæ sequens ista manifestum concordet, primum quid sit à semetipso quemqꝫ loqui, peruidendum est. Philosophorum sententia est, quorum diffinitiones contrariæ sunt, & ipsa esse contraria, quam & ita conuertere licet, ut dicas, quæ contraria sunt, eoꝝ diffinitiones esse cōtrarias, sunt autē hæc manifeste cōtraria, nec simul possunt esse, scilicet quæqꝫ à semetipso loqui, & doctrina eius ex deo esse. Cōtrario nāqꝫ mō hæc ipsa sapientia nūc opposuit: cognoscat inquis de doctrina, utrū ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Igitur diffinitiones à semetipso loquētis, cōtrarias esse oportet diffinitionibus ex deo loquētis. Est autē ex deo loqui, sic loqui, quō spiritus ueritatis suggerit, i. nō de corde proprio quicqꝫ cōfingere, sed sicut corde sentitur, ita & ore ueritatem proferre, igitur cōtra à semetipso quemqꝫ loqui, mendacium loqui est: prophetarū quēqꝫ de corde suo

Luc. 13

Hic. 13

Falsus Pharisæus & Iuod Mat. 10 Colloz

Actu 3

1. Cor. 13

Pharisæoꝝ doctrina nō det sed ueritas. Mat. 15. Roma. 7. 3. Reg. VIII. Hic. 27

Mea doctrina nō est mea

Cathegetas, magros, sū preceptores,

Hæreticoꝝ doctrina iudæa est, non dea Pro. 9. Psalms

1. Tim. 6 Mat. 13

Ex deo loq. Hic. 25

suo

fuo, quæ non mandavit dominus, nec ascenderunt in cor eius, à seipso loqui est. At vero dominus noster cū dixisset: Et mea doctrina non est mea, data experiendi via cognoscet (inquit) de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à seipso loquar. Igitur quæ ait: Mea doctrina non est mea, idem est ac si dixisset: Mea doctrina non est fallens siue falsa. ¶ Nunc demum videndū est, qualem dederit facultatem experiendi, utrū sua doctrina sua, id est, fallens siue falsa sit, an ex deo, id est vere, & veridica sit. si quis inquit voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina utrū ex deo sit, an ego à seipso loquar. Hoc audiat consiliū, qui discretiū quærit veritatis intellectu, velit facere volūtate dei, ut cognoscere possit volūtate dei, optet ambulare uia dei, ut mereat uideri uia dei. Cæcus enim est, nisi primo simplici beneuolentia cordis oculum purgauerit: Collyrio (inquit dñs) inunge oculos tuos, ut uideas. Nāq; uideri non potest excæcatus in splendore ueritatis, oculus est culpa, non solis. Igitur doctrinam dei qui non discernunt, excusationem non habent: quia uidelicet ex ipso errore suo sibi testes sunt, quæ desyderium non habent faciendi dei uoluntatem: quod utiq; si haberent doctrinam quæ ex deo est, ultro amarent. Sequitur. ¶ Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autē quærit gloriam eius qui misit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. ¶ Harum sententiā singulæ singulas in subauditione habent sibi cōtrarias. Nam lecto: q; à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, subaudiendū est, quia autē à semetipso non loquitur, eo quod doctrina eius ex deo sit, hic dei gloria quærit. Item q; subaudiendū est, qui gloriam propriam quærit, hic mendax est, & iniustitia in illo est, & deinde legendū qui autem quærit gloriam eius, qui misit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. Hæc enim sibi inuicem repugnantia sunt, simulq; esse non possunt, scilicet à semetipso quæritur, & ueracem esse itemq; gloriam propriam quærit, & iniustitiam in illo esse: sicut e contra, doctrinam cuiusq; ex deo esse, & mendacem illum esse itemq; gloriam dei quærit, & iniustitiam dei in illo non esse, omnino repugnantia sunt, & nusq; simul esse possunt. ¶ Diabolus quippe, qui à semetipso loquitur: cum enim loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eiusdem mendaciū quod loquitur, uerax esse non potest: & quia gloriam propriam quærit, non enim uoluit cū deo, sed contra deum gloriari, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo, & iccirco iustitia in illo esse non potest, similiter homo inquantū, uel q; diu à semetipso loquitur, intantum uel tam diu uerax esse non potest. Et inquantū uel q; diu gloriam propriam quærit, uel ut Arius, uel alius quilibet hæreticus, intantum uel tam diu iustitia in illo esse non potest. ¶ E contra Christus, quia non à semetipso loquitur, sed quod uidit & audiuit hoc testatur, iccirco mendax esse non potest: & quia non propriam gloriam quærit, sed & patris & spiritus sancti æque ut suam communiter gloriam quærit, iccirco iniustitia in illo esse non potest. Similiter homo inquantū uel q; diu non loquitur à semetipso, mendax recte dici non potest: & inquantū uel q; diu non suam sed dei gloriam quærit, intantum uel tam diu iniustus recte dici non potest. Igitur tam ualido, q; uero diuinæ rationis monimento dominus noster per uerfos suimet miratores repellit dicentes: Quomodo hic literas scit, cū non didicerit, & omnem hominem doctrinam siue psalmū, siue Apocalypsin habentem, & spiritu ac mente mysteria loquentem, quomodo cūq; sciat, uel unde cūq; didicerit, defendit opporune, ne q; dicere audeat eo presente, quis est hic. Et hætenus q; dem sapientia, quæ plane literas scit, cū non didicerit, secundū illos: dicta respondit, iam uero quæ sequuntur, cogitationibus q; tacitis, quæ illū latere non poterant, hoc modo respondere curauit. ¶ Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me queritis interficere? ¶ Nam reuera cum alie dicerent, alia cogitabant, id est, cū literas eius mirarent, mortem eius mente tractabant. ¶ Et uide q; mirabile illis rationem reddidit. Mirantibus eis quomodo literas sciret cū non didicerit, mirat ipse, quomodo nemo ex illis faceret legem, cū legem acceperint. Quod in eo mirabantur illi, laudanda erat potentia diuinitatis: quod mirat ipse, & illis, detestanda erat audacia præuaricationis: laudabile nāq; erat scire literas cū non didicerit, detestabile erat legem non facere cum legem acceperint. ¶ Quid aut rationabilius, q; qd ubi dixit: & nemo ex uobis facit legem, statim subiicit qd me queritis interficere? Sine ratione enim uideret, præuaricatores legis addicere, & præuaricationis modū non exprimere. Bene ergo cū dixisset: & nemo ex uobis facit legem, mox subsecutus ait: qd me queritis interficere. Repugnantia quippe sunt, nec simul esse possunt, & legem facere, & hominem uelle occidere, lex enim ait: Non occides. Sed rursus eadem lex iubet rē interfici, Verbi gratia, prophetam deceptorem ubi conuictus fuerit falsum locutus esse in nomine domini, & cetera: igitur prouidus legis defensor, idemq; legis dominus & author, crimen probaturus qd obiecerat dicens: & nemo ex uobis facit legem, non ait enuncians: quia queritis me interficere, interdū quippe licebat & iustum erat, cū lege interfici, uidelicet damnabile causa præeunte, sed ait interrogans: quid me queritis interficere? Ac si dicat: Concede legem facere eos qui occidunt, ubi causa non deest, cur legitime occidant. Sed qualem ob causam me queritis interficere? Nunquid me prophetam arrogantia deprauatum esse compendit?

Hic. 25
Faciam⁹ dei uoluntate prius, ut cognoscam⁹ postea
Apo. 5
argumētatio ex contrarijs
Diabol⁹ a semetipso loquitur Iohan. 8
Esa. 14
Iohan. 5
Hic non a semetipso loquens mendax est
1. Cor. 14
Aliud Christus, aliud hinc mirantur Iudei in illis
Quid me queritis interficere?
Exo. 20 Deu. 15
Deu. 15. & 18

hendistis loquentem in nomine domini, quod dominus non præceperit? Aut nūquid ex nomine deorum alienorum locutus sum uobis? Nunquid in nomine domini prædixi uerbum quod non euenerit, & hoc uel illud signum habetis legitimum, quod me deus non miserit? Cum dico regulo: Filius tuus uiuit, cum dico de cæco nato: nec hic peccauit nec parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo & c. quæcūq; prædico eueniunt, quæ & ipse prædicens facio, faciens prædico. Quid ergo me queritis interficere? Respondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te querit interficere? Ecce isti sunt canes, de quibus hic opprobrium hominum & abiectionis plebis propter nos factus, in psalmo dicit: Quomā circumdederunt me canes multi. Frustra laborat hic intentio describentis: neq; enim hunc latratū nequissimos canū, uerbis possit ullo modo consequi. Sed hoc mirari licet, qualiter isti homicidæ insipientes & maligni, homicidiū quod mente pertractant, cum tanta responsonis amaritudine, & negando contentur, & confitendo negant. Ita sibi contrarij sunt, tanta ueneni ardentis insanunt. ¶ Quæ enim res generare solet homicidiū nisi odiū? Quando autem aliquod homicidiū maiori odio pertractatur, est q; quod indicat hoc amarū & nequissimum conuictum? Igitur si pertractatum fuisset ad conuictendū eos, uerbis contendere dicendi: Ego dæmonium non habeo, sed uerū dico, quia uos me queritis interficere, cum ipsi satis aperte grassantis odiū ueneni euomerent tali responsonē. Proinde quod ceperat dicendo: Quid me queritis interficere, profertur subiungendo: Vnū opus feci, & omnes miramini. ¶ Quo de opere dicat, paulo post ipse manifestat dicendo: quia totum hominē sanū feci in sabbatho. Hoc opus illi mirabantur, id est, magnifice inter se quærendo uel ut magnū & inauditum scelus, tanq; pro lege dei magno zelo indignabantur. Nam quod hic ait: & omnes miramini, paulo post repetens, eandem admirationem uocat indignationem, dicendo: mihi indignamini, quia totum hominē sanum feci in sabbatho. Ait ergo: Vnū opus feci, & omnes miramini. Per cunctate illo atq; dicente: quid me queritis interficere? id est quam causam habetis, unde possitis aculari, interficientes me poterant secūndū machinationes suas responderi illi quia nō est à deo, qui sabbathum non custodis, Sed iam dudū experti fuerant, hoc ipsum ab illo multo magis in seipso posse retorqueri, quia multoties dixerat eis: Hypocrite: uniusquisq; uestrum non soluit bouem uel asinū, & ducit eum ad aquandū die sabbathi? & similia. Proinde irati tacuerunt, imò & tacendo peius insanientes iracundā odij flammam uomuerunt. Opporune ergo ipse causam eandē, ut rationabiliter defendat, illis tacentibus indicat, & proinus eandē defensionē hoc modo inchoat. ¶ Propterea Moyses dedit uobis circuncisionē, non quia ex Moysē est, sed ex patribus, & in sabbatho circunciditis hominē. ¶ Tota causæ defensio in ultima clausula constituitur, qua dicit: & in sabbatho circunciditis hominē. Propterea inquit quia unum opus feci, & omnes miramini, & mihi indignamini, propterea inquam iam nūc legitima defensione utens, dico uobis: Moyses dedit uobis circuncisionē, id est, sicut cætera, sic & hoc mandauit uobis, ut circuncidatis hominē. Non dico quia ex Moysē est, nam ante Moysen ex patribus est, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob: ex patribus inquam, id est, ex eo quod sunt patres, quod crediderunt semen se accepturos, in quo benedicere uoluerunt omnes gentes. ¶ Similiter & sabbathum Moyses dedit, non quia ex Moysē est, sed ex deo, id est, ex eo quod requieuit deus die septimo ab omni opere suo, & benedixit diei septimo, cum ira diuersis ex causis circuncisionem & sabbathū, unus idemq; moyses scripto dederit uobis, & antiquior sabbathi q; circuncisionis causa sit, & circuncisio quidē ex patribus, sabbathū uero ex deo sit, in sabbatho circunciditis hominē, ut non soluat lex Moysi, qui absq; ulla exceptione sabbathi, iubet hominē die octauo circuncidi. Ad hæc inquam. ¶ Si circuncisionem homo accipit in sabbatho, ut non soluat lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominē sanum feci in sabbatho? ¶ Totum inquam hominē sanum feci in sabbatho, circuncisio uera, quanq; bonū opus est, & ideo nō est uolatio sabbathi, non tamen totum hominē sanum facit. Nam & si interiorem sanat hominem in his duntaxat, qui causam tenent, cuius circuncisio signū est, scilicet Abraham fidem, nō tamen exteriorem sanat, sed potius lædit, & dolore afficit hominem. Ego autē dum hoc opus facio in sabbatho, propter quod mihi indignamini, Verbi gratia, dū dico huic: Tolle grabbatum tuum & ambula, alij uero: Exter de manum tuā, alij uero cæco nato lutū super oculos pono, totum hominē sanum facio, quia uidelicet dum extrinsecus redintegro, intrinsecus ad fidem informo uidentibus cunctis, quod non humano uel cōmuni medicorum officio, sed diuinā uirtute rem perficio. ¶ Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudiciū iudicate. ¶ Et qui dem uir despectus, & nouissimus uiros, ego confyderatus sum, & aspectus meus in me nō est. Moyses uero uir magnus, & spectanda memoria, uir antiquus, & primus populi dei dux, cuius facies ex colloctione dei splendida facta est. Sed enim præcepit lex, quam dedit idē moyses, non confyderam dum personam pauperis, nec honorandū esse uultum potentis: iuste inquit iudica proximo tuo. ¶ Igitur nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudiciū iudicate, id est, non faciem Moysi, faciemq; uel præsentem personam filij hominis, sed merita

Iohan. 4
Iohan. 9
Canes Iudei
Psal. 21
Esa. 51
Homicidæ
Mirari hic est indignari
Luc. 15
Mar. 12
Circuncisio.
Gen. 17
Sabbathum.
Gen. 12.
Gen. 17
Circuncisio nō sic sanabat totū hominē ut Christus
Iohan. 5
Mat. 9
Iohan. 9
Esa. 53
Exo. 54
Leuit. 19
Nolite iudicare secundum faciem

Gen. 7 rerum pensate. Circumcisio quam dedit vobis Moyses (ut praedictum est) filios Abraham, qui si dem eius sequuntur, interius quidem sanat, ne pereat anima illa populis suis, sed exterius uulnerat: non ergo totum hominem sanat. Vnde autem & solum opus quod feci in sabbatho, interius hominem & exterius sanat, probante exteriori sanitate, quod habebat filius hominis in terra potestatem dimittendi peccata, quae est interior sanitas, cuius circumcisio spem permissum semen Abraham, quod est Christus, praeparat. Quid igitur quaeritis me interficere, nullam aliam habentes causam, nisi quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Quod ad haec illi tacuerunt, & infirmitate caute sua, licet inuiti, considerantes, iras suas ad tempus continuerunt, sequentia patenter innuunt. Nam sequitur. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem quaerunt occidere? Ecce & nunc loquitur, & nihil ei dicunt. Ac si aperte diceretur: Iudei quidem quibus dixerat Iesus quid me quaeritis interficere, respondere uindemoniu habes, quis te quaerit interficere, & nunc eodem domino Iesu pro se ratione reddente tacebant, & eo palam loquente nihil ei dicebant. Sed adeo uere illud erat, ut quidam ex Hierosolymis, qui utique non per famam didicerint, uel per opinionem sciebant, sed praesentes ipsi praesentium conspirationes & conuenticula oculis uiderant, & auribus audierant, mirarentur, quod nunc eo praesente & palam loquente nihil ei dicerent. Et dicebant: Nunquid uere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Tanta quippe mutatio, tanta uideatur taciturnitas uidebatur non euenisse sine causa maxima: Nunquid ergo inquit principes se errasse intellexerunt, & ipsi resipiscunt, Iudei qui quaerebant hunc occidere, nihil dicunt ac faciunt, quem admodum post magnam tempestatem uentis cessantibus, fluctus feri maris sedato seruore conquiescunt. Adhuc existimari poterant isti Hierosolymitae, quod haec dicebant de illis esse qui credebant in eum, & sic dixisset nunquid uero cognouerunt principes, quia hic est Christus: ut subaudiendum esset, sicut & nos cognouimus, nisi repugnaret quod sequitur. Sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum uenerit nemo scit unde sit. Et paulo post de eisdem dicitur: Quarebant ergo apprehendere eum, & nemo in eum misit manus, quia nondum uenerat hora eius. Igitur non credendo dixerunt: nunquid uere cognouerunt principes, quia hic est Christus, sed argumentando obstitere conati sunt, ne Christus esse crederetur. Nam uelut metuentes, ne forte principes cognouerint, & acquiescerint credere, quod ipse esset Christus, protinus assumunt id quod essentia Christi repugnare uideatur: sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum uenerit nemo scit unde sit. Cui assumptioni si concessum sit, continuo conclusioni datur locus, ut dicatur. Igitur & principes errant, si uidentur sibi cognouisse, quod ipse sit Christus. Verum haec sententia constans aut firma non est, quam assumpserunt, una sola Christi naturam, id est, humanam considerantes, iuxta quam dicere poterat, sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Nam & si reuera homo erat Galilaeus de ciuitate Nazareth, non tamen erat (ut putabant) filius Ioseph, de quo & sepe in prophanis et dicentibus: Nonne hic est filius fabri? sed erat filius uirginis. Ergo non recte neque constantiter assumpserunt dicentes: sed hunc scimus unde sit, quippe qui solum in illo naturam carnis at tendebant, nec ipsam bene nouerant. Ergo ne in expugnati ad conclusionem procurantes, uiderentur sibi inexcusabiles, obuiandum erat eis uelociter. Quod & factum est. Nam sequitur. Clamabat ergo Iesus in templo dicens: Et me scitis, & unde sim scitis, & a meipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis. Haec dicens Iesus, non frustra clamabat, quia uidelicet clamore, id est, fortiter praedicatione, res digna erat: Et me inquit scitis, & unde sim scitis, &c. Ac si diceret secundum hominem quidem & me Iesum esse scitis, & hominem Galilaeum esse scitis, sed est alia in Christo, id est, in meipso natura, secundum quam nemo uestrum scit unde sim, & secundum illam naturam nunc dico, quia a meipso non ueni, uidelicet quomodo uenturus est ille iniquus homo peccati, filius perditionis, cuius aduentus erit secundum operationem mendacium, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis, quia uidelicet sicut alio loco iam dixi, neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis. Ego scio eum quia ab illo sum, & ipse me misit. scio & bene scio eum, utique ab initio antequam talis ego fierem, qualem me uos scire poteritis, dicentes: sed hunc scimus unde sit. Et unde hoc mihi quod scio eum? uidelicet quia ab illo sum, utique non eo modo, quo & uos ab illo estis, qui tamen (ut praedixi) illum nescitis. Vos enim ab illo estis facti uel creati, ego autem simpliciter & absolute sum, quia non me creauit aut fecit, sed genuit, & ut talis fierem, quem scire uos possitis, ipse me misit. Ne igitur dixeritis, uel me hoc solum esse quod scitis unde sim uel Christum illud solum esse, quod nemo sciat unde sit, id est, nec solum filium hominis, nec solum filium dei, sed utrumque simul, & quod scire potestis unde sit, & quod nemo sciat unde sit, id est, filium hominis pariter & filium dei. Haec dicens dominus, & estimationem illorum de Christo non solum non diminuit, sed & in maius auxit. Illi namque non eo respectu dixerunt: Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit, nec eo sensu legere soliti erant: Generationem eius quis enarrabit, ut sentirent illum esse consubstantialem filium dei, sed in caeteris plerisque traditionibus suas praeferebant traditionibus dei, sic & hanc opinionem suam, qua dicunt isti: Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit, praetulerant

o palam

Hunc scimus unde sit * scilicet

Mar. 3 de

A meipso non ueni

a. Thess. 2

Iohan. 6 Alii uos, alii Chriſta deo

Opinio Iudeorum de Christo uenturo Eſa. 73

lerant scripturis propheticis. Traditio quippe illorum erat, Christum media nocte uenturum, in similitudine Aegyptii temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator uenit, & dominus super tabernacula transit, & sanguine agni postes consecrati sunt, & sic eum uenturum non tanquam deum & hominem, sed tanquam purum, licet magnum, hominem. In hac opinione occupati, suo sensu dixerant: Christus autem cum uenerit nemo scit unde sit, licet principes sacerdotum & scribae percontanti Herodi, ubi Christus nasceretur, respondere nouerint: In Bethlehē iudae, sic enim scriptum est per prophetam &c. insipientes & maligni qui scire poterat unde esset Christus, tunc quando quaerebatur ad occidendū, nunc autem nesciunt, & nescire uolunt unde sit Christus, dum quaerit inciperet ad occidendū, nunc autem nesciunt, & nescire uolunt unde sit Christus, dum quaerit inciperet ad credendum. At uero Christus non se de ignotis uel secretis regionibus, ubi olim translatus fuerit, sed ab eo uenisse asserit, & illic prius fuisse quod de Maria nasceretur, uel in Galilaea conuerfaretur, quo respicientes dicebant: sed hunc scimus unde sit. Igitur estimationem illorum non minuit, sed plus quod de Christo & scire poterant, de seipso pronunciauit. Quarebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. Quamuis caeci & surdi essent, & ideo forte non satis clare aduertere potuissent in praedicto clamore ueritatis, utranque scilicet diuinam pariter & humanam commendatam esse naturam Christi, quippe cum hodieque plerisque nostrum huiusmodi sermo non adeo sit ad intelligendum facilis summam tamen eius uel intentionem facile erat intelligi, uide licet hoc eum dixisse, quod Christus ipse deberet credi, sed hoc solum magnae inuidiae & odio in genti exasperando suffecit, quae ad modum camino ardenti per modicum olei satis est iniecit, ut flamma furens repente exundari ac diffundi possit. Ergo quaerebant eum apprehendere, uidelicet ut uincerent sua rabie, quia uincebantur eius ratione. Sed quia nondum uenerat hora eius, hora in qua non fatalis, ut mathematici putant sed hora a seipso uitae & mortis imperatore praefinita, nemo misit in illum manus. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Nunquid Christus quando ueniet plura signa faciet quae hic facit? Multitudines, quae de regionibus uel exteris ciuitatibus conuenerant ad diem festum, turbam hic appellat, uidelicet ad distinctionem eorum, qui ex Hierosolymis erant, qui & supra dicto modo altercantes, & clamante Iesu (ut iam dictum est) amplius infanientes, eum apprehendere quaerebant. Illi quia erant Iepula, & principes eorum uel pharisaei ignis, pariter succensum ardebat in saluatore. Turba uero praedicta quae conuenerat, pro quanto ad hoc incendium longius uel propius accedebat, pro tanto magis uel minus odij furentis igne calebat. Itaque multi, quos quae si longius stantes ille ignis inuidiae non afflauerat crediderunt in eum, & dicebant: Nunquid Christus, quando ueniet, plura signa faciet, quae hic facit? Ac si dicerent: Christus quando ueniet, utique ex signis magnificis, quae facturus est, cognoscendus est. Sed nunquid plura uel maiora his quae hic facit, uel ipse facturus est, uel exigui ab ipso opus erit? Igitur quoniam & Christum se esse dicit, & hoc tantis comprobatis signis, rationem non uidemus, cur in eum credendum non sit. Audierunt turbam murmurantem de illo haec, & miserunt principes & pharisaei ministros, ut apprehenderent eum. Audierunt principes & pharisaei turbam murmurantem, id est, non excitatam in seditione, sed leniter submurmurantem, eo quod ab eorum inuidia diuersam gererent uoluntatem. At uero ipsi ad omnem uentum hiabant, quasi idoneam desiderantes occasionem, ut haberent, unde illum apud Romanum praesidem quasi legitime accusarent. Igitur audito quod de turba multi crederent in eum, & de illo diuersis sententiarum partes diuisae murmurarent, quia supra dicto conflictu de sabbathi solutione, illo defendente se, ipsi causa ceciderat suam, rationem infirmam esse cognouerant, nunc respirauerunt, quia seditionem propter illum factam criminari se posse sperabant, licet praedictum turbae murmurum, longe a seditione distaret, unde ciuitatibus uel rebus publicis solet timeri periculum. Itaque miserunt ministros, ut apprehenderent eum. Dixit autem eis Iesus: Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit. Iudeis quaerentibus eum (ut supra dictum est) apprehendere, principibus & pharisaeis nunc mittentibus, ministris quoque uenientibus illum apprehendere, haec inuicta maiestate suae conscius locutus est Iesus: Adhuc inquit modicum tempus uobiscum sum. Conscius inquam potestatis suae, nec ignorans quibus uinculis ligatum, uel quo circulo naribus infrenatum teneret, cubantem in cordibus illorum praepositum mortis diabolum, dixit haec, & caetera quae sequuntur. Ac si diceret: Tam cito uultis me comprehendere, sic festinat occidere me. Sufficit grauis sum uobis ad uidentium iam nunc in caetero uiuentium properatis excludere me. Sufficit nebitis & expectabitis paulisper donec perficiam sanitates, & impleam tempus meum, & interim uelut agitator uestri, dux mortis & inferni, uiuens ego cum uiuentibus, mortuus cum mortalibus uobiscum ero, inter uos ambulabo. Cum perfecero opus meum, mala uos uolens uobis innata est, facultas danda est. Facite ut libet, sed cum feceritis, nolite gaudere, nolite exultare. Nam uestro scelere ab hac uita electus, uado ad eum qui misit me. Quid deinde? Iam nunc dico uobis: Quaeeritis me, & quo ego uado, uos non potestis uenire. Vos qui nunc me quaeritis, uos qui nunc tantam stimulantem inuidiam causam habetis, ut me quaeratis, nolite

Exo. 18

Mat. 2 Mar. 5

De turba multi crediderunt in eum.

Prætextu seditionis uoluerunt Iesum apprehendere Iudei.

Iob. 40

Luc. 13

non inue nictis. Deus Iudaeorum irritauit in non gente. Deut. 32

Pfal. 112
Pfal. 116
Psal. 71

Quo ego uado, uos non potestis uenire

Mar. 23

Non inuenietis

Iudei pphcabant signari de doctrina Christi in gentibus

Mat. 12

Abacuc. 3

Ion. 2
Tranitus Christi ad gentes praefiguitus

Mat. 9

Leuit. 23

Quid designet hic nouissimus dies festiuitatis Iudaeorum

Exo. 17
Num. 20
Ihan. 20
Luc. 4
Iesus clamabat

putare, quod postquam me occideritis, causa haec cessare debeat propter quam me nunc queritis. Non ita erit. Sed tunc multo magis ego ad emulationem uos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in terram uos mittam. Iam nunc una quidam turba unius gentis uel terrae huius plebs eccliam submurmurat, quibusdam credentibus & dicentibus: Nunquam Christus cum uenerit, plura signa facturum est quam quae hic facit, tunc autem ad occasum usque ad occasum, laudabile erit nomen Christi domini, & laudabunt eum omnes gentes, laudabunt eum omnes populi, & tunc implebitur quod scriptum est: & dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum, coram illo procedentibus Aethiopes, & inimici eius terram lingent &c. ¶ Tunc utique maiorem quam nunc inuidiam queritis me, cupientes nomen meum extinguere, sed frustra. Nam quod ego uado, uos non potestis uenire. Nunc ubi ego sum, uos potestis uenire, imo quia ego ad uos ueni, uos me potestis inuenire, & postmodum etiam potestis apprehensum de uestra terra uiuentium cogerendo eicere. Verum hoc uobis faciendum est, ego uado, uos non potestis uenire, sed nec saltem lapidem illum potestis iacere. Quae retis tamen me ardentissima persequuntur, & seruos meos quidem occideritis, flagellabitis, crucifigitis, lapidabitis, & de ciuitate in ciuitate persequimini. Me autem cogitare non poteritis, sed sospes ego, cum alios occideritis, alios substituta testes meos, ut magis ac magis gens insipientis amulemini. ¶ Dixerunt ergo Iudaei ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Quis est sermo quem dixit, quare retis me? ¶ Ubi ego sum, uos non potestis inuenire: Numquid in dispersione gentium iturus est, & docturus gentes? ¶ Ad semetipsos hoc dixerunt, & non ipsum interrogauerunt, nec enim in humilitatis arcem, quae super bis mentibus ardua nimis est, saltem tantillum aspirare poterant, ut ab ipso quicquid intentione descendit quaterent. Nunquam autem in dispersione gentium iturus est & docturus gentes? ¶ Iudaei uicem desertores, & salutis inimici, timor quem timeatis, uobis eueniat, & quod ueremini uobis accidat. A deo ne timeatis, ne si post Christum totus mundus eam, & gentibus deus innotescat, uestra singularis gloria deperat. Hoc enim uobis praesaga mens uestra praedicabat, quod si uixta prophetiam Iacob Christus uenisset, & expectatio gentium foret, uestra de unius dei cultu, tanquam unicornium, singularis superbia super terram se ultra magnificare non apponeret. Igitur & uos ex abundantia cordis ad uos ipsos locuti estis: quia quod timebatis, propter quod Christo inuiditis, & nequaquam uidendo sed inuidendo persequimini, ore maligno eructastis nequitia crapulati. Ibi in dispersione gentium, & docebit gentes, & dum uos hoc precauentes, quod auerere uolentes ipsum occideritis, tunc super eos suos & quatuordecim saluauit ascendens, tota salute secum ad uos transfugerat, in dispersionem gentium equitabit. Mors ipsa uia fuit ad gentes praefiguitus. ¶ Sic Ionas non per aridam transiuit in Ninium ciuitatem magnam, sed mare ingressus, mox quae abysso uallatus, & pelago cooperatus, atque post triduum de ventre ceti reuocatus, tandem ambulauit in Ninium magnam, & predicando comouit & conturbauit illam, ut sanaretur per poenitentiam triduanam, & ita saluata Ninium, exaruit cucurbita, quae obstrauerat capiti Iona, uidelicet in typo uel in figura, quae in synagoga templique uel sancta sanctorum, quod domus dei tabernaculum, gentium ecclesia florescente exaruit. ¶ Sic hemorrousa, tangente simbria uestimenti domini, & a fluxu sanguinis liberata, coefferat archisynagogi filia mortua est, quae tunc profecto nata fuerat, quando in infirmitate incidit mulier pedata. Nam & puella erat annorum xij. Et haec mulier habebat in infirmitate annos xij. Quid sibi uult hoc? Videlicet tunc synagoga in Abraham, Isaac & Iacob nata est, quando gentilitas in idololatriam defluere incipiebat, & ecce gentilitas ab eiusdem idololatriae fluxu sanata per fidem Christi, retro accedendo, & simbria uestimenti eius tangendo, id est, post ascensionem eius in eum credendo, gentilitate inquam per fidem sanata, emoritur in infidelitate, synagoga praefiguitus inuidia. Igitur uerum est, quia in dispersione gentium iturus est, & docturus gentes. Et quoniam uos per timidam inuidiam, quasi diuinae, eius rei mentionem fecistis, iam nunc in semetipso praefigurare non distulit, qualiter uel in quo in dispersione gentium iturus, & gentes docturus sit. ¶ In nouissimo autem die magna festiuitatis, stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. ¶ Nouissimus huius festiuitatis dies octauus est. Sic enim de hac festiuitate scriptum est: Primus & octauus dies erit celeberrimus atque sanctissimus. ¶ Significat autem nunc in mysterio domini stantis & clamantis eodem anno securam paschae festiuitatem, utique nouissimam ueteris, primamque noui testamenti, quia profecto post illam paschalem uesperam, qua dominus cum discipulis suis typicum pascha mox tradendus manducauit, quicquid Iudaei celebrauerunt, non iam festiuitas aut solennitas, sed iuxta prophetam sterco solennitatum debet noncupari. In illa namque nouissima festiuitate magna, stetit Iesus in conspectu patris, preces supplicationesque (ut ait Apostolus) offerens cum clamore ualido & multis lacrymis: dum percussus uolentia passionis sicut praefigurat est in illa petra, quam Moyses uirga percussit, effudit nobis de semetipso quod biberemus, primum aqua qua ablueremur, & sanguine suo quo potaremur: deinde in infuso spiritu sancti dominus apostolis, & iuxta aliam euangelistam illis sensum ut intelligeret scripturas, quod est uere bibere salutare aquas. ¶ Deinceps persistit clamans uehementer, clamans gentibus cum dicitis, & quodammodo dicitis: si quis sitit, ueniat ad me & bibat, dum receptus in caelum, datus spiritu

sancto caelos commouit, qui enarrant gloriam dei, ita ut non essent loquelae neque sermones, quorum non audirentur uoces eorum, ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Totus quippe sonus siue narratio eorum, clamor erat Iesu, inuitantis ut omnes sitientes uenirent ad aquas, & accipere properarent gratiam spiritus sancti, in remissione peccatorum, & deinde diuidente (pro ut uult) eodem spiritu biberent de lege & prophetis, per fidem Euangelii salutare, quae prius non habebant, abundantiam uerbi dei. Igitur bene in nouissimo die magna festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, quia cum ceteris hominibus cuiusque gentis uel conditionis, desiderantibus saluari, ex tunc non solum aperuit salutes aditus, sed etiam altissima praedicatione cunctos inuitauit ad bibendum uerbum & salutis poculum. Et adiecit. ¶ Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae uiuae. ¶ Scriptura prouerbiorum est, quae sic dicit sensu eodem, uerbis paululum diuersis. Nec solum hoc, sed & quod praemissum est eodem scripturae concinit. Nam quod hic dicit: si quis sitit, ueniat ad me & bibat: hoc ibi sic dicitur est: Bibat aqua de cisterna tua, & fluenta putei tui. Et quod hic subiunxit: Flumina de ventre eius fluent aquae uiuae, hoc ibidem sic subiunctum est: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ergo sic scriptura dicit: flumina inquit aquae uiuae fluent de ventre eius, qui credit in me. Ac si dicat: Quid male solliciti estis, dicentes: Numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? ¶ An putatis, quod si me occideritis, illud praecauentes, iam non sit qui gentibus salutem, quam illis inuidetis, annuntiet? Non est ita. Nam qui credit in me, per ipsam mortem qua uos me occideritis, accipiet spiritum sapientiae & scientiae, & impletis mundum abundantiam doctrinae Euangelicae, non finet (uti uos uultis) nomen meum perire, uel dispersioni gentium dei notitiam deesse. Quod factum est, ecce quod multi credentium biberunt aquam sapientiae salutaris de cisterna legis, & fluenta uiua de puteis Euangelii, & deriuati sunt fontes eorum foras, & largis expositionibus in plateis aquas suas diuiserunt. Illi qui iam tunc in eum primi credebant, scilicet Apostoli, primi biberunt, & de illo primitiue Ecclesiae paradiso, primum quatuor Euangeliorum flumina fluenta, & epistolae fontes deriuati, totum mundum notitia diuinitatis impleuerunt, & postmodum tanti doctores bibendo impleti sunt, & scribendo referuerunt, ut Iudaei dolentes satis uiderent esse impletum, quod inuidentes diuinauerunt, scilicet Christum uenisse in dispersionem gentium. Haec autem aqua uiua, sancti spiritus gratia est. Nam protinus subiunxit Euangelista. ¶ Hoc autem dicit de spiritu, quae acceptari erant credentes in eum. ¶ Etenim spiritus sanctus usitato in scripturis uocabulo aqua, & interdum cum additameto aqua uiua nuncupatur. Humana uero anima terra dicitur, uidelicet pro similitudine quia sicut aqua terram irrigat, & in infusione competenti germinare eam facit, sic sancti spiritus gratia substantiam humane animae, per semetipsam inopem & sterilem, donorum suorum fluentis necessarium irrigat, & beneficio suae uisitationis infusam, fide & bonis operibus foecundat. Quae uisitatio est psalmista per hanc similitudinem postulans dicit: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. ¶ Et bene dona sancti spiritus, non modo aquae uiuae, sed fluminibus aquae uiuae assimilauit dicens: Flumina de ventre eius fluent aquae uiuae. Nam quomodo aqua uiua propria certamquam habet uenam, & de fonte suo nascitur, fluendo autem nomen accipit, ut flumen uocetur. Sic donorum distributiones, quae in sancta Ecclesia sunt, omnes ab uno spiritu, tanquam ab uno fonte procedunt, sicut ait Apostolus: Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis pro ut uult. Perfeuerando autem in eadem Ecclesia per succedentes generationes, ab ipso Christo usque in fine seculi, tam per doctrinam quam per manu impositionem eo operante occulta inspiratione, & sic de aliis, uel per alios emanando in alios, quasi flumina longos alueos efficiunt. ¶ Et singulari quidem numero cum dicitur flumen, ut psalmista: Fluminis inquit impetus laetificat ciuitatem dei, ipsa substantia uel persona sancti spiritus intelligitur. Plurali autem numero flumina cum dicuntur ut hic: Flumina de ventre eius fluent aquae uiuae, donorum ipsius distributiones apte significantur. Flumina quippe non solum aquae, quae possit intelligi qualificata, sed flumina uiuae aquae dicuntur, uidelicet ut hac propria differentia distinguantur ab aquis pharisaicae uel haereticorum doctrinae, quae reuera sunt mortuae: nec flumina, sed cisternae ueteres rectius sunt appellandae. De quibus per prophetam dominus dicit: Me dereliquerunt fonte aquae uiuae, & foderunt sibi cisternas ueteres, quae aquas non ualent continere. Hoc ergo inquit Euangelium, dixit de spiritu, quae acceptari erant credentes in eum. Nam reuera credentes in eum, scilicet dei filium, sic erant accepturi hunc spiritum, ut dona eius de ventre illo fluere, tanquam flumina, quod haec tenes ab initio seculi non fiebat. ¶ Quamuis enim dona sancti spiritus antiqui patres haberent, non tamen de illis fluebant, tanquam flumina in illam, de qua nunc agit gentium dispersionem, sed una in gente ista dona gratiarum, tanquam uno in uase, continebantur exceptiones aquarum. Isti autem credentes in eum, scilicet Apostoli, & post illos Apostolici uiri, sic acceperunt hunc spiritum sanctum, ut praedicando, baptizando, manus imponendo, maxima de ventre suo flumina profunderent per mundum inuenirent: Et sicut inquit de ventre eius, de ventre inquam, id est, de intus animae, ubi deus inter non sentitur amore, seipsum infundens coniungi castae, ubi spiritum hunc imbibit anima de uiri

Psal. 18
1. Cor. 12
Pro. 9
Flumina aquae uiuae ad gentes deriuata.
Spūs sanctus aqua, aia hominis terra dicitur
Psalmo 42
Dona sancti spūs flumina aquae uiuae.
1. Cor. 12
Flumen cisternae haec reticorum
Hier. 2
Dona antiqui non efficiuntur in gentes, sicut dona Apstoli

Esa. 29
Mat. 15

fui dei se impregnantis pectore. Quod dum fit, multū differt ab eis, quorū solo ex ore uerbo tenus fuit ubertas doctrinæ, corde intrinsecus fuimet oris uerba per amorē nō sentiente. De qualibus recte dicit dñs: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longe est à me. Notandum uero qd nō ait, de spiritu quē acceperant, sed quē acceperint erant credentes in eū. Nondum enī erat spiritus datus, quia Iesus nondū fuerat glorificatus. Glorificatio Iesu, qd quam donec facta esset, differebat datū spiritus, illa intelligenda est, quæ opposita sit ignominiosæ nuditati Adæ, propter quā ab humano genere aerus fuerat hic idē spiritus gratiæ. Scimus autē quæ causa illum ignominia impleuerit, & nudū inter hostes, imō nudatū ab hoste, inimicum de i constituerit, uidelicet inobedientia præsumptiuosa, qua lignū uetiuum temerauit, dū deo subesse diffugit, & affectat similitudinē dei. Igitur obedientia Iesu Christi, qua deo patri se metipsum pro omni mundo obtulit, glorificatio eius est, quia uere sic illa passione glorificata est, nudata quondā, humana natura, quō glorificatur quis, dum pontifex factus sancto altari assistit in ueste sacrata. Et quidē ueste adhuc corruptibili, id est, carne mortali adhuc assistēs patri pontifex noster, semetipsum ad horam obtulit, sed nunc eadem immortalis carne resumpta, eidē patri suo pronobis assistit. ¶ Ab hinc de uentre ipsius (qui hoc ipsum loquit dicens: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aque uitæ) de uentre in quā id est de profunda diuinitate eius, ceperūt fluere duo uiaæ aque flumina, id est huius sancti spiritus duo data: primū uidelicet, quod est remissio peccatorū; altera, quod est diuersa distributio gratiæ. Nam ipsa die qua resurrexit, sero apparens Apostolis, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis, &c. Assumptus autē in cœlū, ubi captiuū duxit captiuitatem, de dit dona hominibus, nō omnibus eadē, sed alios quōdam Apostolos, alios euāgelistas, alios doctores, alios ponens prophetas in Ecclesia sua, eisdem usq; in finem seculi per teuerantibus donorū suorū fluminibus. eodē ordine, ut primū baptizati remissionem peccatorum per sanctū spiritū accipiamus, qd datū æqualiter operatur in omnibus; deinde diuersarum dona gratiæ, quæ non eadē sunt omnibus, sed unus atq; idē spūs diuinitatis singulis prout uult. ¶ Non enim (ut pleriq; existimant) tūc illos Apostolico Christus ordine conferauit, quando ante passionē suā, conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestātē spiritūū immundorū, ut eijcerent eos, & curarent omnē languorem, & omnem infirmitatē, qd non ita esse, multis argumentis comprobaf. Primo, quia non est hæc tota diffinitio Apostolici ordinis, potestatem habere dæmones eijcendi, languoresq; siue infirmitates curandi, & cætera huiusmodi signa faciendi. Alioquin & alij septuaginta duo discipuli omnes Apostoli * fuerunt, quia uidelicet ipsi quoq; potestatem eandem acceperunt, unde gloriabantur, quando reuerf sunt cū gaudio magno dicentes: Domine, etiam dæmonia nobis subiiciūtur in nomine tuo. Deinde quia Apostoli noui testamenti primi, pontifices uel episcopi sunt ipsam autē nouum testamentū, non nisi Christi sanguine & morte conscriptum uel confirmatum est. Quomodo ergo noui testamenti episcopi ordinarentur, anteq; ipsum nouū testamentū conscriberetur? Vel quomodo summus pontifex Christus, alios pontifices uel episcopos consecraret sibi uicarios, anteq; suo prior ipse fungeretur officio? Nempe si illos ante passionem Christi consecratos esse uelis, tale est, ac si dicas congruū fore, si quilibet pontifex noster, quoniam ipse iam consecratus est, ubicunq; uel quomodocunq; presbyteros aut episcopos suos consecrare uelit, extra legitimū tempus uel ordinem sacrificij absque uestibus sacris. ¶ Nempe dominus noster plane quidem erat, anteq; pateretur, magnus pontifex, unctus sancto spiritu, uirtute ab ipso initio conceptionis suæ, sed sacras uestes sacerdotij sui non induit, priusquam sacrificium ipse fieret, id est, immortalitatis gloria non se uestiuit, priusq; per passionē mortis, membra corruptibilia deponeret. Antea iuxta typum prophetici, ipse Iesus indutus erat sordidus uestibus, sed in ipsa passionis suæ hora sic à patre de ipso dictum est: Auferte uestimenta sordida ab eo, diciturq; est ei: Ecce abstulī à te iniquitatem tuam, & induit te mutato riis. Item: Ponite cydarium mundam super caput eius. Et posuerunt cydarium mundam super caput eius, & induerunt eum uestibus. ¶ De hac sordidorum uestimentorum, id est, mortalium membrorum, expoliatione, & glorioso immortalitatis uestitu, ait: hic ipse magnus faciet dos Iesus: Ignem (inquit) ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur, sitatim subiungens: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, usq; dum perficiatur? Videlicet ut subaudias, qd ignis ille, id est, spiritus sanctus, non ante sit dandus, quam illud perficiatur. ¶ Itaque sacris uestibus nondum indutus erat Iesus. Rursus nec ante hoc erat tempus uel ratio, sacrum oleum, uel christina super illos effundendū sic petra illa in deserto, non ante flumina uel torrentes inundantes funderi habebat, qd ex iussu dei percuteretur uirga. Nihilominus & Apostoli necdum talem induerant uestem, in quo sancto altari assistere, & ab illo magno pontifice sacri olei uel charismatis unctionem, id est, sancti spiritus effusionem, ratio uel ordo consentiret illos accipere. Nati quippe ut essent in delicto paternæ præuaricationis, necdum remissionem peccatorum acceperant, quod nemini dubium est: nisi forte qd

Glorificatio Christi p obediētia, mortis

Gen. 5

Ephes. 7

Heb. 7

De uentre Christi duo flumina spūs s.

Iohan. 20

Ephes. 4
1. Cor. 12

Apst. an passiōe Christi non fuerunt epi Mat. 10

* fuisse Lucæ x

Heb. 9

Christi an passionē sacerdos If. 61
Luca 4

Zach. 5
Ibidem

Lucas 11

Exo. 17
Numeri 20

pūter, qd aliter qd per Christi mortem potuerit ulli homini, siue gentili, siue iudæo dari peccatorum remissio. Sed hoc à fide Christi alienum est. Proinde constat, qd Apostolica uel omnes Ecclesiastica ordinationes, omnino cunctæ spūs sancti donationes, non ante, sed post glorificationem Iesu effectæ sunt, quia uidelicet hic erat ordo necessarius, ut prius passione Christi redimerentur, & post ab eodem pontifice suo, sancta immortalis gloriæ stola uestito, Apostolica illis gratia conferretur, per geminam (de qua iam dictum est) effusionem sancti spiritus. Igitur (ut ait Euangelista) spiritus nondum fuerat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Non inquam datus erat * ullo modo ea largitione, qua peccata remittuntur. Ea tamen quæ diuisiones gratiæ distribuuntur, datus quidem fuerat prophetis uel patribus, sed non eo modo, ut recte flumen uocaretur. Nam quantum ad illam illa donatio, non in gentium dispersionem ualebat fluere, sed in una continebatur gente, largitatē istam, quæ per Christum danda erat, prænuuntians spiritus prophetiæ.

Ecclesiasticæ ordinationes post passionem Christi ceperunt

illo.

FINIS LIBRI VII.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIUM Commentariorum Liber Octauus.



ARGONES DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI Ite genibus nobis intelligentia opus est: beatus enim (inquit Palmista) qui intelligit super egenum & pauperem & ipsum utiq; intelligi uolens, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est. Ipse namq; in eodem psalmo loquitur, quod nūc tractare ceperimus: Inimici mei dixerunt mala mihi, quomodo morierer, & peribit nomen eius. Ipse manifeste seipsum exprimit dicens: Quidebat panes meos, magnificauit super se supplantationem. Quis autem misericordia uel charitatis compassione purgarū habens cordis oculū, non intelligat, qd nō parui aut leuis sit certaminis hoc ipsum, qd stans in medio super bos ac diuitū inimicorū suorū, mala sibi dicentū, egenus & pauper iste apud cogitationes illoꝝ, pro sua cōtemptus pauprate, diuinitatis suæ diuitias ore proprio cogebat prædicare, & de seipso testimonij perhibere: ¶ Si enī sub silentio metipsum absconderet, frustra nobis aduenisset: quia uidelicet sine prædicante nemo nostrū audisset, nemo credidisset, atq; ita nemini aduentus eius, p̄uisset. Laborabat ergo sustinens se metipsum prædicare. Hoc enī faciens apud superbos, quantē putas subiacebat inuidiæ? Qui cumq; ab ipso didicit mitis esse & humilis corde, & iccirco tanto magis grauatur suā uirtutē prædicare, quanto magis humiliter sentiens odit uentū iactantia, ipse sentit ut cumq; quanti laboris sit huic egeno & pauperi, stare in illo tali templo, & corā inimicis mala sibi dicentibus, quis esset, uel unde obprobria exprobatū sibi recepturus, edicere. Igitur ut uere beatitudinis participes simus, super hunc egenū & pauperē intelligere studeamus, & tunc nos ueræ lectionis intellectu affectum arbitremur, cum mala, quæ audit uel patitur, compassientij corde perceperimus. Sequitur: Lexilla ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: hic est uere propheta. Alij dicebant: hic est Christus. Quidam autē dicebāt: Nunquid à Galilæa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, quia ex semine dauid, & bethlehem castello, ubi erat dauid, Christus uenit? Dissensio itaq; facta in turba propter eū. ¶ sanctis uiris nonnunq; dissensio multitudinis occasio fuisse legitur euasione. Nam Paulo Apostolo pene tale qd contigit, qui dū staret in medio multitudinis, & sacerdotes, atq; omne consiliū cōuenissent aduersus eū, sciens quæ una pars esset sad duceorū, & altera pharisæorū, exclamauit in cœcilio: uiri ffes ego pharisæus sum, filius pharisæorū, de spe & resurrectione ego mortuorū iudico. Et cū hæc dixisset, facta est dissensio, & soluta est multitudo. iussitq; tribus milites descere, & rapere Paulum de medio eorū, uidelicet uolētē domino ut seruaretur: sic enim (inquit) testificatus es de me in hierosolymis, sic te oportet Romæ testificari. ¶ Imō sic uel uniuersaliter sanctæ Ecclesiæ contigit, quæ dū uniuersæ iniquitatis & multitudinis in multas hæreses diuisa est, & aduersus alterutrum discordas semetipsam impugnat, euadit p medias diuisiones fides catholica. Quod etiā ueteri miraculo præfigurati est, saluo altioris qd sacramenti intellectu, quando ad ingressum filiorū Israel, mare rubrū diuisum est. ¶ Traditū nāq; est à maioribus, qd in illa digressioe maris, singulis quibusq; tribubus filioꝝ Israel, singulæ aquæ diuisiones factæ sint, & ppria unicuiq; tribui in mari aperta sit uia. Idq; ostendūt ex eo, qd in psalmo scriptū est: Qui diuisit mare rubrū in diuisiones. Per qd plures diuisiones docent factæ secundū singulāq; tribu uia.

Elegans exhortatio ad cōpatiendū Christo

Psalmo 40: 2. Car. 8
Psalmo 40

Cogebatur Christus seipm prædicare corā inimicis. Rom. x
Matth

Mich. 7
Psalmo, 131

Ex dissensio neppri Pauli quorū euasit Act. 23

Ex dissensio ne hereticorū saluæ fides catholica

Exo. 14
Mare rubrū in diuisiones diuisum. Psalmo 135

Quod ergo in Ecclesia sua futurum erat, videlicet ut inter dissidentes hereticos sectas catholica fides incolumis peristeret, hoc in seipso Christus prefigurare dignatus est, dum ubi miserant principes & pharisei ministros, ut apprehenderent eum, ad praedictum clamorem eius dissensus in turba propter eum facta est, & ipse apprehensus non est. Nam & hoc fecit. Qui, dam autem volebant apprehendere eum, sed nemo misit super illum manus. Nam reuera volentes eum tenere timebant, ne forte tumultus fieret in populo, ne de manibus eorum populi liberaretur auxilio. Quod timentes, & maxime diuinitus coerciti, tam diu sunt a conatu suo repressi, donec eis iudas illum traderet sine turbis. Venerunt ergo pontifices & ministri ad phariseos. Ergo (inquit) quia dixerat dominus, qui necdum pati dignabatur: Adhuc modicum uobiscum sum, & uolebat adhuc & dictis & factis implere quae supererant, implere oculos & aures eorum, & sufficienter inexcusabiles eos facere, quibus graues etiam erat ad uidentium uenerunt ministri immunes a crimine, pleni admiratione. Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum? Non paruam expectationem, uel attentionem euangelista inuinit pontificum & phariseorum, tam prompta percunctatione dicentium: quare non adduxistis eum? Eum inquit, superfluum habentes dicere Iesum, cui protinus adducendo, ut putabant, palam erat presentem inhiare conuentum. Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. Vere nunquam sic homo locutus est. Homines quippe quicumque sapientiae uel scientiae sermone habuerunt, de plenitudine huiusmodi accepserunt. Sed eo magis inexcusabiles sunt, qui tantam sapientiam audierunt, & non obaudierunt, qui talem hominem uiderunt & inuiderunt. Quid igitur retributionis habebunt? Illud utique quod per os Dauid pronuntiat spiritus prophetarum, uel omnium iustorum, qui minus quidem hoc homine, sed tamen bona & salutaria locuti sunt: in salicibus (inquit) in medio eius, scilicet Babylonis, suspendimus organa nostra, quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum, ut inamque homines, filios qui de Hierusalem se esse putant, oculos quoque ad uidentium & aures habere ad audiendum, legitimumque Moysae siue prophetice cantilenae rationabiliter discernere, uel comprehendere sonum. Sed reuera salices sunt Babylonis, uitiosa radice ripis haerentes flumineis, id est decurrentibus uoluptatibus seculi, solum habentes in uerborum folijs uiriditatem iudaice professionis, a fructu autem boni operis steriles, ita ut terram quoque tanto tempore frustra occupauerint, suspendentur ergo in eis, id est, propter eos tacebunt organa prophetarum, & omnia ueritatis praedicatorum, ne audiant uerba cantionum, quae uana in interrogauerunt, & cum isto summe diuinitatis organo, cum isto homine (qui sic loquitur, quomodo nunquam locutus est homo) ad gentes ibunt, & ipsis cantabunt. Nam isti nimis impatientes sunt ad audiendum, nullum de illo bonum uolentes audire testimonium, unde & subitum. Responderunt eis pharisei: Nunquid & uas seducti estis? Et uos (inquit) qui ex nobis estis, quos arbitramur aliquid prudens habere ingenij, nunquid tam cito seducti estis? Quasi uero iam legitimo deprehensum esset iudicio, seductione esse quicquid audissent ab homine isto, sic loquente, quomodo nunquam locutus est homo. Cui maligne intentioni, quia nulla est quae suppedite rationis uis, protinus sub interrogatione obliqua illud intorquent, quod pro ratione uolunt accipi, uere seductores, & ipsi a maligno spiritu seducti. Nunquid alius ex principibus credidit in eum, aut ex phariseis? Ac si dicerent: Seductos uos esse in eo, quod eius estis sermonibus delectati, ex hoc solo constans est, quod nemo credidit in eum ex principibus aut ex phariseis. Quae ratio quae in firma, uana, & inepta sit, probari nullis opus est argumentis. Ergo ceci, duces caecorum, ceci inquam, ceci ducatum praebentes, ut pariter in foueam cadant. Nonne principes isti, Elia testante, principes sunt Sodomorum, & populus iste populus est Gomorrae? Expectandi ergo sunt tanquam scientiae clauim habentes, ut nemo quamuis oculos habens introeat: nemo quamuis aures habens, audiat nisi huiusmodi principes ad uidentium uel audiendum habeat precessores. Nunquid aiunt aliquis in eum ex principibus aut ex phariseis? Sed turba quae non nouit legem, maledicti sunt. Videlicet pro hoc ipso, quod legem nesciunt, maledictionibus illis illos subiacere iudicant, quas Moyses in Deuteronomio, legem non custodientibus praescribens: Maledictus inquit qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit, &c. Sed profecto turba illa uerius contradixisset. Istud uanitatis concilium, & haec Ecclesia malignantium, quae non facit legem, maledicti sunt. Turba enim haec (ut supra dictum est) multitudo, quae de ciuitatibus & regionibus conuenerat ad diem festum, hic intelligi debet, quos falsi illi, & fallentes Hierosolymitani, penes quos erat templum, & sancta sanctorum, uel ut agrestes in sui comparatione aestimabant. L. Dicit ad eos Nicodemus, ille qui uenit ad eum nocte, qui unius erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi auerit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Cur non hic aperta defensionem dixit quod sentiebat, & quod dudum ueniens ad eum nocte dixerat, uidelicet quod non seductor esset, sed magister ad deo uenisset, &c. Videlicet quae timiditatis nox adhuc in corde eius erat, & necdum securitatis dies illuxerat, nec mirum, nondum enim (ut praedictum est) erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus,

Iohan.

Verba catolice num ablata Iudaeis Psalmo 136

Iudaei salices

Luc 25

Mar. 17

Esa. 1

Luc 21.

Deut. 27

Psalmo 25

Nicodemus aduocatus Iohan. 3

glorificatus, & iccirco necdum de uentre eius, siue Apostolorum flumina aquae uiae saltem usque ad publicum circuitum unius synagogae fluere poterant, quae Iesu glorificato & spiritu dato, usque in dispersione quoque gentium fluere habebant. Ergo causam, uel inuisam non ausus palam defendere personam, sed rursus non ferens impudentem malitiam tantam usurpare iniustitiae licentiam: Nunquid ait lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat? Non utique, sed contra praecipit, non facile credendum esse quod audieris. Videlicet hoc dicto coarguit non potest uelle defendere hominem, cum uerba sonent potius iustae ac sanctae legis defensionem. Iusta quippe non esset lex, si praedicta fieri iuberet aut permitteret. Itaque timidus quidem, sed prouidus in turba cofugit arcem, dum pro homine loquens, pro lege uidet patronam ferre sententiam. Attamen quoniam intentio eius callida audientium ne quiti latere non poterat, hostiles assultus non omnino euasit. Nam sequitur. Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galileus es? Nonne ergo uerum est, quia dixit iniustus ut delinquat in semetipso, id est sciens & uidentis proposuit coetus phariseus permanere in peccato suo: Nonne & hoc uerum est, quia non uult intelligere ut bene ageret? Hoc uerum est uelle intelligere audiendi suggestionem, uel legalis iudicii mentionem non posse sustinere? Homo phariseus & princeps iudaeorum, ausus in tali causa facere legitimum iudicium mentionem, uno dicto suum coram illis odorose foetere fecit, & hostili calumnia patuit. Non enim paruus odij spirat abundantiam, quod tam cito dictus est Galileus, eo quod homini Galilaeo fauere uideretur. Iam quippe propter odium Iesu, ipsum nomen Galilaeae putebat illis, na res subsannantes habentibus: Nunquid, aiunt, & tu Galileus es? L. Scrutare & uide, quia propheta a Galilaea non surgit. Ecce in retributionem & scandalum sic quoque impletur illud, quod propheta praedixit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum scripturae, quae scrutati sibi esse uidentur, locum praedixit, ubi nasceretur iste propheta magnus, de quo Moyses scripsit: Et tu (inquit propheta) Bethlehem terra iuda, nequaquam minima es in principibus iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum israel. Sed illud tacuit, quod exitus esset edictum a Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis, & ituri essent omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem, & quod assensus esset Ioseph de Galilaea in ciuitatem Dauid, quae uocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnanate, & cum essent tibi, implendi forent dies ut pareret. Hoc modo mensa sua nunc eos illaqueauit, quia uidelicet oculos suos compresserunt ne uiderent, & aures suas aggrauerunt ne audirent. Ecce enim praeterita non respicientes, & praesentia tantum oculis nequa aspicientes, laqueum sibi met hoc modo texerunt. Christus secundum scripturas ex femine Dauid, & castello Bethlehem nasciturus est, hic autem Iesus homo Galilaeus est. Igitur hic homo propheta non est, Christus non est. Hoc modo obscurati sunt oculi eorum ne uideant. Quid enim. Nunquid repugnantia sunt haec, Christi ex femine Dauid, & castello Bethlehem nasci debere, & eundem in Galilaea nunc habitare? Scrutentur ergo scripturas ipsi, & uideant, quia non sic scriptum est per prophetas: in te enim natus habitabit, sed ex te enim exiit dux, qui regat populum meum israel. Sequitur. Et iterum sunt unum quicquid in domum suam. Quia telas araneae texerant, iccirco leuiter solutum & dissipatum est eorum conuenticulum, & ad unam obiectum unculam infirmam causam conscientia diuerberati, unum quicquid in domum suam reuerfi sunt, ut iteque in cubilibus suis aliquid inuantes consilium, oua rumperent aspidum, & confouerent quod erumperet in regulum. Iesus autem perrexit in montem oliueti, & diluculo iterum uenit in templum, & docebat. Et hoc quoque uerum est: & quod aduersariis dissipatis, & in domunculas suas abeuntibus, pergit in montem oliueti Iesus, & iterum rediit in templum & docet: quia uidelicet futurum erat, ut frustratis consilijs eorum, qui quae serunt animam eius dicentes: Quando morietur, & peribit nomen eius, ascensurus erat in montem oliueti, imo de monte oliueti in altitudine caeli, daturus inde spiritus sancti oleum id est, uerum scientiae lumen, & laborum dolorumque quietem, & hoc factio reparatum per Apostolos suos habiturus erat cum aduersariis suis, aperte praedicationis conflictum. Et ois populus ueniebat ad eum, & sedens docebat eos. Idem praeterito stabat Iesus (inquit euangelista) & clamabat, nunc autem sedens docebat, quia uidelicet sic futurum erat, ut prius stans, id est in passione agonizans clamaret, sicut superius dictum est, & postmodum gloria sua in gressibus, atque ad dexteram patris residens, missis spiritu ueritatis doceret nos omnem ueritatem. Adducunt autem scribae & pharisei mulierem in adulterio deprehensam, & statuunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister haec mulier mo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebat tentans eum, ut possent accusare eum. Quia pridem Nicodemus timide quidem, ualidum tamen iniquitatis illorum secundum legem fecerat obstaculum, dicens non quod lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat, iccirco nunc reparatis artibus summo studio nituntur illi, constituere legis aduersarium, ut nemo deinceps contra ipsos audeat mutare consilium. Quid enim arbitrantur nisi illud obseruanda suae mansuetudinis fama, ne popularium fauores amitteret, a ueritatis & iustitiae tenore declinat, & tale quod dicitur, qualia dicere solitus erat: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.

Leuit. 16

Psalmo 55

Ibidem

Exo. 5

Psalmo 68

Deut. 18

Miche. 5

Edictum Augusti

Luc 2

Esa. 6

Fallax syllogismus iudaeorum

Psal. 2

Miche. 5

Esa. 59

CAP. VIII

Psalmo 40

Act. 1

Luc. 24

Act. 4. & 5.

Mar. 15

Iohan. 15

Doct. & castitia Iudaeorum

Mar. 7

Hac

Hæc nempe & huiusmodi pietatis ac mansuetudinis hortamenta prædicando, populi fauores acquisisse uidebat, ut pius & mansuetus, & hinc esse, qd tantis quotidia turbis stipabatur, ut uolentes eum cõprehendere, metu populi cohiberent. Hinc ergo famę suę studentē dictus illi pu tabant, ut dimitterent peccatricē. Hæc autē pietas statim pateret crimini, ut dicerent illi robusti æmulatores legis: hostis legis es, contra moysen locutus es, imò cõtra eum qui per moysen legem dedit, & proinde tu ipse lapidandus es. Igitur ut in scelere suo sanctę legis uindictę pronuntiare possent, & sic omne os obstruerent, iccirco cõ prædicta machinatione adduxerunt, & corā illo statuerunt mulierē peccatricē. Sed hoc mō caprantes in animā iusti, & sanguinem innocentē cõdemnare cupientes, elusi sunt, ita ut iusto nocere nō possent, & peccatricem de manibus amitterent, imò peccatrice apud iustū, misera apud misericordiā in tēplo remanente, foras ipsi cõfusione operiti exirent. Quis hoc factū nō miret? qd hanc ueritatis & misericordię uictoriā nō ueneret? Sic nimis futurę erat, ut post illa, quę supra scripta sunt, adducerent scribę & pharisęi peccatricē mulierē, scy Ecclesiā de gentibus in templū ad Chm, corporis & animę suę liberatorē, & ea peccatorę accipiente remissionē, ipsi cū mala cõscientia foras irent, & cū inuidiæ suę tormento à grā exciderent. Cū em ipsi dominicū corpus clauis cõfixerunt, & lancea percusserunt, qd aliud q̄ uerę dei templū aperuerunt: Et cū p̄ legē & prophetas, quis inuiti, prædicat, sic oportuisse fieri ob salutē omnīū gentīū, quid aliud q̄ adulterā gentilitatē, quæ uis suū legitimū, scilicet creatorē suū reliquerat, & cū diabolo fornicata fuerat, adducunt ad Chm? Tu igit Chre, speciose rex, in omnib' prospere pcedis, & regnas, propter ueritatē & mansuetudinē & iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua, tuicq; in oibus eludunt inimici, scilicet genimina uiperarū iudæi, cū principe suo dracone, quem formasti ad illudendū ei. Sed iā ad narrationē historici redeamus. Iesus autē inclinans se deorum digito scribebat in terra. Quid hoc ad rem ptinebat, ut uocibus præsentīū interrogatus, digito scriberet in terra, qd facere solitus nou erat? Videlicet qd laqueo parato intenti erant, mansuetū & misericordē capere, nodū stringentes, statim post primā propositionē Moisaicę autoritatis, subiuncta assumptione, dicendo: In lege autē moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. At ille nō paulo maiore se Moysē esse nouerat, quippe cuius spū, uel qd manifestius nūc ad rem attinet, cuius digito, sicut in Deut. habes, scriptā in tabulis lapideis legē accepit moyses. Igitur ut se nō debere uel posse oportune cõstringi significaret, cõgrue nunc & opportune sese inclinans, digito scribebat in terra, innuens tā sapienter q̄ humiliter, qd dñs legis, qd maior esset q̄ moyses. Cū autē perseverarent interrogantes eū, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est uestru, primus in illā lapidē mittat, & ite: se inclinēs scribebat in terra. Nota sententia est, & celebris uniuerso orbi, quā edixit hic nō quilibet archyfenator aut cõsul, sed ipse rex & imperator curiæ coelestis, tm̄ habens ueritatis, quantū mansuetudinis, nec plus alleuiata suauitate miseratōis, q̄ aggravata librato pōdere iudicij. Sed quare & sententiā daturus prius in terra digito scripsit, & data sententia denuo scripsit? Vtiq; quia ipse est, qui ut præ dixi digito. i. præcepto suo, præcepta legis in tabulis scripsit lapideis, & prioribus tabulis propter pctm̄ uituli cõtractis, alias denuo scripsit. Hic & illic magnarū signa rex diuersa sunt, res autē quæ significant eadē sunt. Quid em̄ tabulę priores, quæ propter pctm̄ cõtractę & proiedę sunt, nisi dura iudæorū corda propter incredulitatē proniciēda, significauerunt: Itē quid nūc prima ad scribendū inclinatio, & protinus data significat sententiā dicentis: qui sine peccato est uestru, primus in illam lapidē mittat, nisi legem eandē, & iudæos præuaricatores eius, quos os ex eo recte obstruitur, ne aduersus gentes gloriantur, quia legem acceptam non custodisse conuincuntur? Vnde & subditur. Audientes autē unus post unū exibat, incipientes à senioribus. Itaq; & qd illic scđę tabulę instar priorū præcisę, & digito dei scriptę sunt, & qd hic ite: Iesus inclinans se scribebat in terra, nouę gratię scripturā significat, qui nunc spū dei scribitur in tabulis cordis carnalibus. Nouā igitur Ecclesiā, quæ de gentibus collecta est, synagoga foras à templo luminis æterni recedente, hæc (ut prædictū est) mulier præsignat, quæ scribis & pharisęis mala cõscientia conuictis, & foras exeuntibus, sola cū saluatore relicta est. Sequit. Et remansit solus, & mulier in medio stans. sed ecce fortassis dū aliora mysteria requirimus, dicat quispiā scrutator læ studiosus. Quō insipientes & maligni, impij thesaurizatores irę dei, tam cito ad unius respõsionis uocē, solum Iesum & mulierē in medio stantem reliquerūt: Num sese introrsus respexerunt, & humili cõscientia peccatores se agnoscentes, peccatricem dimiserunt? Ergo ne in tanta iniquitatis abundantia, mens eorū talem potuit admittere sensum, & sic ad obicem pietatis quiuerunt offendere pedes eorum ueloces ad effundendum sanguinē? Ad hæc in quā: Non sic offenderunt, non sic ab intentione sua conqueuerunt, non eo sensu conticescentes, unus post unum exierunt. Sed quid? Vtiq; quia talē eius audierunt respõsionē, de qua nullam spem accusationis habere possent, iccirco confusi cepta reliquerunt. Vnde & Euangelista cū dixisset: unus post unū exibat, statim adiūxit, incipientes à senioribus. Seniores em̄ quanto maiores ac uetustiores, tanto ad calumniandū instruo-

Psalmo 93

Ecclesia de gente p adulte rā figurata

Psalmo 44

Psalmo 103

Digito scribat in terra Deu. 9

Cur Chrs̄bis scripsit i tēra.

Exo. 32 et 34

Rom. 2

1-Cor. 5

Cur exierit iudæi, vnus post unum

Psalmo 13

instruiores, & ad cognoscendū uerbum quod calumniari nequirent perspicatores, ubi responsum eius audierunt, primo ualidum & inexpugnabile esse præferunt, & iccirco primo loco cesserunt. Nam (ut supra dictum est) cum scitent illum mansuetum esse & piū, imò cum scitent cum pœnitentiā prædicare publicanū quoq; uocasse, & cum peccatoribus quoq; manducare. Vnde & improperantes ei dicebant, qd esset homo uorax, & potator uini, amicus publicanorū & peccatorum, cum inquam hæc scirent, nec ignorarent qd aduersus pharisęi cõgitationes peccatricē aliam dudum defendisset, quę tetigerat pedes eius, arbitrabantur qd istam ad alteram defensionem esset, talem utiq; personam, qualem signatē lapidari iusserat lex, & damnarent eum ueluti reū, qui legem soluere contenderet. At ille nec ad dexterā, nec ad sinistram declinans, talem sententiā dederat, quam nec infirmare lex diuina, nec contemnere ratio posset humana. Illis huius sententię fortitudinem cõsiderantibus, & ob hoc nihil se proficere sentientibus, remansit cum Iesu sola mulier in medio stans, & ab illis exeuntibus relicta est causa eius, tāq; laqueus inutilis & recte inefficax, qua propofita sic Iesus uno sapientię respõsio, caprę huiusmodi ceruorū similis, in altum exilierat, ut eū nulla canum istorū conlequi posset astutia. Igitur isti Hierosolomytę, ut putabantur æmulatores legis, reuera autem principes Sodomoꝝ per prophetā dicti, exeuntes reliquerunt miseram, non quia suā recognouerunt miseriam, sed quia quilibet de illa fecissent, non haberent unde accusarent misericordiam. L'Erigen autem se Iesus, dixit ei: Mulier ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autē ei Iesus: Nec ego te condemnabo. Quamuis à tentatoribus inuidiosis fuisse iudicare postulatus, tamen quia reuera ipse est, qd cõstitutus est à deo, iudex uiuorū & mortuorū, præsto se esse indicat, nec ullo modo diffretur se iudicem, & penes se iudicandū esse legē ac potestati, dū sententia dicta, & accusatoribus gressis: Mulier inquit ubi sunt qui te accusabant? &c. Non enim erat excusatio iudicij, qd dixerat: Qui sine peccato est, primus in illam lapidē mittat, quomodo illud qd cū dixisset ei quid dē turbari magister dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatē, respondit: O homo quis me cõstituit iudicem aut diuisorem super uos? Nam terrena quidem lucra dispensare aut iudicare non uenerat, sed ad remittenda uel ad retinenda peccata iudicium omne à patre acceperat. Quod ergo ait: mulier ubi sunt qui te accusabant: iudicis ueritatem, uel iudicij maturitatem resonat, quia cõstitutus iudicium legitimum non recusat, sed accusatores nō legitimos ueniisse comprobato: oportet enim tam accusatores, q̄ testes sine crimine esse in omni, siue diuinæ, siue humanę legis iusto examine. At illi criminolos se esse fuga sua confessi sunt, dū iudice quęretes testes sine crimine, qui primi secundu legem lapidē mitterent, omnes exierunt. Igitur iudex iste est, qui sedet super thronū, & iudicat equitatē, nihil prorsus agens extra ius legemq; iudicij, dum deficientibus accusatoribus, ceptamq; causam relinquentibus, ita demū decedenti iudicio misericordiam subrogans: nec ego te condemnabo inquit. Verum hæc ipsa misericordia non sic peccata remittit, ut tribuat quoq; licentiam peccandi, sed iccirco iudicium suspendit, ut uacet peccatori cū fructu pœnitentię recedere à peccatis. Vnde & protinus subditi: Vade, & amplius noli peccare. In una eadēq; sententia misericordia & ueritas obuiant sibi, iustitia & pax inuicē osculantur. Nam qd ait: Vade, misericordię & pacis est, qd adiungit: & amplius noli peccare, ueritatis & iustitię. Ita uiuorū & mortuorū iudex exquisimus, neq; solū iudicium cõminat, neq; solum misericordiā pollicetur, sed cunctos hominum rationes, tanq; statera iusta, misericordia simul & iudicio, ueluti duabus discriminat lancibus. Omnis anima, uniuersa Ecclesia, quondā ad uulterū diabolo subiugata, ex eo se lancē iudicij super exaltare confidit, si non inanis, sed fide & actibus bonis onusta misericordię grauitate incubit. Sequit. Ite: ergo Iesus locutus est eis dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitę. Ergo (inquit Euang.) qd tantopere nitebant scribę & pharisęi ad nihilare præsentē grām dei, & auferre de medio testimonij ueritatis, ora cunctos obstruendo, Verbi gratia, dicentes: nunquid & uos seducti estis, & nunquid & tu Galileus es, & ita metu illos deficiebat omne testimonij hominū, ipsemet, de quo per prophetā fuerat predictum: Ecce testē populis dedi eū, solus in testimonio persistens, ite: locutus est eis dicens: Ego sum lux mundi. Hoc in quā ite: locutus dixit eis, id est, hoc dicto illud iterauit, qd pridē stans & clamans dixerat eis: Si quis sitit, ueniat ad me, &c. sic enim dictis illis ista consonanter cohærent & consonant, quæ nunc ite: loquitur dicens: Ego sum lux mundi, &c. quō in psalmo, cū dictū esse: qm̄ apud te est fons uitę, statim subiunctū est: & in lumine tuo uidebimus lumē. Christus em̄ dei sapientiā, nobis uno eodēq; actu, & poculū & lumen est, qd uidebimus cet qui quis aquā huius sapientię imbuitur, statim clarificato sensu à cunctis errorē tenebris liberatur. Ac proinde recte & hic de seipso loquens, cum dixisset: si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, hoc ipsum iterans: Ego sum (inquit) lux mundi, & in psalmo Propheta cum dixisset de illo: quoniam apud te est fons uitę, statim subiunxit: & in lumine tuo uidebimus lumē. Bene ergo Euangelista non ait solum: Iesus ergo locutus est eis, dicens, sed signanter: Iterum ergo

Mat. 4. 23

Idem 11 Luc. 7

Serētia Chrs̄i i tēplo s̄bit

Cant. 2

Esai. 1

Chrs̄i studet sup peccatō Act. 10

Luc. 2

Iohan. 9

Psalmo 9 Lex iudicis Chrs̄to obseruata

Psalmo 84 Misericordia & ueritas simul.

Iohan. 7

Esai. 55

Chrs̄ & fontē uitę, & lux mundi Psal. 38

Nō potuit a Iudæis extrin qui lux mundi i. Theſ. 5

Mat. 9

Iohana

Iohan. 7 Iudei reſpue bant oē teſti moniū de Ie ſu. Io. 5

Pro. 27

Eſa. 28.

Iohan. 7

Prophetæ q̄ de ſeipſis teſtificari ſe. Exo. 35. Eſa. 5 Hier. 1

Rom. 1 2. Cor. 11. Vitiōſum argumētū Iu dæorum

ergo inquit Ieſus locutus eſt eis dicens: Ego ſum lux mundi. ¶ Et uide q̄ breuiter, q̄q; magni ſice expreſſit, nihil inuidiam impioꝝ hominum poſſe nocere gloriæ dei: Ego inquit ſum lux mundi. Ac ſi diceret: Quid uos impij noctis & tenebræ filij, claritati uel magne opinionis meę ſuffragia mortalium tollere laboratis: Nunquid non deridendi eſſetis, ſi ſolem iſtum uifiſſe de ſublimibus circulis ſuis toti mūdo lucentem, exuffando extingueret, uel aërē pugnis uerberando de magno candelabro cœli deſcendere, & ſub modio recondere conemini? Nempe huic ſimile eſt hoc, q̄ nomen meū delere, uel ſamam meam extingueret contenditis. Ego enī ſum lux mundi. Ergo ridiculi talpæ uel ueſperiliones, oculos quidē ueſtros claudere, & me ueram lucem non uidere poteſtis, ſed totius mundi oculos eruere, uel iſtam eius lucem extingueret, ne quaſq; præualebitis. Ego inquam lux, non unius tantum Iſraeliticæ gentis, ſed lux totius mundi, lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, lux ſine qua nemo unq̄ angelorū uel hominū potuit uel poteſt uidere deum, cuius exortes quicūque ſunt, ſiue angeli, ſiue homines, tenebræ ſunt. Proinde dixi & dico, quia qui ſequitur me, non ambulat in tenebris erroris uel ignorantie, ſed habebit lumen uitæ, & hoc habendo, ipſe q̄q; lucem fundet imitatoribus ſuis, ut merito talibus dicatur: Vos eſtis lux mundi, lux uidelicet illuminata, non ipſa lucis ſubſtantia. L. Dixerunt ergo phariſæi: Tu de ſeipſo teſtimoniū perhibebat, & nunc dicendo: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ, & ſupra uerbis alijs, ſed eodem ſenſu: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat, qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. ¶ At illi hoc in animo ſuo propoſuerant, ut nullū de illo teſtimoniū au dicerent, & quantum poterant conabanſ, ut quocūq; fontem uitæ obſtruerent, & claritatem luminis huius extinguerent: quippe qui male agebāt, & iccirco lucem oderant, & ad lucem uenire nolabant, ne arguerentur opera ipſorū, opera noctis & tenebræ. Dixerunt ergo: Tu de ſeipſo teſtimoniū perhibes, teſtimoniū tuū non eſt uerū. Ac ſi dicerent: Contra ſcripturā, quæ dicit: Lauder te alius, & nō os tuū, laudas & magnificas te ipſum, teſtimoniū perhibendo de teipſo, teſtem non habens præter te alium, ac proinde teſtimoniū tuum non eſt uerum neq; legitimum. Propterea inquit propheta: Audite uerbum domini uiri illuſores, qui dominamini ſuper populū meū, qui eſt in Hieruſalem. Dixiſtis enim: Percuſſimus ſœdus cum morte, & cū inferno pepegimus pactum. Tanto quippe ſtudio, uitæ & ueritatis os opprimitis, tanq̄ mortis & inferni ſœderati ſitis. ¶ Mirantibus miniſtris loquelam huius hominis, imō dei pariter & hominis, dixiſtis: Nunquid & uos ſe dūſi eſtis? Nicodemus quoq; cōpari ueſtro, quia modicū qd de iudiciū legitimo ordine fuerat auſus mutire, os protinus obſtructum eſt à uobis dicentibus: Nunquid & tu Galilæus eſ? Turba cre dentium à uobis anathematizata eſt, dicendo: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eū aut ex phariſæis: Sed turba hæc quæ non nouit legem, malediſti ſunt. Cum ita uobis obſtrēpentibus teſtem non habeat hominem præter te ſolum, ipſius quoq; nunc os obſtrueret, & uocem eius uultis ſuffocare, obijciendo quaſi crimen uanę gloriæ, q̄ proprio ſeipſum magnificet ore. Ita contenditis adiutores mortis & inferni, ne quis mortuorū exaudiat uocem filij dei & uiuat, ne lucem ſuam mundus per fenestras uocum eius perſpiciat, & infernales tenebras relinquat. Nequaſq; ita fiet, ſed debet uerū ſœdus ueſtrum cum morte, & pactū ueſtrum cum inferno non ſtabit. Sequitur. L. Reſpōdit Ieſus & dixit eis: Et ſi ego teſtimoniū perhibeo de me ipſo, teſtimoniū meum uerū eſt, quia ſcio unde ueni, & quo uado. Vos autem neſcitis unde ueni, & quo uado. ¶ Neſciunt infelices iſti, q̄ multa hic fortitudine contendat cum eis, & quāta premat eos mole magnitudinis ſuę, dum ad unū obiectū illorū, quo eius deteſtantur teſtimoniū, ſuū & teſtimoniū ueꝝ, & iuſtum pariter defendit eſſe iudiciū. Videlicet agnoſcere habe bant qualem deteſtarentur teſtem, eum ſcilicet, quem eiufdem cauſe ſuę uiſuri erant iudicem Et ſi ego inquit teſtimoniū perhibeo de meipſo, teſtimoniū meum uerum eſt. Ordo uerborum & ſenſus hic eſt: Teſtimoniū meum uerum eſt, quia ego teſtimoniū perhibeam de meipſo. ¶ Et reuera ſi quis teſtimoniū perhibeat de ſemetipſo, non ſtatim conſequitur, ut te ſtimoniū eius falſum ſit. Alioqui moysi & prophetarum conſequenter falſum diceretur fuiſſe teſtimoniū, quia ſinguli de ſemetipſis, q̄ a deo miſſi erant, teſtati ſunt. Nec enim aliter hoc ſciuit quiſq; hominum, niſi per teſtimoniū ipſorū. Scien dum quippe eſt, q̄ licet nemo homi num, præter hunc deum & hominē Ieſum Chriſtū, ſciat de ſemetipſo, unde uenerit, aut quo uadat, quia uidelicet neſcit quomodo factus, uel quem ad finem uenturus ſit, tamen & ſi teſti moniū perhibet quis de ſemetipſo, in tantū teſtimoniū eius ueꝝ eſt, in quantum ſcit à quo uocatus, & ad quod opus uocatus ſit, uerbi gratia, quomodo cū de ſeipſo Paulus dicit: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium dei, uel maxime quod allibi dicit: Quoniam multi gloriantur & ego gloriabor, ceteraq; his ſimilia. ¶ Igitur quia tam ſpiritus uerax q̄ & ſpiritus mendax, de ſeipſo teſtimoniū perhibet, uitiōſum eſt argumentum dicentium: Tu de teipſo teſtimoniū perhibes, teſtimoniū tuū non eſt ueꝝ. Proinde duas propoſitiones

propoſitiones, quas ueluti inuicem repugnantes, & in eodem ſimul eſſe nō ualentes, ma le in affirmationem & negationem diuiferant, dicen do: tu de teipſo teſtimoniū perhibes, teſtimoniū tuum non eſt ueꝝ. ¶ Hic uerax ſui deſenſor & mendacium correptor componit, & in unam redigit affirmatiuam propoſitionem, dicen do: Eſti ego teſtimoniū perhibeo de meipſo, teſtimoniū meum uerum eſt. Sarimq; ſubiuncta ratione eidipſum comprobatur, dū dicit: quia ſcio unde ueni, & quo uado. Quæ ratione ſicut ueritatem teſtimoniū ſui confirmat, ſic per oppoſitum eius, id eſt, per hoc quod ſubſequitur: Vos autem neſcitis unde ueni, & quo uado, falſitatem eorum, qui hoc ipſum teſtimoniū ſuum reprobabant, oppugnat. Nam cū procul dubio ſint oppoſita hæc, quia ſcio unde ueni & quo uado, uos autem neſcitis unde ueni & quo uado, ſicut uerum eſt teſtimoniū eius, ex eo quia ſcit unde uenerit & quo uadat, ſic contra teſtimoniū, quod dicunt contra Ieſum, falſum eſſe conſtat, ex eo quia neſciunt unde uenerit & quo uadat. ¶ Scire autem de ſeipſo unde uenerit, proprium eius eſt, qui nō de nihilo neq; de non exiſtentibus temporaliter factus eſt, ut nos, ſed de increata patris eſſentia ſine tēpore natus eſt, per quem ut eſſemus, creati ſumus omnes nos. Scire etiā quo uadat, nihilominus proprium eiꝝ, quia uidelicet non alius q̄ ipſe uias ſuas diſpoſuit, quas in hac mortalitate homo factus nō eſt propter nos, ambulare dignatus eſt. Nos enim neſcimus unde uenimꝝ, quippe qui nec illud ſcire poſſumus, qualiter in utero concepti coaluimus, neq; poſt hæc quid futuri ſumus noſſe ualeamus, quia neſcit homo finem ſuum, & omnia in futurum tempus referuntur incerta. Proinde cum dicit: ego ſum lux mundi, uerum eſt teſtimoniū eius, quia ſcit unde uenerit. Et cum ait: Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ, droſeſto uerum de ſeipſo teſtatur, ſe ſcio quia ſcit & quo uadat, uel quo ſe ſequentes perducat. ¶ Cæterum nemo omnium de illo quicūq; ſcit, niſi quantum ab ipſo didicit, ac proinde quiſ que de illo aliud dicit q̄ quod ab ipſo accepit, teſtis falſus eſt, & quia non ſequitur eum ambulat in tenebris, quemadmodum iſti qui dixerant, tu de teipſo teſtimoniū perhibes, teſtimoniū tuum non eſt ueꝝ, ad quorum obſtruedū os ſola hæc ſufficit conſutatio, qua dicit: Vos autem neſcitis unde ueni, & quo uado. Quod dictum eſt ad reſellendam carnalē illorum opinionem qua dixerant ſupra, ſed hunc ſcimus unde ſit: Chriſtus autem cum uenerit, nemo ſcit unde ſit. ¶ Nec uero quia poſtmodum reſponderat eis dicens: & me ſcitis, & unde ſim ſcitis, iccirco nunc ſibi cōtrarius putandus eſt præſentis loco, cū dicit: Vos autē neſcitis unde ueni & quo uado. Sequitur enim: Vos ſecundū carnē iudicatis, ego non iudico quēq;. ¶ Ac ſi dicat: Scitis quidem, quia homo Galilæus ego ſum, & dicitis: Nonne hic eſt Ieſus filius Ioseph & Mariæ, & fratres eius ac ſorores nonne apud nos ſunt? & quia partim uerum eſt hoc, propterea ſupra dixit: & me ſcitis & unde ſim ſcitis. ¶ Sed hoc ueſtrum ſcire quantum eſt: Vos enim hoc ipſum ſecundum carnem ſapitis, & ſecundū carnē iudicatis, id eſt, ſecundū pauperatē uel exiguitatē parentum meorum Mariæ & Ioseph, fratrum quoq; meorū ac ſororum, id eſt, propinquorū carnaliū, perſonam meam attenditis, & ſupra id, quod uifiſſe eſt in me nihil audire uel intelligere uultis, itaq; multo me inferiorē penſatis regi bus ueſtris, prophetis quoq; ueſtris, quos occiderunt patres ueſtri, uos autē me perſequēdo ſepulchra illorū edificatis, & menturā patrū ueſtorū implere ſeſtinatis. Dico ergo q̄ uos ſecundū carnē iudicatis. Ego uero poteram quidē & ipſe ſecundū carnē iudicare, ſed nō iudico quēq;. ¶ Poterā quippe ſic contra dicere, quia ſecundū carnem quoq; maior Moysi, maior in quā & nobilior quouis rege uel principe, ſecundū carnem quoq; ego ſum, quia non quē admodū omnes uos, & uniuerſi patres aut principes ueſtri, cōmuni more naturæ de corrupta muliere, ſed de uirgine nobilitate, ex regia ſtirpe Dauid ſecundū carnem natus ſum. Ita in quā poterā & ego ſecundum carnē quoq; omnes homines, utpote in peccatis cōceptos, & de corruptione natos, me inferiores iudicare, ſed nō iudico quēq;. Nūc enim ueni nō iudicare, ſed iudicari. L. Et ſi iudico ego iudiciū meum iuſtū eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater. ¶ Et ſi tādē inquit, iudico ego, uidelicet poſtq̄ iudicatus fuero, tunc enim natales meos tam ſecundum diuinitatem q̄ ſecundū humanitatē iudicare me oportebit ut præ dicentur in uniuerſo mundo, & ſi in quā tandem iudico ego, iudiciū meū iuſtū eſt, in quo? Videlicet quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater. ¶ Nō inquam ſum ſolus, ſcilicet quomodo ille alius qui uenit in nomine ſuo, quē uos accipietis, q̄ uere ſolus erit, & ſolus ueniet, q̄ deus illū nō mitter, ſed & ſemetipſo ueniet, neq; cū deo ager, ſed ad uerfabitur & extolleſt ſupra omne qd dicit deus aut qd colitur. Ego autē à meipſo non ueni, ſed pater miſit me, & ego in eius cōmunionē pmaneo, nihil à me ipſo faciens, nihil à meipſo iudicans. ¶ Proinde quæcūq; ego teſtificor, quæcūq; iudico, ille p ſenſibus & ſubſequentibus operibus ueſtꝝ cōprobat teſtimoniū meū, ueꝝ & iuſtū eſſe defendit iudiciū meū. Notandū in uera humilitate & humili ueritate filij dei, q̄ in omnibus uerbis ſuis tenorem hunc ſeruat paternæ cōmunionis, de qua nunc dicit: quia ſolus nō ſum, ſed ego & qui miſit me pater, ita ut nuſq; absolute quicq; de ſola ſua loquat ur perſona, ſed ſic ſemper proſitatur quod eſt, ut ſimul paternæ perſonæ ſociali & indiuiſa charitate mentionem faciat. ¶ Quod

Artificioſa deſenſio chriſti

Solꝝ Ieſus ſci ebat unde uenit & quoua dat

Eccle. 9

errar omis q̄ Ieſum nō ſequitur

ſciebat iudgi unde eſſet te ſus ſecundū carnem

Mat. 15 Luc. 4 Scire illud ni hil erat

Mat. 25

Chriſtū enā ſecundū carnē maior erat Moysi & oī bꝝ prophetis & regi bus

Antichriſtus z. Theſ. 2

Cōmuniō pa tris & filij

Error Sabellij

¶ Quod recte considerantibus nullam uobis excitare potest nebulam error Sabellianus, quā haresim patripassianam dicimus, quę unam solūmodo diuinitatis personā confitens, una, inquit, eademq; persona patris, quando uult pater est, quando uult filius est, quando uult spiritus sanctus est. Ita personas confundens, solum patrem uel solum filium consistendū esse contendit. Verum hoc loco aperte filius, non sum solus, inquit, sed ego & qui misit me pater. Igitur conuincuntur iudei dicentes, testimonium tuum uerum non est, Sabellius quoq; anteq̄ nasceretur, elisus atq; explosus est. Sequitur: Et in lege uestra scriptū est, quia duorum hominū testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibeo de me, qui misit me pater. Et sic inquit, quia scio unde ueni & quo uado, testimonium meū uerum est, & adhuc de ueritate eiusdem testimonij dicendū est. Dico ergo in lege uestra scriptū est, quia duos hominū testimonium uerū est, uel dicente deo p̄ Moysen in Deut. Non stabit testis unus contra aliquē, quicquid illud peccati & facinorosi fuerit, sed in ore duorū aut triū testium stabit omne uerbum. Hęc magna & indubitabilis quā ppono sententia ē, cui sp̄s tē cōcedi oportet, quā sic in lege uestra scriptū ē. Proinde iā assumere licet. ¶ Ecce hoc uerbum quod dixi, ego sum, lux mundi, & quicquid tale dico uel dixi, quod uos abijcitis dicentes, testimonium tuū non est uerū, duobus testibus defenditur: Nam ego sum testis unus, quod testimonium perhibeo de meipso, ea uel causa uel autoritate quā dixi, quia scio unde ueni, & quo uado: & adhuc alius testis testimonium perhibet de me, scilicet qui misit me pater. Hoc uel aduersus iniquū illos intentionē legitima r̄sione defendit, illi namq; hoc intē debāt, ut nemo de illo testimonium perhiberet q̄ Christus esset, q̄ salte propheta esset, q̄ deniq; ullo modo a deo esset. Hoc intē dentes eos usq; ad cōspirauerit, ut si quis eū Christū cōfiteretur, extra synagogā fieret. Illud dū erat huic negl̄simę calliditati, & nō dignate tāta maiestate de testimonio, quā ab hominibus esse t, saltē mētiō nē facere designandū erat testimonium falsum: cui cōuenticulū canū, & cōciliū hominū malignantiū nō sufficeret indicare silentiū. Ait ergo, in lege uestra scriptū est, quia duos hominū testimonium uerū ē. Nō ait simpliciter, in lege, sed signanter, in lege uestra: quia uel eadē lex iusta, & sancta, & bonaliter eius, aliter ipsoꝝ lex erati. Nā eius erat, quia ab ipso data, & illos erat, quia illis imposita. Cōcedi oportebat, ut p̄dictū ē, duos hominū testimonium esse uerū, quia sic in lege scriptū est, atq; ideo p̄ assumptionē, ego sum, inquit, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. ¶ Et hoc ipsum palā ipsis erat, q̄ ipse testimonium de seipso perhiberet, & nihilominus de ipso pater testimonium perhiberet. Audiebāt enim illū, q̄ diceret deū patre suū, propter quod, ut superius dictū ē, persequebantur eū, & q̄ paulo ante dix̄ erat eis: ego sum lux mundi. Hęc inquit & hmoi audiebāt, & opera eius magnitudine tāta professiois, nō minora uidebāt. In uerbis eius testimonium ipsius peritonabat, & in operibus eius testimonium patris desup̄ fulgurabat. Nā si filiū dei se esse profitēdo mēturatur, p̄ se totō gloria miraculorum clarificaretur, sed p̄na superbiētibus cōdigna cōfunderetur. ¶ Manifestū quippe iudeis erat, deū quē patre suū esse profitebātur, semper superbiētis restitū ferā quo, uerbi gratia, Aaron & Maria cōtra Moysen superbientes, plaga leprę percussis sunt & Dathā & Abirō & Chore, per superbiā erecti cū suis cōplicitibus, alij uiuentes a terra absorpti, alij flāmis deuorati sunt, & Saul Christus dñi effectus, per superbiā spiritui dā moniaco mancipatus est. Hęc autē dicentē se esse Christū dei filiū, nusq; refellit deus, quē professus ē esse patre suū, sed operibus uerba eius uera esse testificatus ē, ita ut mortuū quoq; ac sepultū terā die suscitaret, & credentibus in eū spiritū sanctū per nomen eius daret. Igitur & iudeis & omni mundo palā est, quia testimonium, quod perhibuit de seipso hic homo, qui p̄uabat ut filius ioseph, perhibuit de illo & deus, quē patre suū professus est. sequitur: Dixerūt ergo tū ubi est pater tuus? ¶ Perpicue quidē patre illis dicebat deū, at illi hoc intelligere nolēbant. Ergo ubi est, inquit, pater tuus? Impij & cæci, quid quæritis patre eius? Nunquid & illum uultis occidere, aut extra synagogā facere? si uobis præsētibz audeat de filio suo testimonium perhibere. ¶ Respondit eis: Neq; me scitis, neq; patre meū. Recte perfidoꝝ molestē interpellantiū percunctationē, suauiter quidē, sed foriter improbat, uos autē nescitis unde ueni aut quo uado, tacuerunt & non dixerunt, dñe unde uenis & quo uadis? nunc autē, ubi dixit, testimonium perhibet de me qui misit me pater, percunctantur procaciter & dicunt ubi est pater tuus? Cur, inquit, de illo tacet, & de hoc interrogant, nisi quia de filio ueri testimonij, nō quære, sed inuidere sciunt gloriā? Proinde cū dixissent, ubi est pater tuus, non respōdit, quā erat interrogatus, ut uerbi gratia, diecreti pleni sunt cœli & terra gloria uel maiestate eius, sed hoc dixit, neq; me scitis neq; patre meū. i. quā me nō scitis, neq; scire uultis, iccirco nec patre me scitis. forte dicitis, te scimus, te filium ioseph & Marię nouimus, de te homine Galilæo nihil amplius quærimus. Ad hęc inquam, L. Si me sciretis, forsitan & patre meū sciretis. Nā in huiusmodi quibz quoq; hominibus nō exigua pars notitię est, scire de quocūq; cuius filius sit, uel quis pater eius fuerit. Sed uos, inquit, patre meū nescitis, scitis em̄ dicitis, ubi ē p̄ tu? Igitur neq; me scitis

Deut. 17. 19

Omnia dicta Christi duobus testibus cōprobantur.

Iohā. 9

Rom. 7. Christi uerbis, pater operibus testimonium perhibet.

Vltro diuina in sup̄bos. Num. 12. Iherem. 6. 1. Reg. 6

Iohan. 11. Act. 2. & 10

Esa. 6

¶ Plane dictiuncula hæc forsitan, in nostro sermone dubitativa est, sed in sermone ueritatis, quæ dubitare non nouit, acriori significatione totum confirmationis punctum attingit, quasi dictum fuisset: certe & patrem meum scitis. Solent quoq; homines interdum, ubi tē grauius atque animosius affirmare conantur, hac ut dictiuncula, ueluti si dicat quis: si mater se set forsitan diligere. Attamen uerius atq; constantius magisq; necessarium est, ut quisq; sit Christum scit, & patrem eius deū sciat: quia uidelicet quid Christus secundū substantiam sit, nullatenus scire quis potest, nisi & hoc sciat, q̄ deus pater eius sit. Non enim, quem admodum de quolibet homine scimus, quid secundū substantiam sit, etiam si nesciamus, quis homo pater eius fuerit, sic & de Christo scire possumus, quid secundū substantiam sit, nisi sciamus quæ eius pater sit. Igitur cum nobis dubitabile non sit, multo magis nec ipsi dubium fuit: ac proinde non dubitatis, sed potius affirmando dixisse credendus est: Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis, quæ admodum & illud: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, sequitur. L. Hęc uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehēdit eū, quia nec dū uenerat hora eius. ¶ Hęc (inquit) tantæ maiestatis uerba locutus est Iesus, quæ reabant ut interficeret in gazophylacio, uidelicet celebri, & pene solis principibus ac pharisæis accessibi loco: nec enim uulgo, nisi singulis aduentantibus & era mittentibus gazophylatium frequentabatur, principibus ac pharisæis circa lucra maxima læto spectaculo cōsidentibus. Magna ergo fiducia, sine timore tali in loco hæc uerba locutus est Iesus, docens in templo, id est: nihil loquens in occulto, sed publicam doctrinam condens, palam omni annunciatā seculo. Et nemo (inquit) apprehendit eū. Quare? Quia nec dū uenerat hora eius. Non ergo furiosū ulla ratione mitigati fuerant animi, sed tenebat ipse nutu suo impotentem illos malitiā, qui potestatem habebat tempore uel hora, quam sibi ipse præfixerat, ponendi animā suam, & iterū sumendi eam. Dixit ergo eis ite: Iesus: Ego uado, & quæritis me, & in peccato uestris moriemini. Quo ego uado, uos nō potestis uenire. Ergo (inquit) quia perseuerantes in malo quærebant animā eius, & omni ratione carentes uim faciebant, & dolos toto die meditabantur, nec ob aliud manus suas continebant, nisi quia nec dū uenerat hora eius. Dixit eis iterum Iesus: Ego uado, & quæritis me, & c. Iterum inquit hæc dixit Iesus. Nam supra hoc idē dixerat eis, quando miserunt principes & pharisæi ministros ut apprehenderent eum: Adhuc (inquit) modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui me misit, & quo ego uado uos nō potestis uenire. Ergo nunc non primo, sed iterum dixit eis: Ego uado, & quæritis me. Ego quidem, inquit, sicut iam dixi, hinc uado, ego morior scelere uestro, ego uobis inferentibz mortem, iam iam imminet, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. ¶ Sed cum ego abiero, nunquid (sicut uos inimici mei inuidentes, & mala mihi dicentes, desideratis) nomen meū de terra peribit: Nunquid postq̄ abiero hinc ad patrem meū, oculi uestri a gloria mea liberati erūt, & non uidebunt de me quod graue sit eis ad uidentum? Non erit ita, sed tunc multo maxime palā uidebitis id, q̄ d paulo ante dixi: quia ego sum lux mundi, & hoc uidentes peccatores irascimini, dentibus uestris frendetis, & tabescitis, uestrumq; desideriu peribit, quia nomē meū perire non poterit. Hinc acriori stimulante inuidia inquieti & male solliciti quæritis, id est: persequemini me, & in hoc peccato uestro moriemini, quia in hac iniquitate uestra, usq; ad finē uitæ uestræ perseuerabitis, nihil quod gloriæ uel nomini meo noceat efficere ualentis, sed tātum mala uoluntate, ac percinaci inuidia uos ipsos interficientes. Nam quo ego uado, uos nō potestis uenire. Equidem nec ipsi, qui cum dilectione quæruunt & sequuntur me, nō possunt, quo ego uado uenire, sed poterunt quandoq; uos autem, qui cum odio quæritis & persequemini me, quo ego uado nunquā potestis uenire. Nunc quidem ubi ego sum, uos potestis uenire, & quandoque etiam apprehendere & occidere poteritis me, sed hoc uobis facientibus, illuc ego uado, quo uos nō potestis uenire. Itaq; in peccato uestro moriemini. Illo scilicet, quod male me quæritis & in meis fidelibus persequemini, ut nomen meum delectis. In hoc enim usq; ad mortem perseuerabitis. ¶ Dicebant ergo iudei: Nunquid interficiet te metipsum, quia dicit: Quo ego uado, uos nō potestis uenire? ¶ Superius cum dixisset hoc idem, quod nunc iterum dicit eis, id est, Quo ego uado, uos nō potestis uenire, ita dixerunt: Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? At uero nunc hoc ipsum repetens, acrius in eos (ut dignum erat) inuectus est. Ad didit enim: Et in peccato uestro moriemini. Acrius ergo felle commoto dicebant iudei: Nunquid interficiet te metipsum? Quid amariū, quid nequius? ¶ O iudei homicidæ crudelēs & scelerati, adeone nihil boni de hoc homine, qui mortuos uestris suscitauit, sentire potestis, ut hoc solum, quod interficiat semetipsum, uis eius superesse arbitremini? Et uos nunquid eius rei a deo indociles estis, nec fieri potest, ut uos ipsos exemplo eius interficiatis? Imō uos, interfecto homine isto, uos ipsos interficietis tanto furore, tanta rabie, ut miretur orbis, & uestri quoq; condoleant inimici. Legant qui uolunt uestrum sub Tito & Vespasiano excidium, & uideant uos unicam gentem homicidarum semetipfos interficientium: Sequitur. ¶ Et dicebat eis: Vos de deorum estis, ego

Forsitan, hic nō dubitatis sed acriori affirmantis est

Gazophylacium.

Iohan. 10

Psalmo 57

Iohan. 7

Frustra quærebāt iudgi de se uel mortui

Psalmo 111

Iohan. 7

Iudei maxime se ipsos interficiunt.

de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Rationem illis acerbam reddidit, cur quo ipse vadit, ipsi venire non possint, in peccato suo sint morituri. Vos inquit de deorsum estis, ego de supernis sum. Ista comparatio ne eadem sufficiebat, ad diffiniendam huius illorum impotentiam causam, quia videlicet omnes homines, siue electi, siue reprobi, omnes secundum naturam communem de deorsum sunt. Vnde & Iohannes Baptista, cum Christus esse putaretur, in comparatione, vel potius desperatione suimet, qui vere erat vel est Christus: Qui est de terra, inquit de terra est, & de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est. Quapropter addendum erat, ut tota perscriberetur causa impotentiae, iuxta quod dixerat: Quo ego uado, uos non potestis venire. Nam & illi de deorsum erant, de terrena massa sumpti, de primo homine terreno nati fuerant, quibus ait: Ut ubi ego sum, & uos sitis. Ad didit ergo: Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Hoc utique reproborum est, & hoc ab electis differunt, quod cum oēs de deorsum, id est, de terra sint, excepto Christo unigenito dei filio, qui de caelo venit, soli ipsi de hoc mundo sunt. Nam electi idem dicitur: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis, propterea odit uos mundus. Igitur utrumque dicendum fuit, & quod de deorsum essent per communem naturam, & quod de mundo hoc essent per uitium uel malitiam suam: utrumque impossibile monstraretur eis, illuc ire quo ibat ipse, qui & de supernis, id est, de deo patre est, per propria diuinitatis naturam, & de hoc mundo non est, per omnimodam humanam, quam assumpserat, naturam innocentiam, uel celestem uitam. Quia ratione tam fortiter quam suauiter reddidit: Dixi ergo uobis, inquit, quia moriemini in peccato uestro. Quod idem alia protinus ratione confirmat subiungens. Lsi ergo non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Vere enim non aliter, nisi credendo, quod Christus de supernis sit, & de hoc mundo non sit, id est, & quod de superno patre deo deus uerus sit, & quod in mundo natus, nihil eorum quae in mundo sunt uitiorum uel peccatorum admiserit, potest quisquam inter eiusdem Christi membra numerari, & illo capite in uno corpore unice Ecclesia uiuere de spiritu dei. Dixit autem alibi ipse: Quia nemo ascen dit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Recte igitur istis, quos sibi nullatenus per fidem incorporandos esse nouerat, ait hic qui solus de supernis est: Quo ego uado, uos non potestis venire, & ideo dixi uobis: Quia moriemini in peccato uestro, si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Ldixerunt ergo ei: Tu quis es? Hactenus Iudaei intelligere nolentes, & querere detrahentes, dissimulare uicium poterant se aduersisse, quo tenderet supra dictum eius testimonium. At uero nunc lux mundi suum illud testimonium terribili fulgore defendens, dormitantiumque, imò uigilanti naso stertentium somnum disciens, oculos illorum aperiri fecerat dicendos: Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris, ne iam dissimulare possent, aliquid sibi hoc dicto emicuisse, quod spectandum esset, uel auscultandum. Dixerunt ergo: Tu quis es? Irreuerenter quidem quaesierunt, & proteruae pulsauerunt, sed inuenire eos oportebat, aperiri illis conueniebat, ut magis ac magis inexcusabiles essent, & eis qui credituri erant, magis ac magis testimonia ueritatis aufererent. Audi ergo quod sequitur. Ldixit eis Iesus: Principium, qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudicare. Dicebat plane, ut quia questio nem ipse commouerat, & ad querendum illos excitauerat terribili sententia, qua dixit: Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris: dicebat in qua, ut hac uice magnū aliquod & dignum se testimonium pronuntiaret. Et reuera magnū dignūque est, quod hac responsione testificatus est. Idem enim est ac si dixisset, seipsum esse qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Nam quia erat, principium se appellat, & quia est, statim subiungens: qui & loquor uobis inquit, & quia uenturus est, scilicet ad iudicandum uiuos & mortuos in nouissimo die: multa inquit habeo de uobis loqui & iudicare. Istis ergo, quos iam denotans uir sapiens: Paruum inquit occidit inuidia, & uirum stultum interficit iracundia: tormentū suum non modice auctum est. Iam dudum inuidebant huic homini, ut putabant filio Ioseph, & a quibusdam de turba Christus esse putaretur, sicut superius dictum est, quia cum audissent quidam de turba sermones eius dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: Hic est Christus, cum tamen Christum hominem tantummodo fore arbitrantur. At ille nunc dicentibus sibi: Tu quis es? hoc de seipso professus est, quod longe supra hominem est: Principium, inquit, inquit, subaudis, ego sum, statimque subiungens: Qui & loquor uobis. Et una eademque responsione, simul & intemporalē incommutabilemque essentiam suae diuinitatis, & temporalem designans conditionem assumptam humanitatis, secundū diuinitatis infinitā antiquitatem principium est, principium inquit, in quo omnia cōdita sunt, sicut in exordio libri gene seos scriptū est: In principio fecit deus caelum & terram secundum carnem uero, finis est, id est cōsummatio, quia in ipso nihilominus uniuersa restaurata sunt. Vnde ipse in Apocalypsi: Ego sum, inquit, & initium & finis. Ex hoc principio, ante secula quidē tantummodo deus erat: nunc

Oshofes pter Chrm de deorsum sit, Iohan. 5

Iohan. 14

Electi de hoc mudo no sic

Iohan. 15

Iohan. 5

Cur dixit te fuis: nisi credideris, quia ego sum

Querat, qui est, & qui uenturus est Apocal. 1 Iob. 5

Iohan. 7

Ephes. Apocal. 1

nunc autē, quando hęc loquitur illis, deus & homo, sed homo adhuc passibilis: uenturus est autē in fine seculorū, idem deus & homo, multa habens loqui & iudicare, ita ex quo resur exit à mortuis, in utraq; natura impassibilis. Igitur suum esse, de quo dixerat, si enim non credideritis, quia ego sum, irreuerenter quaerentibus, terribiliter, ut dignū erat, ipse descripsit, tali cōcludendo sine, ut diceret, multa habeo de uobis loqui & iudicare. Est autē hoc eius esse, illud in telligendū, quod totius trinitatis cōmune, & eiusdem unius dei proprium uel singulare est. Quod & ad Moysen loquens, diligentius expressit, dicens: Ego sum qui sum. Hęc dices filijs Israel: Qui est misit me ad uos. Quod uidelicet eius esse, ab omniū essentia rerum uel creatura rā in eo plurimū differt, quod nullis accidentibus subiacer, uerbi gratia, ut homo, qui quasi flos e greditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquā in eodē itatu permanens hęc angelica q; creatura, quae maxime ex eis, qui ceciderunt, probatur: aliud esse in eo, quod sunt omnes rationales spiritus per substantiā, atq; aliud, quod facti sunt, hi per accidentē malitiā, illi autē per accidentē nihilominus gratiā. Nullis inquit accidentibus, ut hęc uel cetera quae facta sunt, substantia dei subiacer, atq; ideo solus uerus est, quia in cōmutabilis est, unde & propria eius differentia est, id est, esse quod est. Proinde & tunc, quando Moysi locutus est, & nunc, quando contra inimicos suos de seipso testimonij perhibet, opportune hoc substantiuo uerbo pro sui descri ptioe usus est. Tunc quidē quia filijs Israel multis diebus in Aegypto seruire assuetis, nomen dei multo cōmune uidebatur: & ideo ad distinctionē eorū, qui homines quidē quod dā fuerāt, nunc autē nec dii nec homines erant ego, inquit, sum qui sum, & hęc dices filijs Israel, qui est, misit me ad uos. Nunc uero, quia intendebant agere inimici eius Iudaei, ut iam non esset, & ut nomen eius periret: ut eos frustra laborare ostēderet, eodē uerbo substantiuo cōgrue usus est. Sequitur: Sed qui misit me, uerax est, & ego quae audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Nus quere in omni testimonio, quod perhibet de seipso filius dei, testimonij patris praeerit, ut per hoc quoque maxime illud cōprobat, quod dixit alio loco: ego ueni in nomine patris mei, alius ueniet in nomine suo. Vnde & hic interrogatus ipse quis esset, cum respōdit, principij qui & loquor uobis, statim subsecutus, hoc modo testimonij patris adhibuit: Sed qui misit me uerax est, & ego quae audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Tanquā diceret: Principij ego sum, sed à meipso non ueni, qui & loquor uobis, sed nō à meipso loquor. Non inquit à meipso ueni, neq; à meipso principij sum, sed qui misit me uerax est. Quod ex oppositioe eius, scilicet ex eo q ueniet in nomine suo, manifestius intelligi potest. sathanas quippe, qui ex eo nomen accepit, quod aduersus deū se extulit, & principij sibi esse, atq; in lateribus aquilonis sibi metē sedere uoluit, ex eo mendax est, & ex proprijs loquendo, à patre ueritatis discordans, mendacijque gene rans, principij se esse iactat. Qui & damnatū hominē illū, in fine seculi ingressus, à deo se principij esse profitebitur, ut aduersetur & extollat ut, sicut ait Apostolus, supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Nā & nomen eius secundū numerū ipsius in Apocalypsi thytan fore legitur: quod interpretatur, dixit lux. Igitur mendacis illius blasphemiam ad se nō pertinere testis hic uerus pronuntians, opportune cogitationibus occurrit aduersariorū, quod aliqua propter hęc & his similia, dicturi sunt: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Omnia namque quae de isto uero principio & uero dei filio sunt, illius maligni fallacis oppositi sunt. Principij, ait, ego sum, qui & loquor uobis: sed non ut ille alius, qui ueniet in nomine suo, quē uos accipietis, ita & ego à meipso uel in nomine meo ueni, & à meipso loquor: sed qui misit me, uerax est, & ego quae audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Nā & supra sic dixit: Et à meipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quē uos nescitis. Ut ergo hęc aduersariorū cōmū cōio, quae p̄cedētē sententiā sequētē cōiungit, dicēdo, sed qui misit me uerax est, nō uacet, suūque sensum melius explicet, qd̄ alibi palā dictū est, nūc necessario subaudiendū ē. Miro autē atq; inenarrabili mō, dū patrē ueracē praedicat, de seipso testimonij perhibet, ipse qui alibi dicit, ego sum ueritas. Nā poterat dixisse, pater meus uerax est, sed ut ostēderet patrē eū dē, nō alium de ueracē q̄ ex eo quod ipsum genuit quod est ueritas, maluit dicere sic, sed qui misit me uerax est. Sic dicere solemus, sol iste, quod noctē fugat, & ita clarū diē mūdo importat, lucida substantia est, uel homo iste, qui tā sapienter agit aut dixit, sapiēs est. Sciendū quippe, quod cum dicere possent quod genuit me uerax est cū autoritate prophetica qua dictū est: Dominus dixit ad me, filius me uerax est, ego hodie genui te, maluit dicere, tam hęc quā in plerisque locis, misit me, quod & equi pollens est, & in auribus hominū praesertim inuidorū atq; superbiorū, magis gratiosam humilitatē reddendo, tolerabilis est, & tardius calūniā patet. Igitur in eo quod ait, sed qui misit me uerax est, ueritate paterni testimonij, in eo autē quod subiungit, & ego quae audiui ab eo, hęc loquor in mundo, ueritate nihilominus testimonij, quod perhibet ipse de seipso, certitudo dinēq; defendit. Vt utiq; enim defendendū supra proposuerat, dicendos: ego sum qui testimo nij perhibeo de meipso, & testimonij perhibet de me qui misit me pater. Porro & illud nō ab quo queritur, quomodo à patre audierit filius, qui ipsum uerbum patris est. Non enim confes sium ad humanitatis eius humilitatem confugere licet, ut dicamus, quod secundum humanitatem

Esse substantiuū, deo p̄ priū est.

Exod. 3

Iob. 14

Cur & Moy si & hic Iudaeis respon dit de p̄ su um esse.

Iohan. 7

sathanas & in se & in Anti chro usurpat quae dei sunt

1. Thessa

Iohan. 5

Sed q misit me, uerax ē.

Iohan. 14

Psal. 2

Quae audio ab eo, hęc lo quor in mū do.

Pfal. 84

Iohan. 8

Conclusio artificialis

Esa. 26

dicens. Chrs definitio... Iohan. 11 Acto. 2 Iohann. 12

Tunc cognoscitis quia ego sum. Psal. 18

Psal. 101

rem audierit patrem filius, eo uidelicet auditu, de quo per prophetam dicitur: Audia quid loquatur in me dominus deus. Etenim non dixit solum, & ego quae audiui ab eo, haec loquor, sed addidit, in mundo, ut intelligas eum dixisse, quod extra mundum, id est, antequam in hunc mundum ueniret, audierit quae loqueretur in mundo. Igitur quod ait, & ego quae audiui ab eo haec loquor in mundo, id est, ac si dicat haec deo patri confubstantialis ueritas: Et ego sicut ex deo nata sum, ita in hoc mundo in corrupta permaneo, nihilque falsitatis admitto. Et hic sensus magis ad rem pertinet, uidelicet quia ueritatem coarguerant mendaciam, dicentes: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Sequitur: Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum. Cum longe superius illo dicere, patrem meum usque modo operatur, & ego operor, subiunxerit euangelista dicens, propterea persequebantur eum iudei, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, & qualem se faciens deo, quomodo nunc dicit, & non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum. Ergo hic non tam excusat ignorantiam, quam intelligere nolentem demiratur malitiam, quia dicta eius se aduertisse dissimulat, uidelicet nondum autem, quod eandem ob causam postmodum facere habebant, scilicet ad lapides currere, aut tentum illum ante praesidem ducere, & damnationem aduersus illum de hoc uerbo, ut quod de blasphemia postulare. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor, & qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quae placita sunt ei, facio semper. Ergo inquit, quoniam non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum, quoniam testimonium eius non acceperunt, & maleuoli accusatores defensionem ueritatis non audierunt, quasi conclusionem, id est, artificiosum orationis terminum facit, & sicut facere solent oratores periti, ut enumerationem partes colligant, & commoueant, quibus de rebus uerba fecerint, breuiter, ut renouetur ad memoriam reducat oratio: sic ea quae perorauit, ab eo loco quo illi obiecerant, dicentes: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum, nunc breuiter recolligit, atque apud se quodammodo reponit, ut quia nunc uidere & cognoscere nolunt, ut saluentur, quandoque uideant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes eius deuoret. Cum exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, subaudis principium qui & loquor uobis: & a meipso, id est, extra patrem seorsum praeter uoluntatem uel extra communionem patris, facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor in mundo, & cognoscetis quia qui misit me mecum est: quod uidelicet modo cognoscere nolentes dicitis, ubi est pater tuus, & cognoscetis, quia non reliquit me solum, scilicet ut paulo ante testatus est dicens, & si iudico ego, iudicium meum iustum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Haec inquit, omnia cognoscetis cum exaltaueritis filium hominis. Hoc autem in alio loco testatur euangelista, & dixit, significans qua morte esset moriturus. Et notandum, quod hoc illis, qui facturi erant, necdum scientibus, & necdum facere cogitantibus, ipse iam sciens & futurum praedicat, quia uidelicet consilium illorum in eo, quod postea collegerunt, consilio definitum ante omnia saecula praescientia dei praescierat. Unde & in actibus apostolorum Petrus apostolus ait: Iesum Nazarenum, uirum approbatum a deo in uobis uirtutibus & signis & prodigijs, quae fecit per illum deus in medio uestri, sicut & uos scitis: Hunc definitio consilio & praescientia dei traditum per manus iniquorum cruci affigentes interemisistis. Hoc uidelicet consilium, non solum ut interficerent, sed & qua morte interficerent eum, nunc definitum est, quando post resurrectionem Lazari collegerunt pontifices & pharisaei consilium & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? &c. Nam & ante eum quae fuerunt quidem eum interficere, sed non definito consilio, uerum uulgari strepitu & furore tumultuario non (inquam) definito consilio, in quo iudex peteretur, & culpa qualicumque proposita, accusatores & testes, quasi legitimo iudicij ordine adhiberentur, & qualitas mortis tanquam causae conueniens exigeretur. Quod ubi definitum est, iterum eo dicente, cum exaltaueritis filium hominis a terra, & subiungente (quod hic tacitum est) omnia traham ad meipsum, tunc cognouerunt quod diceret eis, utpote iam facere cogitabant, & dixerunt: Nos autem diuinus ex lege, quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Nunc ergo, quando necdum definitum erat consilium, cum diceret, cum exaltaueritis filium hominis, nihil tale responderunt, quia forte quod necdum cogitabant, nondum intellexerunt. Tunc, inquit, cognoscetis quia ego sum. Tunc enim ignorare non licebit, tunc dissimulare non uacabit. Coeli enim tunc enarrabunt, & annuntiabit firmamentum, & dies diei eructabit hoc uerbum, & nox nocti indicabit huius rei scientiam, & non erunt loquelles neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum, & in omnem terram exibit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Tunc, inquam, hoc modo cognoscetis, & quamlibet inuiti audietis, quia ego sum, quia uiuio ego in aeternum, compertumque uobis erit, quia mortuorum quoque resurrectio sum, recteque mihi in psalmo dictum est: Initio tu dominae terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut ueteralescent,

ueteralescent, & sicut operatori mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Istud cognoscetis, nisi etiam crederitis & confessi fueritis, quia ego sum, morie mini (ut supra dixi) in peccatis uestris. Tunc & hoc cognoscetis, quia a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hoc loquor: cognoscetis inquam uidelicet ex eo, quod facta mea, quae nunc ceppi, ubi uos me exaltaueritis, exinde perpetuum profectum, & uerba mea quae nunc loquor manifestum habebunt effectum. Hoc enim in lege datum est signum, eius quod nunc deo misit. Quod si tacita (inquit) cogitatione responderis, quomodo possum intelligere uerbum quod non est locutus dominus, hoc habebis signum: Quod in nomine domini propheta ille praedixerit, & non eueniret, hoc dominus non locutus est, sed per timorem animi sui, propheta commisit, & ideo non timebis eum. Hoc inquam legale signum est, At uero quae cum ego praedico in nomine patris mei uos euenire uidebitis, imo & captiui ducti in oes gentes, experimetum uerborum meorum oibus gentibus in uobismet ipsis spectandum circumscribetis. Igitur tunc cognoscetis, quia ego a meipso facio nihil, uidelicet ut is qui arrogancia deprauatus prophetam se a seipso facit, & per timorem animi sui, ea quae non sunt, nec erunt, esse, uel futura esse constringit, sed sicut docuit me pater, id est, sicut uoluntate patris esse scio, ita haec loquor, quia non docuit iniquitas os meum, nec initor (ut dicitur) lingua uobis blasphemantium. Verbi gratia, cum dico: Ego sum lux mundi, uel pater meus usque modo operatur, & ego operor (sed docuit os meum obedientia uel charitas patris, & dilectionis generis humani, ut notificem hominibus meipsum, quorum haec est uita aeterna, ut cognoscant uerum deum, & quem ille misit Iesum Christum. Et hoc cognoscetis, quia qui misit me mecum est, & non reliquit me solum, uidelicet quomodo uos putatis, dicentes: Deus dereliquit eum, persequeimini & comprehendite eum, quia non est qui liberet. Oportet uere dictum est, & late patet hoc uerbum: Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum. Non enim solus Iudaeis, sed et totum mundo lux mundi loquitur, nec pro se tantum, sed pro nobis ueritas testificatur, ut quisque nostrum quocumque pergat, quodcumque intendat, habeat in promptu uel ut scire possit, utrum deus cum illo esse dignetur: Qui me misit (inquit) mecum est, uidelicet ut e contrario subaudiatur, quemcumque ille non misit, cum eo non est, & hoc ab effectu cuiusque probabile est. Verbi gratia, Cum uenerit ille filius perditionis, cum reuelatus fuerit, & extulerit se supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ab his effectibus clarebit etiam infidelibus, quod deus illum non miserit, ac proinde cum illo non sit, quia dominus Iesus (inquit Apostolus) interficiet eum spiritu oris sui. similiter omnis quocumque fur & latro, qui in ouile ouium non uenit, nisi ut furetur & mactet & perdat, quia non mittitur, ideo per ostium non admittitur, nec ei ostiarius aperit, solus est, & ei recte dicitur: qui non misit tecum non est, quod ex eo maxime liquet, non enim audiunt eum oues, utpote alienum, sed fugiunt ab eo. Nihil minus & qui suam Nazareus, id est, consecratus, uitamque contemplatiuum professus, dum contra propositum foras euagatur, dum nulla poscente utilitatis causa, tendit exterius, oditque clarescit, & grata signilla pudicitiae, quia deus non mittit illum, deus cum illo non est, quod itidem certo experimento claret, dum in exemplum Dinæ filiae Iacob, quae egressa ut uideret filios regionis a Sychem, principe terrae opprimente se, cum esset uirgo corrupta est, corrumpitur & ipsius anima a diabolo mundi huius principe foras inuenta, ne habens protectoris dei, de quo dicere possit: qui me misit mecum est. Haec inquam, & huiusmodi studiosus Euangelicae ueritatis auscultator e contrario subaudire potest, ut quodcumque faciat ubicumque se egrediens uel regrediens intendat, sic omnia faciat, quatenus inter fluctus saeculi, uel pericula uitioque ueritatis entis testimonio, consoletur cor suum dicens: Et ipse qui me misit mecum est, & non reliquit me solum. Sed iam ad praesentem uel praecipuam intentionem sermo redeat: qui me misit inquit mecum est, & non reliquit me solum. Corda piorum quocumque ueritas instructa, id est edificatioe charitatis erudita sunt, aliquatenus pensare merentur huc pauperis huius clamorem, qui & in psalmo dicit. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat, cuius in titulo scriptum est, Oratione pauperis cum anxietate, & effuderit precem suam coram domino. Nam reuera cum anxietate pauper iste haec dicebat: qui me misit, mecum est, &c. Causa autem anxietatis huius tanta erat, quanta uerbis exprimere non ualens, & cum gemitu ammiras, sicut inter caetera longae decem clamauit Esaias: Et nos putauimus eum quasi leprosum & percussum a deo & humiliatum. Affectuosius significare non potuit magnitudinem anxietatis pauperis huius & confusionis, de qua idem in psalmo dicit: Quonia propter te sustinui obprobrium, operuit confusio faciem meam. Plene sunt scripturae gemitum atque coactionem flebilium, quae ob instruendam piorum intelligentiam diuersis similitudinibus, multis & lacrymosis uocibus, hoc paupere anxietate & contribulato de prompta sunt. Quid enim? quod uis quicquid nostrum est, quod mente pensant, quod extraneus factus sit fratribus suis, & peregrinis filius matris suae, dicentibus: Filius dei se nominat, & gloriatur patrem se habere deum. Nam ut taceam, quod cum duodecim Apostolos eligeret iuxta Marcum, audientes sui exierunt tenere eum, dicebant enim: In furorem uertus est, illi de quibus iteque in psalmo dicit ipse: Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant uinum

Tunc cognoscetis quia a meipso facio nihil Deut. 18

Iob. 19

Iohan. 17 Qui misit mecum est. Psal. 70

2. Thess. 5

Ibidem Iohan. 10

Attendat hic grex Lutheri dogmata excucullatus & dispersus. Gen. 54

Pulchram ditatio de passione Christi

Psalmo 101

Esa. 53

Psalmo 68

Extraneus fratribus meis Ibidem Sapient. Mar. 5 Psal. 68

Putatum est
quod leprosum

Esa. 75

Leui. 15

Iohan. 9

Psal. 21
Leui. 15

Heli heli, le-
mata piam
Esa. 55
Mat. 27

Quod dereli-
ctum est
Psal. 21
Rom. 8

Iohan. 9
Mat. 2
Luc. 11
Mat. 10

1. Cor. 9

Nemo prae-
Christi fact
sp. q. placita
sunt deo
Ecl. 7
Esa. 75
1. Pet. 2
Iohan. 1

Psal. 65

Ibidem

Iohan. 9

Non recte cre-
debatur in eu
Iudei

tinum, quid putas, quod horribili intuitu aspernant eum, dicent: Ego sum lux mundi, & ego testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater? Ille homo superba odia uocesque maledicas dicentium: Demoniū habes, & non est hic homo a deo, & his similia, acerrime perfererat, qui (ut predictum est) propter magnitudinem doloris, suam miscens personam, talibus suę gentis hominibus: Et nos inquit putauimus eum quasi leprosum. Quasi leprosum inquit, id est propter iniquitatem & blasphemiam suam, sic ab omnibus fugiendum & reiciendum, quod leprosus secundum legem ad arbitrium sacerdotis separatus extra castra solus habitare iubebatur, pollutum se clamans & immundum. Cum enim principes & pharisaei odientes eum separarent, & escerent nomen eius tanquam malum, & deo solitariū illum esse uellent, ut quisque cōfiteretur illum esse Christum, extra synagogam facerent eum, quid aliud nitebant, nisi ut ad arbitrium ipsorum, tanquam leprosus pronuntiatus & cōtaminatus, habitare extra castra solus? Igitur dicta haec qui me misit mecum est, & non reliquit me solum, sic audienda, sic sentienda sunt, tanquam clamor pauperis anxii & praedicti passi, qui ab se peccato suo obprobrium hominum, & abiectionis plebis factus sit, uelut si ad arbitrium sacerdotum iniquorum, homo mundus & recaluaster, leprosus uagaretur, & uolatilibus subiaceret iudicatus sit, & separatus a cōsortio hominum, forasque expulsum, solus extra castra sibi met habitare cōdemnatus sit. Dixit autem ipse alibi, cum iam extra castra separatus, id est extra portas ciuitatis inter sceleratos reputatus, in ipsa morte agonizaret, quasi iuxta supradictum prophetam, maxime putauerunt eum leprosum, & percussus a deo, & humiliatum. Dixit inquam sicut heli lema sapiani, hoc est, deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Estet quidem facilis ad ista responsio, si sic diceretur: nūquid dereliquisti me, quia uidelicet sub interrogatioe huiusmodi prolata dictio, neque uere significaret neque falsum, ac pinde huic enunciationi cōtrarium non esset aut cōtradiceret, quia dictum est qui me misit mecum est, & non reliquit me solum. Nunc autem cum dicitur quid dereliquisti me, cōtrarium uidetur sonare, quia profecto derelictum se asserit, qui causam quaerit, cur derelictus sit. Quid igitur? hoc uidelicet, quia (quod nec ipsi negare queunt uocum seu uerborum aucupes) oportet in oppositis siue cōtrarijs hoc idem negare negationem, quod affirmatio affirmauit, & de eodem. Si enim aliud quod affirmet, atque aliud alius neget, non cōtrarium sed diuersum est. At uero hic non hoc idem de eodem negatur, cum dicitur: Et non reliquit me solum, quod illic affirmatur, ubi dictum est: Ut quid dereliquisti me? Vt quod de passione mortis, sicut aperte testantur sequentia psalmi. usque ad illud uerbum: Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia secundum illam quodammodo praesentia derelictus est, iuxta quod Apostolus ait: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit se. Nunc uero cum dicitur: Qui misit me mecum est, & non reliquit me solum, de illa agit, quae infelicissima desertio est, qua illum derelictum esse uolebant dicentes: Non est hic a deo, uel etiam iuxta alios Euangelistas, criminabantur eum habere concordiam cum Beelzebub, imo & quod a dicitur quoque nephas est, ipsum esse Beelzebub, sicut ipse testatur: Si pater familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius. Igitur non hic idem nunc negat, quod in articulo suae passionis affirmat: nec enim minus congrue quasi derelictus dicitur, quia Apostolus de se & suis similibus: Ut seductores (inquit) & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes & ecce uiuimus: quasi tristes, semper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Maximū autem atque firmissimū argumentum de se ipso dedit, unde non derelictū illum perspicuum sit, dicendo: Quia quae placita sunt ei semper facio. Et notandum, quod cum dixisset: Quia quae placita sunt ei facio, addidit semper. Hoc sane unigeniti filij propriū est, & hoc ab uniuersis deo placitis differunt, quod ea quae placita sunt patri, non partim, nec ad horā, sed omnia facit, & semper. Quis enim homo est, qui faciat bonum & non peccet? Vnus hic & solus est iustus & sanctus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Bene ergo addidit semper, iuxta quod alibi de illo dictum est. Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum. Haec enim dicta in te paria sunt, & sine alterutro esse non possunt. Nec enim quae placita sunt patri faceret semper, nisi spiritus in eo maneret: nec spiritus in eo maneret, si aliquando quodammodo placitū patris admitteret. Hoc uero non parum miraculi praestare poterat, quod homo mortalis tanta immutabilitate, tanta constantia uel firmitate se ipsum agebat inter tam plurimos tentantes, & accusare illum quae rentes inimicos, ut talia diceret illo, & insuper post alia sic proponeret: Quis ex uobis arguet me de peccato? nulla cuiusque illorum saltem falsae criminationis daretur occasio. Et quidem diu multumque exacuentes linguas suas, & in occultis intendentes arcum, tandem sagittauerunt eum, sed sagittauerunt immaculatum, id est condemnauerunt quidem illum, sed de nulla culpa condemnauerunt. Exinde omnes qui uidebant eum, conterriti sunt admiratione tante malignitatis, & sermone nequam, quae firmauerunt sibi, pertinaciter clamando: crucifige, crucifige, annunciauertur opera dei, & facta eius intellexerunt, & ipsi quoque maligni compulsi sunt cognoscere, quia dei filius hic erat, iuxta quod nunc ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, &c. Sequitur: Hec illo loquente, multi crediderunt in eum, Ipsi qui crediderunt in eum, quales fuerunt, id est quam

prope ad ueram pietatem credentium accesserint, uel longe recesserint, non satis aperte sequentia significant Euangelicæ narrationis, praesertim cum domino dicente: Si uos manseritis in sermone meo, &c. sic Euangelista subiunxit. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & reliqua. Responsio quippe tunc proprie dicitur, cum illi responderent ad quos, uel de quibus sermo est. Et longe superius de istorum, id est Hierosolymitanorum credulitate, cum dixisset Euangelista: Quia cum esset Hierosolymis, multi crediderunt in eum, uidentes signa quae faciebat, statim subdidit: Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eo quod nosset omnes & non esset ei opus, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Forte ergo & nunc quod uidebant credentes, imo & quod credebant inuidendo persequentes, facti sunt sicut patres eorum, generatio praua & exasperans, generatio quae non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Nam quomodo uere crederent, qui cum eodem, cui crediderunt, diu altercantes, & diuinitatis eius testimonium non ferentes, tandem ad lapides cucurrerunt, hoc eodem Euangelista referente, quia cum dixisset: Antequam Abraham fieret, ego sum, tulerunt lapides ut iacerent in eum. Sic itaque credere potuerunt, quomodo se credere dicit Ariani, caeterique eiusmodi heretici, quibus nihilominus Christus semetipsum nunquam credidit, quia Christum quomodo cumque confessi sint, diuinitatis eius fidem in diuersis sectis uno spiritu malignitatis impugnaverunt, & ueros confessores eius audire non ferentes, tumultum insaniamque per totum mundum audiri fecerunt. Horum omnium formam in istis praecessisse, ex subsequentijs perspicuum est: siquidem literam archius sequentes, eisdem cogamur accipere respondentes, ad quos loquitur dominus, ut subiunctum est. Dixit ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, iudeos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Dicendum hoc erat tunc credentibus iudeis, dicendum & nunc est haereticis, omnibusque in fide uitiatiss: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis. Quid enim? Nunquid omnes, qui Christum confitentur, iam in sermone eius manent, & uere discipuli eius sunt? Minime. Alioquin non tam multi filij nequam, cum filijs regni, tanquam zizania cum bono semine patris familias, pullulantes per publicum totius mundi agrum succreuisent, nec tam multi pisces mali mixti cum bonis, pro totum orbem retia fidei dirupissent. Sermo namque Christi, in quo his, qui credunt in Christo manendum esse dicit, ut uere discipuli eius, id est ueri Christiani sint, sermo est fidei, id est unica regula credendi, cui detrahi quicquam nefas est uel adijci. At uero Iudaei credentes in Christum, quibus tamen Christus (ut superius dictum est) non credebatur semetipsum, omnesque haereticos, quales fuerunt Chierinthi & Marcion, caeterique contra quos maxime hoc scribitur Euangelium, multumque haereticum pestes, quae postea subortae sunt, longe ab hoc sermone recedunt, multumque illi detrahunt, dum alij uerum hominem confitentem Christum, negant eundem uerum esse deum, uel ex Maria coepisse illum asserunt, alij uero confitentem deum, eundem in uera carne uenisse, uel hominem negant esse uerum. Non ergo manent in sermone Christi, quem & ante per prophetas suos, & nunc per semetipsum per scribit, cuius tota summa est, unum eundemque Christum, & ante omnia secula deum uerum extitisse, & uere filium hominis in fine seculorum factum esse. Proinde ueri discipuli Christi id est uere Christiani non sunt, nec ueritate cognouerunt, nec eos a peccatis suis ueritas liberauit, quantumcumque Christum confessi, uel in Christi nomine baptizati sint. Recte igitur talibus, & tunc per semetipsum Christus Iudaeis, & nunc per Ecclesiam suam dicit haereticis: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos, id est, nisi manseritis in sermone meo, non uere discipuli mei eritis, neque ueritatem cognoscetis, neque ueritas uos liberabit. Vere enim nemo qualiumcumque factorum iustitia potest a peccatis redimi, uel ab antiqua diaboli seruitute liberari, nisi integre permaneat in sermone fidei, & unam teneat communicationem Euangelicæ confessionis. Sciendum quoque est, quod non ab re istis credentibus in se dignum quidem & uerum, sed inopinatum praesentis loco pollicetur discipulatus sui fructum: Vere (inquit) discipuli mei eritis. Quo fructu? Quo praemio? Et cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Putabatur enim illi, utpote animalibus, & de Christo carnaliter sapietes, illo rege carnale se habituros seculum, cum damnatione omnium gentium, iterumque bella ac triuphos, & superatorem necesse, atque captiuorum greges, & auream atque in terris gemmatam Hierusalem, hostiarumque sanguinem, & circumfisionis iniuriam, & terreni templi gloriam, quae omnia usque hodie Christi expectantes, sub illo se habituros somniant. Hoc modo illi quoque, qui (ut supra dictum est) credebant in eum, in ipsa credulitate sua respiciebat in uanitates & infantias falsas. Nec mirum, cum & Apostoli tali sensu dixerint de perfecta passionis eius tristitia: Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Opportune ergo errati occurrentes intentioni, uanam expectationem credentium destruit, docens cuius beatitudinis spe, cuius libertatis amore in se credendum sit. Cognoscetis (inquit) ueritatem, & ueritas liberabit uos. Hunc fructum, hanc mercedem, uel praemium in illis, qui tunc in sermone eius manserunt, &ideo

Iohan. 8

Psalmo 77

Non credit se
Christus haereticis

Quid est in
sermone Christi
manere

Mat. 15

Iohan. 12
Haereticis

Rom. 1
Rom. 9
Gal. 4

Carnalis opti-
mo Iudeorum
de Christo

Psalmo 39
Luca 4

Cognoscetis
ueritatem

&ideo

& ideo uere discipuli eius extiterunt, cōsiderare operæ pretiū est. Illi quippe q̄ permanserūt in sermone eius usq̄ ad mortē ipsius, scilicet beati Apostoli, deinceps remunerandi cognitōe ueritatis collaudatoriā cōmemorationē audire dicentis: Vos autē estis, qui mecum permāstis in tentationibus meis. Eadē quippe hora inter cætera dictū est eis: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo. Cū autē uenerit spūs ille ueritatis, docebit uos oēm ueritatem. Ecce quia permanserunt in sermone eius, quē cōfessi oēs fuerant per unū Petrū, dicētes: Tu es Christus filius dei uiui, spiri ū ueritatis meruerunt accipere, per quē cognouissent oēm ueritatē. ¶ Nā ubi uenit ille spīritus ueritatis, quis nō miratus est, hodieq̄ mirat, q̄ perfecte ueritatē cognouerint, q̄ cōstanter qui fuerant homines idioræ & sine literis, cōtra oēm nīmium loquacē sapientiā mundi illā defenderint, liberauit sane ab erroribus uniuersis, liberauit ab oibus quæ in mundo sunt concupiscentiis, cupi do efficiens eius quā in ueritate cognouerant, uerq̄ summę beatitudinis, liberauit à timore mortis, à timore inimici, ab omni misera seruitute peccati, tan dēq̄ in perfectiōe libertatis cōstituit, de qua Paulus Apostolus, qui iā liberari cōperat, inter cætera dicit: Quia & ipsa creatura liberauit à seruitute corruptionis in libertatē glorię filioꝝ dei, scimus em̄ q̄ omnis creatura ingemiscit, & parturit usq̄ adhuc. Non solum autē illa, sed & nos ipsi primitias spūs habentes, ipsi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei, expectantes redemptionē corporis n̄i. Hoc modo dicta facta cōpensando, planius intellectū sit quod dictū est: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Sequitur. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus unq̄. Quomodo tu dicis, liberi eritis? O astuti, q̄ prope nūc cōperant & illa que ueritas sapientiā dei. Quid em̄ putarent dictū illum, nisi quia falsum est quod dicitis, nemini seruiuimus unq̄. Romano em̄ imperio seruimus nunc: Hoc autē si dixisset, quanto putas cum clamore inuolassent dicentes: Si sumus amici Cæsaris, non dimittamus hanc inimicū Cæsaris, contradicit enim Cæsari, proposita nobis spe, q̄ si sequamur eum simus liberi, & non seruiamus Romanis. Igitur nō per obliuioſam ignorantia, sed p̄ insidiosam malitiam dixerunt: semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus unq̄. ¶ Et quidem fuerit hoc natura cuiusdam libertatis priuilegium, q̄ semen Abraham sunt, id est q̄ non de ancilla secundū carnem, sed de libera per reuersionem nati sunt. Nam ismael quoq̄ semen Abraham fuerit, domino dicente: Sed & filium ancillæ faciā in gentem magnā, quia semen tuum est, tuamen hi maxime, qui secundū Isaac sunt, reputantur in semine, soli secundū carnem liberi, legitimumq̄ semen dicuntur Abraham, dicente eodem: Quia in Isaac uocabitur tibi semen. Hoc itaq̄ concedamus, quia semen Abraham sunt, ac proinde cōparatione Ismaelitarum, cæterorumq̄ qui de Agar uel Cæthura nati sunt, isti liberi sunt. ¶ Attamē in hoc falsi sunt, quod subiungunt: & nemini seruiuimus unq̄. Nec enim ignorare poterant, q̄ Aegyptiis in luto, & latere seruiuerint, q̄q̄ & postq̄ terram promissionis obtinuerunt, pro eo q̄ commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorū, & seruiuerūt sculpilibus eorum, tradidit eos dominus in manus gentium, & dominati sunt eorū qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorū, & humiliati sunt sub manibus eorū, sæpe liberauit eos, & nunc tandem cum hæc dicerent: Nemini seruiuimus unq̄. Romano imperio sub tributaria conditione seruiabant. Itaq̄ perspicuū est, q̄ insidiosa (ut prædictum est) malignitate hoc obiecerunt, intenti elicere uerbū, de quo illi apud Romanum possent accusare imperiū, sicut & tunc, quando tentantes hypocritæ dixerunt: Licet census dari Cæsari an non? ¶ Et nota stūdiū horum grammaticorū, in schola sarañe declinantium, quam cito, dicente illo: & ueritas liberabit uos, ad uerbi huius etymologiam profluerunt, dicentes ei: Quomodo tu dicis, liberi eritis, cū non dixerit eisi: & liberi eritis. sed & ueritas liberabit uos. Proprietate dictionis abuti uoluerunt, in adiumentū suæ peruersitatis, sed frustra. Ille enim qui paulo ante dixerat: Ego sum lux mundi, hæc omnia clare uidebat, lucens quidem in terris, gradiens autem in altitudine cœli. Tale ergo hoc erat, ac si homines cæci solem persequentes, radios eius laqueis neceſtate, & tanq̄ pedibus uinctum, de zodiaco suo in terram deorsum uellent attrahere. Nam quā alte supra sensus istorum ambulat, in tentio dicentis: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos, ex his quæ sequuntur colligi potest. Respondit eis Iesus: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Si ergo uos si uis liberauerit, uere liberi eritis. ¶ Ecce qualem istis rationem reddidit. Isti qui de terra erant, & de terra loquebantur, solum terrenam seruitutem libertatemq̄ scientes, unius dictiunculæ proprietatem, qua dixerat: & ueritas liberabit uos, callide obseruauerunt, ut eum in sermone caperent. Hic autem qui de cœlo uenit, & quod uidit, & audiuit, hoc testatur, solum spiritualem seruitutem libertatemq̄ perpendens, fortissimum illis fecit syllogismum, ut comprehenderet sapientiam in astutia eorum. ¶ Omnis (inquit) qui facit peccatum, seruus est peccati. Veram sententiam ueritas proposuit, cui concedere non moretur auditor quantumuis contentiosus aut rebellis. Nam si forte pertinaciter fronte

Lu. 22
Ioh. 16
Mat. 16
Veritas liberabit uos
Act. 4
Rom. 8
Semen Abraham sumus
Gala. 4
Gen. 2
Ibidē
Nemini seruiuimus unq̄, falsum est Exo. 2 & Psalmo 137
Mat. 22
Grammatici ex schola Sarran. Iudæi
Iob. 5

frontem obduret impudentem, nos econtra eiusmodi dedignati grandibus Ecclesiasticæ scripturæ contendere armis, leuem armaturam id est, multam poetarum ethnicorumq̄ philosophorum conuocabimus turbam. Verbi gratia, illud Flacci recententes dicentis in cupidinofumi Liber, liber sum, dic age inquis Vrget enim mentem dominus non lenis, & acres subiecto lasto stimulos, uerfatq̄ negantem. Vel quod Sophocles (ut ait Tullius) cum ex eo iam confectio ætate quaeretur, ueretur, ne rebus ueneris diū meliora (inquit): Liber uero ego istinc, sicut à domino agresti ac furioso profugi, ¶ Cæterum eis, qui seipſos nouerunt, & ueritati libenter acquiescunt, non iam quæsitū opus est, utrum serui sint, aut fuerint, quoniam ultro confitentur, & publice lamentantur, quod non solum serui, uerum & captiui sint, stendo canentes, & canendo flentes, atq̄ dicentes: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, quia illic interrogauerunt nos, qui captiui duxerunt nos, uerba cantionum, &c. ¶ Nec uero illi inimici domini mentiri poterant ei, quod peccatum non fecissent, aut facerent, præsertim cum ipsorum magistri, scribæ & pharisæi, paulo supra, ubi tentauerant eum, de muliere in adulterio deprehensa, illo dicente: Qui sine peccato est uestrum, mittat in illam lapidem, audientes hæc, unus post unum exierint, incipientes à senioribus. Nam saltem hoc negare, uel dissimulare non poterant, quia modis omnibus ad hoc tentarent illum, capere in sermone, ut possent occidere. Igitur ipsi, imò multo magis ipsi præ cæteris peccatoribus, seruiuerant peccati. ¶ Proinde rara & firma stante propositione, nil iam cunctantur assumere: Seruus autem (inquit) non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Dicendum hoc erat seruis peccati, qui non nisi in pena sublequente, præsentem agnoscent miseriam suæ seruitutis molli iugo, dulcibusq̄ libidinum catenulis delectati, imò & tanquam cæci aut ebrri, non uidentes, neq̄ sentientes horrorem furiosamq̄ quorumlibet uictorum tyrannidem, propriis uoluntatibus intenti: Seruus, inquit, peccati non manet in domo in æternum, uidelicet concordante scriptura, qua dictum est per Psalmistam: Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Qui & alio loco ad deum loquitur: Neq̄ habitabit iuxta te malignus: Filius autem inquit manet in æterno, uidelicet ille filius, qui singulariter & proprie dicitur, & est filius, & nullo modo dicitur aut est seruus, quia profecto ab omni peccato immunis est, peccatum enim non fecit, nec inuenit est dolus in ore eius, qui & in psalmo dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Hic manet in domo in æternum. Ponamus primo legem seruorum aut dominorū, ut posito prius notæ similitudinis fundamento, firmius cōstiterit conspicui parietes mysteriorum. ¶ Ecce in domo qualibet, quatuor ista cōsideranda sunt, pater familias domus, & ipsa domus, filius eiusdem patris familias, & conductitius qui libet alieni domini seruus. Non enim hic seruus ad dominum, cuius hæc domus est, congrue referri potest, quia uidelicet peccatum, cuius de seruo nunc agitur, ab illo filio, de quo itidē nunc sermo est, & a patre eius omnino alienum est. Seruum ergo conductitium seruum alienorum dominorū scimus in domo, in qua conductus est, legaliter non posse esse permanentem: quippe cum nec seruus ipsius domini, cuius est domus, diutius q̄ placitum est, eidem domino suo possit ad seruiendum stare in domo. Quanto magis seruus alienorum, ut prædictum est, dominorum in domo permanere non potest, etiam si domini domus patientia toleretur, quin ubi tempus fuerit, uel causa poposcerit, dominis suis exigentibus, ad loca uel seruitia debita protrahatur. ¶ At uero filius legaliter, æque ut pater, tanquam dominus in domo permanet, suaq̄ esse omnia deputat, quæ cumq̄ thesaurizat, patrisq̄ ad filium iure uox illa est: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Igitur & secundum homines uere est dictum, quia seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. ¶ Porro hac posita similitudine, animaduerte et promptū est, q̄ terribiliter iudæis denuntiet, q̄ ipsos exire, seipſum autē in his quæ patris sunt, oportet permanere. Deus em̄ magnus & inclytus pater familias est, domus autē eius sancta ecclesia, id est omnium credentium deūq̄ colentium sancta societas est. Filius eius est hic ipse, qui hæc loquitur, unus idēq̄ deus & homo Christus: seruus uero peccati omnis homo est, qui ex Adā in peccati seruitio natus, nō nisi per hunc filium liberatur: maxime tamen iudaicus populus, qui iā tunc in domo dei erat, sed non permanens, quæ hæc iste filius loqueretur. Hæc ergo cū dicit, primū iudæos, ut prædictū est, percutit: qui cū essent in domo dei, tanq̄ regni eius operarij, legē habentes & testamentū, locūq̄ sanctū, uel ordinē sacrificiorū, iamā uisibiliter quoq̄ erant foras eijciti, ut uere serui peccati, sicut in eo quoq̄ iam significauit eis, q̄ factio de funiculis flagello eniciens illos: Scriptū est inquit, quia domus mea, & omnis orationis uocabitur, uos autē fecistis illam speluncā latronū. Illis quippe funiculis, ex quibus flagellū fecit, seruitia peccatorū illorū uincula congrue satis expressit. Filii uero, id est, semetipſum, de quo iuxta alia parabola dixerunt: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas illis eiectis, in domo permanferunt in æternum, & hic astruit, & in ea parabola patenter innuit, dū de seipſo premitteſ, nunq̄ legisit: Lapidē quē

Peccantē peccati serui eſt
Echici q̄ testantur
Hoc in sermo. I. 2. fa. 7
Captiuis sub p̄tō
Psalmo, 136
Iudæi uerbi peccatores
Psalmo 100.
Psalmo 5
Esa. 53
Psalmo 87
Seruus non manet in domo in æterno
Filius manet
Luci, 15
Iudæi nō manent in domo in æternum
Ioh. 2
Esa. 56
Hic. 7
Mat. 21

quem reprobrauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris, statim subdidit: Amen dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. ¶ Deinde singulorum quoque nostrum conscientias hæc eadem sententia conuenit, qui per professionem Christianæ fidei sumus in domo dei, & terribiliter commoneat, ne simus in hac domo eius, quæ est Ecclesia, tanquam serui, id est seruilia facientes opera peccati, quia uere (inquit) seruus non manet in domo in æternū. Et si in cathedram soliumque liberationis ascenderit, id est, officium potestatemque liberandorum seruatorum exercuerit, prædicando, baptizando, sacramentum dominici corporis & sanguinis conficiendo, populisque distribuendo, ac poenitentes reconciliando, quibus omnibus modis conscriptio testamentumque perficitur Christianæ libertatis: non manebit in domo in æternū splendidius iste opifex ingenuitatis, cum sit ipse occultus seruus peccati, sed funibus peccatorum suorum circumdatus, & constrictus, ab eisdem litigantibus ac sequentibus dominis suis ad inferni ergastula pertrahetur. Igitur uera est & assumptio dicentis: Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Sequitur conclusio: Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Ergo (inquit) quia uos quoque, quibus propheta dicit: Gratis uenudati estis, uos inquam sicut & ceteri, serui peccati estis: seruus autem non manet in domo in æternum, sed filius manet in æternum: si filius uos liberauerit, uere liberi eritis, id est, nisi uos filius liberauerit, nunquam liberi eritis. Proinde falsa & fallens est illa uerba, non magnitudo, sed infirmitas, quamentes dicitis: Et nemini seruiuimus unquam, falsa inquam, non quia subiugati estis Romanis, quod ex me audivisse uelletis, odio crudeli imbuti, ut me accusare possitis, sed quia peccatores estis, & perseveranter peccatum facitis. ¶ Sciendum uero est, hoc quoque apud homines ius esse legitimum, ut libertate nemo donetur seruatorum, maxime hostilium, nisi per illum regis aut principis filium, qui proprio labore uel industria uictor tyranno, seruisque ductis, totum uicti obtinet regnum, simulque paternæ hæreditatis scriptum & confirmatum iam accepit testamentum. Hoc autem de isto filio nulli dubium, quin in sua persona decorem in datus, indutus fortitudinem, & uirtute præcinctus, regnauit, id est, per assumptionem carnis & passionem mortis, dominum seruatorum infelicium id est omnium filiorum Adæ, scilicet peccatum damnauerit, regnum peccati & mortis destruxerit, confidenter traduxerit, & in semetipso palam triumphauerit. Igitur primo iudæis, quia negare non possent deum patrem habere filium, quæ constituit hæredem uniuersorum, dicente illo in Dauid: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ, & multa his similia iudæis, inquam, de patrum suorum seruatorum dei superbientibus meritis, hominum quoque senatorum iudicio iuxta prædictam rationem non dissidente, dicendum hoc erat: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, nec aliter liberi eritis: Deinde & gentibus hoc idem prædicandum uniuersis, nulla (ut ait Apostolus) habita distinctioe iudæi & Græci omnes enim (inquit) peccauerunt, & egent gloria dei. ¶ Animaduertete dante est diligenter literę series. Ecce hoc ultima conclusio innuit, quod nisi filius nos liberet, non possumus uere esse liberi. Erat autem illud primæ propositione constitutum, quod ueritas liberaret nos. Ait enim: Et cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Hanc sententiam oppugnantibus aduersariis & dicentibus: Semen Abrahamus sumus, & nemini seruiuimus unquam, dum argumentose defenditur, ad hoc extrema (ut iam dixi) conclusione peruenit, quod nemo liber sit, nisi quem liberet filius. Igitur euidenter constat, quod hoc loco consignificat ueritas & filius, quod hoc etiam loco ueritate se esse testetur dei filius, quo nomine se ipsum discipulis suis manifestus alibi commendat, dicens: Ego sum ueritas. Nunc uide quousque uictoriosus hic testis testimonij sui defensionem produxerit. Supra cum dixisset: Ego sum lux mundi, respondere aduersarij: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Hic econtra consistens, non tantum testimonium suum esse uerum, sed etiam proficitur se esse ueritatem. Sequitur. ¶ Scio quia filij Abrahamus estis, sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis. ¶ Postquam obiectionis eorum posteriorem partem distoluit, illam scilicet, quæ dixerant: Et nemini seruiuimus unquam, nunc priorem, illam scilicet, quam intolerabilem ipsi rantes superbiam deflauerant, dicendo: Semen Abrahamus sumus. Iccirco autem ita distolendas præposterat partes, quia de hac maxima superbia materia plura dicturus est. ¶ Scio (inquit) quia filij Abrahamus estis. Quis enim nesciat, quia sicut propheta uobis improperat, uos de aquis Iudæ, qui fuit Abrahamus pronepos, existis, id est, non imitatores paternæ uirtutis, sed tantum superflua fluxæ carnis genimina pullulastis: Estis ergo filij Abrahamus, sed queritis me interficere. Quare? Quia sermo meus non capit in uobis, id est, quia sic ad audiendum sermonem meum impatientes estis, ut per impatiētiā eius mors me uobis desiderio sit. Hoc profecto nimium nimiumque repugnat, ne uos, qui dicimini filij Abrahamus, reputemini in semine Abrahamus in sermone meo mansit, id est, in sermone quem de me audivit, quando dictum est: Atque in semine tuo bene dicentur omnes gentes. Mansit inquam in hoc sermone, credens, & iust.

Palmo 117
Sacerdos libertatis minister ad alios in serpo seruus peccati
Esa. 52
Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis
Palmo 52
Coloss. 2
Heb. 1
Palmo 2
Rom. 7
Iohan. 14
Tit. 1
Esa. 48
Rom. 9
Gen. 22
Rom. 9

justitia non deficiens, nec aliquando infirmatum est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annos, & mortuam uulnam Saræ, fidelem existimans eum qui reprobis. Ita credendo, & in sermone promissionis permanendo, pater multas gentium appellari & esse meruit, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Hæc illa est in qua uos gloriamini nobilis generositas, & generosa nobilitas patris Abrahamus, scilicet non ex carne, sed ex fide non ex gente, sed ex uirtute non ex propria seminis sui qualitate, sed ex longanimitate obedientiæ. Nam caro Abrahamus, si queritur, de massa præuariatrice est, genus eius Chaldaicum est. ¶ Secundo hanc partem scio, quia filij Abrahamus estis. Nunc illud à uobis queritur, ut ueri quoque, & non degeneres filij sitis, id est, ut in eodem sermone meo maneat, in quo ille mansit, credendo scilicet, uenisse illud semen benedictionis, quod ille uenturum credidit, & semen illud esse me, qui & loquor uobis. Quod ut credatis, ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater, faciendo opera in medio uestri, quæ nemo alius fecit, maiora quæ uidit Abrahamus, qui credidit. At ille sermo meus non capit in uobis, nullam fidem apud uos inuenit, nec tantum terræ bonæ in petrosis cordibus uestris, ubi radicem exigam figere possit, quod uidelicet à fructu promptum est agnoscere, dum uos queritis interficere me, sermone eundem non ferentes adire. Igitur scio quid quia filij Abrahamus estis, sed filij alieni filij inquam alieni & inueterati, & claudicatis à semitis uestris, ut pote deteriorē partem generis Abrahamus, scilicet carnem extollentes: fidem autem eius in qua, uel per quam illa nobilis est, abnegantes. ¶ Proinde iam de illo patre mihi uobiscum agendum non est, quia profecto & uobis pater longe alius ab illo est, & mihi pater longe alius, eodem patre Abrahamus longe superior est. Me à patre meo, & uos à patre uro non de genere probabile est. Dico enim: Ego quæ uidi apud patrem meum, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Pulchre filius dei filios carnis Abrahamus conuincere incipiens, quod non possini de tanti patris dignitate gloriari, prius illos à sua communiōe longissime depellit: Abrahamus quippe sibi & illis secundum carnem, communis pater est. At ille alium sibi, aliumque illis patrem patenter ascribit, dum dicit: Ego quæ uidi apud patrem meum, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Hoc igitur aduerrere poterant, quod alium patrem ipsorum diceret, quæ Abrahamus. Iuxta quam diuisionē nec illud consequens uidebatur, quod dissimulauerint, ut patrem sibi dicerent deum. Quid enim illos apud patrem suum uidisse & facere aiebat, nisi hoc quod præmiserat: sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis: Hoc plane tā ex eius dictis, quæ ex sui meritis conuicti, nescite non poterant, se apud diabolum uidisse, id est, ex diaboli imitatione, & nota sibi eius uoluntate, mente concepit. Nec enim ignoranter peccabant. Quem uero apud patrem, ea quæ loquebatur se uidisse testaretur iam dum nimium nimiumque perceperant. Nam & propterea illum magis persequēbatur (inquit Euangelista) quia patrem dicebat deum, & qualem se faciens deo. Cum igitur tam manifesta diuisione facta, patrem suum dicebat deum, & qualem se faciens deo, quid adhuc iudæi cunctantur, quid per cunctantur? sequitur enim. ¶ Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abrahamus est. ¶ Profecto hæc, & cetera quæ posterius obijciunt dicentes: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum, & reliqua, insidie sunt, tentationes sunt, decipulæ & laquei uenantium sunt. Quid enim risu digni captatores hiant, quid expectant nunc, Verbi gratia, dum dum dicunt: Pater noster Abrahamus est? Videlicet hoc uerbum ori eius excidisse cuperent ut eoratio diceret: Abrahamus pater noster non est. Nam quantæ putas calumniæ sese aditum repperisse gauderent? Vtque negatorem illum adoptionis, & testamenti, & legislationis, moysi quoque, & patrum, & omnium quæ ex Abrahamus gens illa sese habere credebant, conclamarent: Sed frustra (inquit scriptura) iacitur rete ante oculos pennatorum, si ante oculos pennatorum, quanto magis frustra iacitur rete ante oculos herodij ducis eorum? Quomodo ergo insidias eorum cassauit ipse, quo docente, nouerunt sancti eius prodites sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, nemini dare ullam effusionē, uel iuste criminandi occasione? Sequitur. ¶ Dixit eis Iesus: Si filij Abrahamus estis, opera Abrahamus facite. Nunc autem queritis me interficere, hominē qui uobis ueritatem locutus sum, quam audivi à deo. Hoc Abrahamus non fecit. ¶ Quid igitur? Vtque sumptis uel concessis duabus sententiis, quæ reselli non possunt, scilicet ea quæ premisit: Si filij Abrahamus estis, opera Abrahamus facite, & altera quam addidit: nunc autem queritis me interficere, quod Abrahamus non fecit, tertia demum inferenda erat: ergo filij Abrahamus non estis, præcedentium ratione eam solidante, etiam inuitis aduersariis. Attamen quia necdum omnino mentiti fuerant dicentes: Pater noster Abrahamus est, adhuc mitius ait, conclusionem supprimens, quæ satis potest eoracene sabaudiri. Non enim sic per omnia falsum est quod dixerunt: Pater noster Abrahamus est, quomodo illud, quod paulo post dicturi sunt: Unum patrem habemus deum, quia uidelicet dei, neque per naturam, neque per imitationem filij erant: Abrahamus autem, & si non per imitationem, attamen per carnis naturam filij erant. ¶ Et uide quæ iusta & rationalis conditio.

Gen. 15
Sermo meus non capit in uobis
Palmo 17
Præter Abrahamus alius erat Iudæis illis per se diabolum
Iohan. 5
Insidie & decipulæ Iudæ contra Iesum
Rom. 9
Pro. 1
Palmo 105
Mat. 10
Cor. 6

Q Si inquit

Judei filij A-
dæ, filij Eua-
porius q̄ A-
brahæ.

Ioh. 6

Esa. 1

Ezech. 16
Gen. 17
Rom. 4

Hocq̄ verba
est dixit vob.
Deu. 8

Hoc Abraham
non fecit

Heb. 11

Lu. 10

Mat. 3

Duplici sen-
sit dicitur
Nos ex forni-
catione nati
sumus.

Gen. 2. & 27

Gen. 17
Gen. 27

Irreuerentia
Iu. 7 Abraham
sup̄ fornicatione.

Iud. 11
Vn̄ p̄p̄recha
bemisgeum

Singt filij Abrahæ estis, id est, si vos esse filios Abrahæ p̄fitemini, ut sitis ueraces in hac p̄fessione, opera Abrahæ facite. Non enim ex eo quia homines estis, q̄d naturæ est, nec ex eo quia sub corruptione mortalitatis cum peccato nascimur, quod infelicitatis est: non iniqua ex hoc uel ex illo estis filij Abrahæ, sed filij Adæ, nec ex eo q̄d in dolore pepererunt matres uestre, filij estis Saræ, sed filij Eua. hec enim omnia nō ex Abrahâ & Sara, sed ex Adam initiū habent & Eua. Opera ergo Abrahæ facite, id est, illam quam primus habuit Abraham, uos quoq̄ fidē habete. Hoc nempe est opus dei, ut credatis in eum, quem ille misit, ad imitationē patris Abrahæ credentis ei qui repromisit. Alioquin cum circuncisione uestra inter Sodomiticā reputabimini p̄putia, eritisq̄ iuxta prophetā principes Sodomorum, & populus Gomorre, eritisq̄ pater uester non Abraham, & mater uestra non Sara, sed iuxta prophetam alium, pater uester Amorreus, & mater uestra Cethæa. Circuncisio namq̄ (sine qua pater Abraham iustificatus est, & appellatus est amicus dei) & legales cæremoniæ, uel sacrificiorum ritus, & his similia quia tam malo q̄ bono spiritu uel mente possunt fieri, non faciunt de filiis Adæ filios Abrahæ, uel de inimicis amicos dei, sed fides & p̄cepta p̄a iustitiæ, quæ scripta sunt in tabulis digito dei, quæ & anteq̄ scriberentur Abraham obseruanda, lege naturali, nec dum circūcisus, factus est amicus dei. ¶ Nunc autem queritis me interficere, hominem non qualicunq̄ pro causa uobis odiosum, sed quia ueritatem uobis locutus sum, ueritatē inquam, quam audiui à deo, id est, sermonem bonū, quem non ut propheta mendax arrogancia deprauatus, per tumorē animi confinxit, sed audiui à deo, anteq̄ nascendo apparere inter uos, sicut legitimis signis cognoscere potestis & uos. Nam omne quod loquor ego, loquor in nomine domini, & quodcūque p̄dico uerbū in nomine domini, si hoc uobis signū cognoscendę ueritatis lex posuit, ¶ Me in quā talem hominē queritis interficere, hoc Abrahâ nō fecit, longe aliā mentē in sua fide, longe aliiū habuit spiritū, imō & cōtrariū huic spiritui, quo uos queritis me interficere. Ille consummandus & hinc exiturus, nō acceptis promissionibus, à longē me alpexit oculis fidei, à longē me salutauit flens, & confitens beatos fore oculos, qui eum fide uisuri erant, hæc tēpora quæ uos uidetis, uisuri & credituri in me, quæ uos interficere queritis. Proinde poteram ego uos concludendo sic inferre, ergo pater uester Abraham non est, sed conclusionē hanc relinquo lapidibus, qui futuri sunt filij Abrahæ, qui & eloquentes facti, me tacente, uobisq̄ non respondente, iudicabunt uos nequaq̄ esse filios Abrahæ, sequitur. ¶ Vos facitis opera patris uestri. ¶ Postq̄ iudaicā superbiam uno cornu mutilauit, iteq̄ proponit ut arctis, quem per impatentiam suam rursus in se irrutus nouerat, ordinata disputatione residuum cornu constringat. Duobus quippe cornibus contra ueritatem arriet abent, patrē Abraham patrē q̄ deum se habere iactantes, & iuxta libertate, qua ueritas eos liberaret, se non in digere mentientes. Iterum ergo causam constituit, ut per duelliones suos, quos in stare uidebat, uisus ipsorum conatibus fatiget ac deiiciat. ¶ Dixerunt itaq̄ eis: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum. ¶ Ecce manifestus irati, & cū iurgio tumentes, totas uires suas in uentū cū amaritudine & clamore effuderunt. ¶ Nos inquit ex fornicatione nō sumus nati, unū patrem habemus deū. Quod duobus modis intelligendū est. Primi uidelicet, q̄ secundū cōsuetudines scripturæ quas legebant, hoc, q̄ diis multis & falsis anima tanq̄ profuturā subicitur, fornicationē appellantes, ita responderunt nos ex fornicatione non sumus nati, & c. Deinde uero quoniam hæc distincta sunt, nec etenim ita dixerūt: Nos ex fornicatione non sumus nati, sed unum patrem habemus deum, magis de carnalibus carnalia sentientes, nobilitatem carnis adhuc illos iactitare arbitramur, dicentes: Nos ex fornicatione non sumus nati, ut subaudiās quemadmodum ceteri filij, qui ex concubinis nati sunt. Tanquam dicerent: Non tui doctę singularem nostrī generis dignitatem aduertisti. Nos non sumus ut ceteri, quos Abraham pater noster genuit filij concubinarum, hereditate patris indigni, ut Ismael, & alij, quos ex Cethura genuit, sed sumus ex legitimo Saræ coniugio nati, cuius filiū solū deus elegit, ut esset deus eius: Pactum uero in gens meū statutam ad Isaac, quæ pariet tibi Sara. Iste unus filius legitimus deū patris sui, simulq̄ cuncta quæ possederat hereditauit, sicut scriptū est: Deditq̄ Abrahâ cuncta quæ possederat Isaac, filiis autē concubinarū largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dū adhuc ipse uiueret. Itaq̄ nos ex fornicatione nō sumus nati, unū patrem habemus deū. ¶ Et nota superbiæ mixtā amaritudinē dicentiu: Nos ex fornicatione nō sumus nati, cū satis esset dixissimos ex Isaac, & non de aliquo ex filiis concubinarū sumus nati. Omnes homines oderunt, & excæcati odio fratru suos, i. qualiūcunq̄ Abrahæ filios, nec ipsi patri de quo plurimum gloriantur, parere potuerunt fornicationem appellantes concubitarum, nulla scripturā culpāt, utpote non tam pro libidine, q̄ pro amore posteritatis inuicti. Sic & filij Galaad p̄ræ superbia non uiderunt, q̄ appellarent patrem suū adulterum, dicentes ad Iep̄re fratrem suum: Hęc in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre generatus es. ¶ Et auident cum hac amaritudine, sic inflati sensu carnis suę deum appellare patrem suum, subiungendo: Unum patrem habemus deum, uidelicet elemēta dei

dei abutentes in superbia, uerbi gratia, dicentis ad Pharaonem: Dimitte filium meum primogenitum. Ad quem scilicet deum & Esaias: Tu enim, inquit, pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen. Ad Israel autem Moyses in Deuteronomij cantico: Nunquid non ipse est pater tuus, quod postedit & fecit & creauit te? Et multa in lege & prophetis his similia. Et quidem istorum qui se iudeos esse dicunt, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ, magna & singularis superbia est, ita ut merito de illis filius dei dicatur salua me ex ore leonis, & à cornibus unicornū humilitatē meam istos iudeos propter crudelitatem leonis, propter singularem superbiam appellans unicornes. Veruntamen & reuera gentis huius magna & singularis nobilitas est. Tantūmodo, q̄ isti dicunt, furorē & odio cæci, nos ex fornicatione non sumus nati, sicut decet filios Abrahæ, dicant honestius sicut: Nos non, ut ceteri, quos pater noster Abraham genuit, secundū carnem sumus nati, ut ueraciter adiungant, unum patrem habemus deum. ¶ Etenim qui de ancilla natus est, inquit apostolus, secundū carnē natus est, quia uidelicet, natura carnis est, ut ex uiro, quīs grandæuo concipiat iuuenula, qualis erat Agar. Item sentiendū est & de Cethura, quam tamen Hebræi eandē scilicet Agar fuisse autumant, licet scriptura plus q̄ unā fu de uiro ueterano, qualis erat Abraham, quando genuit Isaac, concipiat enim, p̄sertim sterilis qualis erat Sara, hoc non capit carnis natura. Vnde Isaac idē apostolus recte dicit natum p̄ repromissionem. id est, per donum dei, non per carnis consuetudinē. Igitur gens illa, gens unicæ nobilitatis extitit, quæ respectu patris sui Isaac dicere potuit, nos secundū carnem nō sumus nati, unum patrē habemus deum, sola gens Idumæa, id est, filiorū Esau, patiter hoc dicere potuit, nos secundū carnem nō sumus nati. Verum id quod additum est, unū patrem habemus deum, illos secernit, deo dicente: Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, quia uidelicet dignus odio dei, & ab illa nobilitate generis in fornicationē idoloꝝ declinauit. Proinde nihil meliores eis isti sunt, qui nunc dicunt, nos ex fornicatione non sumus nati, quia profecto & si hoc uerum dicunt, mentiuntur subiungendo, unum patrem habemus deum. Quos fallaces, quam fortiter, quamq̄ suauiter filius, idē q̄ sapientia dei patris, resellerit audiamus. ¶ Dicit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me. Ego enim à deo processi & ueni. Neq̄ enim à meipso ueni, sed ille me misit. Hæc duo distincta irreuerenter impingentes obiecerant, q̄ non ex fornicatione nati essent, & q̄ unum patrem deum haberent. Sed de illa parte gloria, qua in carne Abrahæ gloriabantur, satis illis responsum est. Ergo reliquam partē obiectionis, qua dixerant, unum patrem habemus deū, falsam arguere ingreditur, dicens eis: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me. Notandum primo, quia neq̄ dicentibus illis pater noster Abraham est, ita respondit, ut diceret: pater uester Abraham non est, neq̄ nunc obiectionibus ac dicentibus, unum patrē habemus deū, ita respondet, ut dicat, non habetis patrē deum. In illo namq̄ populo aliqui erant, & plurimi fuerant, qui opera Abrahæ facerent, & p̄ inde non solum filij Abrahæ secundū carnē, sed & filij Abrahæ & filij dei essent secundū fidē. Itaq̄ non p̄cipitē dat sententiam, ut dicentibus, pater noster Abraham est, ita resulter, pater uester Abraham non est, uel dicentibus, unum patrem habemus deum, statim e contrario dicat, patrem non habetis deum, sed prius culpam designat, ut illos tantum, quorum culpa est, rationabiliter & ordinate filios Abrahæ non esse, uel deum patrem non habere ostendat. ¶ Si, inquit, deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me. Nihil uerius. Etenim hæc & qualia sunt, deum patrem habere, & dei filium diligeretis: ita consequuntur inuicem, & coherent sibi, ut neutrum sine altero stare uel esse possit. Vnde & reciprocari & conuerti possunt hoc modis: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me, & si diligeretis me, deus utiq̄ pater uester esset. Omnes enim filij dei inuicem diligunt, utpote unum habentes adoptionis spiritū. Si q̄d nec aliter filij dei esse possent, nisi habendo dilectionē ad inuicē. Amplius autē & incōparabiliter illū unū & unicū, propriūq̄ & consubstantialē dei filiū omnes diligunt, utpote per quem eundē adoptionis spiritū percipere meruerunt: quia quod solus erat per naturā, hoc multis fratribus indulsit, ut filij dei nominentur & sint per gratiā, in huius dilectione unici filij, deus pater suos filios adoptiuos, discernit à filiis diaboli. Recte ergo ait, si deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me, & adicit causam, propter quam iure debeat diligi. ¶ Ego enim, inq̄r, à deo processi & ueni, processus in quā ex deo, factus uisibilis, qui erā inuisibilis: processus à deo & ueni, impleta scriptura quæ dicit: & ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Neq̄ enim à meipso ueni, ut sæpe iam dixi, quod uidelicet faciunt prophete mendaces, qui cuncta confingunt per tumorē animi sui, arrogancia deprauati, sed ille me misit. Hoc uobis iam sæpe dixi, & laboraui clamās, rauē factæ sunt fauces meæ. Dico ergo: Quare loquelā meā non cognoscitis: Quia non potestis auire sermonē meū. Hæc loquelā mea est, & hoc testimonium meū, quia ego sum lux mundi, & quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater, & quia ego non de deo sum, neq̄ de hoc mundo, ut uos, sed de supernis sum, & quia principiu ego sum q̄ & lo-

Exod. 4
Esa. 63

Deut. 32

Apo. 3
Psal. 118

Gala. 4
Filij Abrahæ
alius scilicet
carnē, aliūq̄
te p̄missionē
Gen. 5
Gala. 4

Malac. 1

Roma. 9

Rom. 8
Iohan. 8

Ego enim a
deo processus
Psal. 118

Deut. 18
Psal. 63
Testimonium
Christi de se
Ips.

quor uobis, quia à deo pcessi & ueni, neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare ista loquelā meā nō cognoscitis: Quare in fratera rationis non appenditis, ut sciatis, utrū uera an falsa sit? Nunquid legē non habetis docentē, & signū uobis dantē, quo cognoscere debeatis uerbū prophete quē deus nō misit? Habetis plane, sed hoc inter se, q; non potestis audire sermone meū, uidelicet prae odij magnitudine, quo uobis grauis sum, ego ad uidentū, & sermo meus ad audiendū. Non ergo mirū, q; loquelā meā nō cognoscitis, quia nolentes intelligere, nimis ad audiendū impatientes estis. Omnes, quorū deus pater est, hic possunt audire sermone meū, quomodo potest esuriens delectabilē capere cibū. At uero si uobis est loquelā meā si cut sarcina in uia, & auditū sermonis mei ferre non sustinens, graue cor uestrū quasi prae labo re sic cūbit, quis igitur pater uester sit, ego haec enus racū, & uobis moleste interpellantibus ac dicentibus, semen Abrahā sumus, pater noster Abrahā est, filium nūc uobis deū patrē uestrū esse mendaciter iactitantibus, sicut parturiens loquor. Vos ex patre diabo lo estis, & desyderia patris uestri uultis facere. Quis digne queat admirari ueritatē & mansuetudinē filij dei, rem tā magnā tanta cū suauitate peragentis, tantūq; iustitiā fulmē abfq; cōtentionis rēpente facientis? Ecce ueritatē lo quens, quā audiui, inquit, à deo, in tota cōtentione mendaciū resistentis, nusq; affirmatiōi negationē, uel negationē opponit affirmatiōi, qd̄ solet esse inisiū cōtentionis, sed quasi p̄ circuitū gyrans, & litigiosae frōtis occursum deuitas, tandē celsum & erectū s; perbia uerticē percussit. Dixērunt, nemini seruitimus unq; nō dixit ecōtra, falsum est, seruitus enim Romanis, uel serui estis peccati. Deinde pater noster, inquit, Abrahā est, non respondit ecōtra, pater uester Abrahā non est. Itē hoc dicere ausi sunt, u num patrē habemus deū, nō opposuit ita, nequāq; patrē habetis deū. Nusq; cōtentione occur rit, sed circuitu sanā & iustē rationis eos, qui sibi uidebantur sapientes, in astutia eorū cōpre hendens acerbis eos, q̄ estimare poterant, percussit, dicens: Vos ex patre diabolo estis. Re cte ergo deus pater cū p̄ propheta de hoc electo puero suo dixisset, dedi spiritū meū sup̄ eū, iudiciū gentibus proferet, statim a die cū nō clamabit, neq; accipiet p̄sonā, nec audietur foris uox eius &c. Forte dices: Quomodo nō clamauit, nec audita est uox eius in plateis, cuius uox est hęc tā magna tāq; terribilis, uos ex patre diabolo estis? Ad hęc in quā. Vox plane magna hęc est & terribilis, quē usq; hodie auditur in uniuersis terris, in testimoniū omnibus illis, q̄ similes Iudæis, id est inimici sunt ueritatis. Verūtamen cū ubiq; audita sit, & ad hoc prolata fue rit, ut ubiq; debeat audiri, non tamen audita est in plateis, nō sonuit in truijs, quia tam ratio nabiliter a dita est, ut nullā exinde habuerint occasionē in docti turbæ popelli, contendendi in plateis uel cōpitijs, dicendo, quia hic homo negat Abrahā patrē esse nostræ gentis, unūq; patrē negat nos habere deū, & hęc atq; huifum di loquitur aduersus Moysen & genus no strū. Vox ergo eius nō est audita in plateis, eo modo, quo uoluissent hi, qui tentabant eum, ad uersarij fuit: tamen sic audita est uniuerso orbi, ut cunctis hominibus exp̄lo sint tali p̄ suis meritis sententiā denotari, uos ex patre diabolo estis. Quod eius exp̄lo nos imitari, scilicet ut cōtentioniosos in causa utili arte prueniamus, ueteris quoq; hystorie mysterio cōmonemur, Legimus, enim, quia cū ascendissent Philistæi aduersus Dauid, & diffusi essent in ualle Rapha im, cōsulerit Dauid, dñs respōdit: Nō ascēdes obuiā eis, sed gyra post tergū eorū, & uenies ad eos ex aduerso pyrorū. Philistæi nanq; quod interpretatur portione cadentes, tunc in ualle Ra phaim, id est curationū, diffunduntur, quando sanctā ecclesiā, in qua est uera animarū cura, & cognitores suos ueritas à uetusto peccati seruitio liberat, cōtentioniosi opprimunt, quibus meri tis exigentibus, miscuit dñs calicē soporis, & spiritū uertiginis, ut fiat uia illorū tenebræ & lu bricū, & apprehendat eos laqueus, & in ipso cadant, quē abscondērunt, cōtra quos tūc Dauid non ascendit, sed gyrat post tergū eorum: cum ecclesiasticus uir, quantum potest, cōtentiones declinans, secundū Apostolū dicentē, si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus homini bus pacē habentes; dicta sua moderatur cōpetenti circuitu rationis, ut & ueritatē defendat, & tamen litigiorū flammās auferere non faciat. Hoc in dño nostro prae cunctis hominibus mirandū est mansuetudinis in dicitū: quia nunq; ulli aduersariorū ex opposito repente occur rit, sed semper aduersarios à longe rationū circūdat agminibus, quas erumpere nullius astu tia possit, sicut in præsenti disputatione diligenti⁹ consideranti luce clarius sit. Er uide quāta mora circūtos q̄ terribiliter tandem percussit, dicens: Vos ex patre diabolo estis, prae eunte causa pariter & subsequente, cum & prae mittit, nunc autem quæritis me interficere, & de no uo subiungit: Desyderia patris uestri uultis facere. Ita nemo in illa gente erat, qui puta ret ad se pertinere quod dicebat, uos ex patre diabolo estis. Hac etenim causa posita, non sine autoritate scripturæ talibus filijs Abrahæ ueritas hoc dixit. Si enim qui contra sangui nem Naboth Iezrahelitæ falso testificati sunt, recte filij diaboli dicti sunt, sicut scriptum est: prae dicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter optimates populi, & adductis du obus uiris filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi, scilicet ut uiri diaboli, dixe runt contra eum testimonium coram omni multitudine, quanto magis isti recte filij diaboli dicitū

Eccle. 21

Moderatio Chri. i sermo ne.

Iob. 7

Nō clamabit Luc. 4

Mreticis nō cōtentioniosy bis, sed ratio nū gyro uin cendi sunt. z. Reg. 7

Esa. 19 Psa. 117. 4

Rom. 12

artificiosa di spuatō chri

Recte dixit filios diabo li Iudæos Ie sus. 7. Reg. 2

dicendi erant, qui & hominem longe, imò incomparabiliter meliorem q̄ Naboth, interficere quærebant, & adhuc deum patrem suum dicebant? Nec ista ergo talis enuntiatō calumniæ patebat, quā de causa simili sacræ scripturæ autoritas dudum promulgauerat. Nec dubiū quin sicut naturalis ratio ultro quoq; prae sentit, maioris iræ sit, dici uel esse filium diaboli, q̄ seruum peccati, unde supra dixit: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam omnis quidem filius diaboli, seruus est peccati: non autem omnis seruus peccati proprie dicitur filius diabo li. Etenim cum omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, differt tamen plurimum, utrum optet liberari quis, & pro hoc supplicet liberatori, an ipsum peccatum diligit, & conditiones libertatis oderit, sicut ecōtra non parum differt, utrum timore poenę, an timore iustitiæ bo num opus faciat quis. Itaq; scit maioris est gratiæ, dici uel esse filios q̄ seruos dei, sic ecōtra maioris est iræ quod nunc ueritas ait inimicis suis: Vos ex patre diabolo estis, q̄ quod supra dixit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Proinde sicut hi, quorum de cordibus per secta charitas foras misit timorem, recte nominantur & sunt filij dei: sic ecōtra istis, quia dili genter faciunt iniquitatem, odientes & interficere quærentes liberatorem, recte dicitur: Vos ex patre diabolo estis, quia uidelicet illi, non tantū peccatū obsequimini ut serui, sed & peccatum uestrum defendendo, libenter adhæretis ut filij, & desyderia eius uultis fa cere, scilicet ad modum filiorum, qui libenter exquirunt, ut faciant quod patri suo sit delecta bile. Et quænam sunt eius desyderia? Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quæ ueritas in eo non est. Dicit non potest: quanta moderatiōe hic à secunda persona dei filius ad tertiam transit, atque à presentibus filiis diaboli quodammodo aduersus, quasi absentem in patrem inuehitur, uidelicet uerba clamorū atq; amaritudinē uiciniora deuitas, sicut anti quā & maturam decet dei sapientiam, Plane etenim amari uos uisisset, prae misisset: Vos ex patre diabolo estis, si ita subiunxisset: Et uos ex eius imitatione homicidæ estis, & ueritas in uobis non est, q̄ cum hoc modo transiens ad tertiam personā dicit: Ille homicida erat ab initio, & in ueri tate non stetit, quia ueritas in eo non est. Decentius ego personis cōmutatis sententias edi cit, nec tamen magis istis filiis diaboli parcit, dum patrem attingit, q̄ tu cui libet homini, dū il lum in dorso, siue circa lumbos cedere incipiens, repente in caput suum conuertis. Ille inquit pater uester homicida (subaudis ut nunc est) erat ab initio, id est ex quo conditus est ho mo. Videtur enim non recte dici homicidam fuisse illum, anteq̄ esset homo qui posset occidi. Veruntamen sita proprietate sequamur dictionis, nec ex eo diabolus homicida proprie ul debitur dici, q; hominem seduxit. Quid enim proprie est hominem occidere, nisi animam à corpore separare: At ille non à corpore animam hominis, sed quod grauius est, à deo separa uit. Etenim causam quidē, propter quā utile esset hominē mortalem esse, diabolus intulit, sed ipsam mortē corporis deus peccatori homini misericorditer imposuit, uidelicet ut per ipsam mortē esset recuperabilis, ne esset hois æque ut diaboli misera immortalitas, uel misera immortalis æterna miseria, uel misera æternitas. Igit si ad pprietatē uocis spectes, diabolus humanæ aīæ corruptor carnisq; uitator, homicida tamē proprie dici non potest, alioquin & omnem corru ptorem hominem. Vbi gratia, eum qui heresit docuit publice homicidam declamare & tanq; de homicida publicum iudicium postularerit. Proinde quoniam & de sumptis in terfectione nunc loquitur filius dei, prae mittens: & desyderia patris uestri uultis facere, pro prietate uocis nunc interim post posita, nomine homicidæ antiquum diaboli odium intelligen re nihil uetat, quo & ante hominem conditum se intorsit aduersus eundem filium dei, quem nunc hominem factum desyderabat, & festinabat interfici, prae sertim cum & ea quæ sequun tur: Et in ueritate non stetit, & ante hominem in diabolo euenerint. Et reuera mox ut contra filiū dei, qui solus similitudo patris est, superbo tumescens odio, dixit in corde suo: Similis ero altissimo, quoniā odium illud per manus Iudæorū homicidio consummandū erat, iam tunc in conspectu patris, & ipsius qui hęc loquitur filij homicida erat. Igitur dum homicidā filij homicidam pater ostenditur, ut per ignorantia patris stultitia filio arguatur, recte unum ho micidium computatur, quod à patre mala uoluntate inchoatū, maligno per filios odio con summarur, quia filij semetipsum nunc obiecerat passibilis factus, qui patrem illoq; e celo de iecerat, unus idemq; dei & hominis filius: Ille inquit, homicida erat. Quid deinde? Et in uerita te inquit non stetit, quia ueritas in eo non est. Hoc est quod prae dixi, dignis in patre suo sen tentiis feriuntur filij diaboli. Nam quia propositio dicentis superius: Si uos manseritis in ser mone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos, non pla cuit eis, recte & oportune illud obprobrium patris impingitur eis: quia in ueritate non ste tit. Et hoc quidē notū est, quia non stetit, quæ pes eius, pes superbiae motus est, & cecidit, & de angelo diaboli factus est. Sed qd̄ est stare in ueritate? Primū ipsam ueritatē non aliud in telligimus, nisi ipsam dei filium, qui hęc loquitur. Nam & supra cū primo sic proposuisset: Et ueritas liberabit uos, facti tandem conclusi: Si ergo uos filios liberauerit, ueri liberi eritis. Ergo qd̄ ait: Et in ueritate non stetit, id est ac si dixisset, filiū dei, uerbū dei, per quod factus est ipse

Nō sōis seru⁹ p̄ s; filius est diaboli

1. Ioh. 4

Moderatio diffinitionis

Ille homici da erat ab in itio.

Antiquū odi um diaboli cōtra filium dei.

Esa. 14

Vnū homici diū diaboli, & Iudæorū

Quid est sta re in ueritate

(etenim omnia per ipsum facta sunt) non dixit. Stare namque in veritate, id est quod veritatem amare stare vel esse in Christo, idem est quod Christum diligere. Sciendum quippe est, quia praepositivum in, semper conglutinationem dilectionis significat, ita ut nunquam deus in aliquo nisi electo & dilecto, nunquam aliquis nisi electus & dilectus in deo, sive in Christo, velut nunc in veritate stare aut esse, auctoritate sacrae scripturae dicatur. Igitur praemisso quia ille homicida erat, statim subiungitur: & in veritate non stetit, uniuersa iniquitas eius explanari per patres inchoatur, quae primo nomine, quod est homicida, uniuersaliter exprimitur, sicut & Paulus de filiis huius loquens, cum dixisset: Repletos omni iniquitate, mox eiusdem iniquitatis multas species digessit, subiungendo: malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, &c. ¶ Et in veritate inquit non stetit. Quare: quia veritas in eo non est. Hic iam plerique longum funem textentes, quaerunt & hoc, quare veritas in eo non est? Nunquid enim (aiunt) veritas nulla praecedente diaboli causa, creaturam suam reliquit, & in illo esse noluit, atque iccirco ille in veritate stare non potuit? Absit. Repugnat ualde textus & ordo literarum praesentis. Primum enim dictum est: Ille homicida erat ab initio, ac deinde subiunctum est, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Itaque si quaeras, quare in veritate non stetit? respondemus, quia veritas in eo non est. Si quaeras, quare veritas in eo non est? dicimus quia ille homicida erat. Hoc etenim diabolo est in veritate non stetit, eo quod in eo veritas non sit, quod est istis filiis eius iudicis non manere in sermone dicentis: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos: non manere inquam in sermone eius, propter id quod postmodum improperat illis dicens: quia sermo meus non capit in uobis. Quae fuit autem ipse causam ab illis, cur sermo suus non capiat in eis, dicens: Quare loquelam meam non cognoscitis? Et protinus respondit: Quia non potestis audire sermonem meum, id est praemissam in homicidalis oratione, grauis & intolerabilis loquela mea uobis est ad audiendum. Igitur & pater ipse horum diabolus iccirco in veritate non stetit, quia ueritas in eo non est, id est in eo non capit, & iccirco ueritas in illo non est, quia homicida est ab initio, ueritate quae est ipse dei filius, semper abhorrens ineffabili odio. ¶ Proinde patenter exigit intentio dicentis, ut singulis quae de patre illoque diabolo dicuntur, singula de ipsis filiis eius hoc modo subaudita reddant. Ille pater uester homicida erat ab initio, & uos nunc haeretice me queritis in sermone meo. Ille in ueritate non stetit, & uos eadem superbia permoti, non uultis manere in sermone meo, ut ueritas uos liberet, & uere liberi sitis. In illo ueritas non est, & in uobis sermo meus non capit, & uos loquelam meam non cognoscitis. Sequitur. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. ¶ Praecedens clausula sic terminata est, quia ueritas in eo non est. Constat autem quia creatura rationalis, in quacumque ueritas non est, mendacium loquitur. Nihil enim est medium. Et iccirco necesse est, ut in quocumque ueritas non est, contrarium eius, id est, mendacium in illo sit. Non igitur opus erat, ut cum dixerit quia ueritas in eo non est, subiungeret, in illo esse mendacium, uel eundem loqui mendacium, sed hoc solum dici, & audiri res postulabat, unde audierit uel didicerit mendacium. Itaque recte postquam dixit: Veritas in eo non est, sic annexit: Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. ¶ Cum loquitur inquit mendacium, id est cum loquitur aliquid quod sine dubio est mendacium. Omne enim quod loquitur iste mendax homicida, mendacium est, etiam si sit aut eueniat quippiam eorum quae esse, uel futura esse dixerit. Nihil enim corde simplici, nihil omnino loquitur absque intentione fallendi. Primum eius dictum, quod ex sanctis scripturis habemus, nec est, nec erit, scilicet quod ait: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quis enim in nubibus equabitur domino, aut quis similis erit deo inter filios dei? Secundum nihilominus, quod dixit: Comedite, & eritis sicut dii, nec est, nec erit: Quis enim, inquit Palmista, sicut dominus noster, qui in altis habitat? At uero quod eum dixisse legimus: si filius dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tolleret te, ut non offendas ad lapidem pedem tuum, est quidem scriptum, sed cum intentione fallendi duplici corde hoc dixit, uidelicet ut cor filii hominis, quae sanctum esse inuidebat, in uanam gloriam efferret. Igitur mendacium est, omne quod hic homicida loquitur. ¶ Sed unde mendacium accepit, uel didicit? Ex propriis inquit loquitur, quia mendax est, & pater eius. Sic breui descriptione diabolum mendacem expressit, ut totius mali originem satis intellectum habebat aperuerit, unde cepta sunt: Mendacium inquit, diabolus ex propriis loquitur, id est ex proprio corde confingit, & ita mendax est, ut mendacium quoque pater sit. Ac si dicere: iccirco dixi diabolum mendacem mendacium loqui ex propriis, quia pater eius est, subaudis mendacium. Pater autem dico, id est author & inuentor. Superbia namque tumens, maluit refuga fieri patris mendacii, quam apud altissimum patrem ueritatis persistere inter filios dei. Et hoc modo pater mendacium illud sibi inuidebatur adipisci, quod dicebat in corde suo: Similis ero altissimo, si enim ille ueritatem de seipso genuisset, ipse e contrario mendacium pater existeret. ¶ Quid ergo inquis: Nunquid quia diabolus pater dicitur mendacii, mendacium e conuerso dicens id est filius diaboli: sicut qui altissimus dicitur deus, & est pater ueritatis, ueritas e conuerso dicitur, & est filius dei? Non

Rom. 1

Quia ueritas in eo non est

Idem mores diaboli & lud.

Quicquid loquitur diabolus mendacium est, etiam si eueniat quod dicit.

Esa. 14 Psalmo 88 Gen. 3 Psalmo 112 Mat. 4 Psal. 90

Quod mendax est & pater eius

Esa. 14 Mendacium non debet dici filio diaboli, sicut ueritas dicitur filius dei.

Nec enim mendacium substantia est, ideoque non est quae ueritati dei, quae proculdubio substantia est, hoc nomen quod est filius illi substantialiter aptari potest. Aliter altissimus pater ueritatis, & aliter diabolus dicitur pater mendacii, aliterque ueritas altissimo, atque aliter mendacium inest diabolo. Veritas quippe substantia est, & cōsubstantialiter de secreta altissimi substantia nata est: mendacium uero, tanquam rubigo argenti, sic angelicae creaturae accidens est. Diciturque & est deus pater ueritatis, ut uere genitor cōsubstantialis sibi filij, per quem omnia fecit. Dicitur uero & est diabolus pater mendacii, ut accidentis author & inuentor uitiij, per quod nullam omnino substantiam, & ne muscam quidem, aut extremum uermiculum fecit, sed quae de eorum quae a deo facta sunt, nequiter infecit. ¶ Ostultum & ignominiosum patrem, id est digne illudendum diuinam paternitatis assimilatorem. Nonne tibi de creatura perulca, satius erat de uiro legitimo, id est creatore tuo ueritate, quae semen eius est, debito cum amore concipere, quam sexus tui perfonas, id est coessentialis spiritus per phantasticos concubitus mendacii fluxu pollueri? Cuncta enim rationalium spirituum uniuersitas, cuius tu adulter spurcissime partem magnam poluisti, una mente unum uis: creator suum ambire, suamque inopis naturae substantiam, tantae substantiae semine, quod est ueritas, locupletare debuit. Unde enim sunt omnes filij dei, nisi quia participauerunt uerbo, per quod & facti sunt, quod est unicus filius dei? At tu superbe & impure tanti patris amorem despexisti, & eidem, bonum de corde tuo uerbum in subiectam quae creaturam eructuanti, proprium quid eructuado de corde tuo, similis esse affectasti. sed tam aduersa & peruersa mente quid eructuare posses, nisi quod illi uerbo contrarium esset? aut illud uerbum ueritas. Quid igitur tu nisi mendacium ebullires? ¶ Itaque quae modo dixi fecimus, natura naturalem uisum in eum usum, qui est contra naturam, commutans, nullam hoc modo dignitatem substantiam, sed tantummodo sui & alienae corporum pollutionem, sic tu, dum relicto deo proprio quid de teipso generare uis, mendacium quod nulla substantia est, adinuenisti, & per illud quidem nil creati, sed libidini tuae consentientes spiritus, tuos esse filios, id est ut tu mendax es, mendaces effecisti. solus enim deus, qui cunctis quae generant uim tribuit generandi substantiam de seipso generare absque consorte, potuit, per quam & in principio cuncta fecit, & nunc usque quosdam ex hominibus deos, ac dei filios effecit, beatis cōsimiles angelis,

Inuestita in diabolum

Psal. 44

Ignominiosa comparatio Rom. 1

FINIS LIBRI OCTAUI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIUM Commentariorum Liber Nonus.



Altissimus Salomon dicit: sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur ab ea. Scrutator autem maiestatis ille est, qui iudiciorum dei abyssum multam penetra re contendens, Verbigra, dum legit uel audit hoc, quod praesentis oratione diabolo dicitur: Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est, & c. inextricabilibus semetipsum quae stinaculis nimium temere & interdum pueriliter obuoluit dicens: si cuncta fecit deus bona ualde uel deum de malum? Aut quomodo bona substantiae inesse uel innasci potuit? Item cur inquit deus angelum illum fecit, quae adinuento rem mali fore praesciuit? Vel certe cur non tale omnem rationale creaturam condidit, quam omnino impossibile esset corrumpi, uel in uitium labi? Cur non omnes quae uel semetipsum per naturam inconvertibiles esse fecit? ¶ His atque huiusmodi quae stinaculis nimium scrutatores semet ipsos implicantes, quam plurimi ad gloriam maiestatis oppressi sunt, & tanquam multo melle saturati, semetipsos conuomerunt, ut, Verbi gratia Manichaei, qui ab initio fuisse dixerunt gentem tenebras, quae non fecerit, sed cum qua pugnauerit deus, & cum detrimento sui supauerit, & inde parte eius scilicet dei, id est deos, animas in isto praesentis uitae exilio captiuas detineri, & de eiusmodi gente tenebrae istos genitos esse, quibus nunc ueritas ait: Vos ex patre diabolo estis, & c. quocumque illis sunt similes. ¶ Igitur altitudinem diuitiarum sapientiae & scientiae dei, in cōprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles uias eius, cum apostolo uenerantes, hoc solum iuxta praedictum sapientem dicimus, quae omnia propter semetipsum fecit deus, impii quocumque ad diem malum, illum quocumque praesciuit malum proprio uitio suum, fecit propter semetipsum, sciens & hoc utique, quod malicia eius uti posset ipse in bonum. ¶ Nunc demum descripto iam patre seminis nequam, filiorumque sceleratorum, quid de semetipsum fecit deus, audiamus, sequitur. Ego autem, quia ueritate dico uobis, non creditis mihi. Illius (inquit) qui homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est, uos desideria facere uultis, mihi autem non saltem creditis, non

Pro 27 Scrutator maiestatis Psal. 35

Gen. 1

Error Manichaeorum ex cuius nota periclitatae

Rom. 11

Pro. 16

Esa. 1 Summa Iudgorum ueritas

aliam ob causam, nisi quia veritatem dico vobis. Quid isto peruersus? quid tali oculo nequi-
 us? Quid magis obliquū aut tranuersum, q̄ nō credere cuiq̄ ed q̄ veritatē dicat, cū contra-
 rio magis illi credendū fuerit, ed q̄ veritatē dicat? Sed ne mireris, isti etenim de patre diabolo
 sunt. Generationis autē diabolice propriū hoc est, ut sit mendax, & cōmutet veritatē dei in mē-
 dacium, dicendo, scilicet bonū malū, & malū bonū, ponendo dulce in amara, & amara in dul-
 ce, uocando lucē tenebras, & tenebras lucē. Isti igit, qm̄ veritas est, & falli nō potest ipse, qui
 dixerat eis: Vos ex p̄re diabolo estis, necesse erat ut maxime propter hanc causam nō crede-
 rent illi, q̄a veritatē dicebat eis, & iccirco lucē tenebras uocarent, quia lumen suū fundebat in
 uitis. Sed hoc impudenti cōtentione astruentes, cito causa cadunt, nullius em̄ habent ratiōis
 patrocinii. Vnde & subdit. **Quis ex uobis arguet me de peccato? si ueritatē dico, quare uos
 nō creditis mihi.** Magna plane mansuetudo filij dei, qua percunctari dignat, q̄s eum de pec-
 cato arguere uelit aut possit, cū ipse ad relaxāda peccata uenerit, magna nihilominus iustitia,
 cuius cōscientia talem apud maleuolos auditores propositionē facit, magna itidē & tuta ueri-
 tatis dicentis: si ueritatē dico, quare uos nō creditis mihi. ¶ **Recte ergo propheticō testimo-
 nio Psalmita, cum dixisset: Intende prospere, procede, & regna, statim subiunxit: Propter ue-
 ritatē & mansuetudinē iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua. Quo autē illum sua
 in presentia dextera deducit? Vtq; ad uictoriā iudicij, ad cōfutādas rebelles cōscientias ini-
 micōꝝ regis. Eo nāq; tendit, ut agnoscant q̄ in die iudicij nullā inde sint excusationē habituri
 quia nō crediderunt illi, p̄sertim cū nec eodem sic pponente possint obijcere: fecisti aut fa-
 cis hoc uel illud. Proinde nec poterant in eum iactare illud, q̄ dīa uulgo dicit, cuius uita despi-
 citur, restat ut & p̄dicatio eius cōtēnatur. ¶ sic & cōstanter humiles, & humiliter cōstantes
 uos q̄q; discipulos esse cupit in auctoritate p̄dicatiōis, cum dicit: Et quicumq; nō receperit
 uos, exeunte foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris, in testimo-
 nium eorū. Quid em̄ est p̄dicatori, puluerē quoq; qui de ciuitatibus reprobōꝝ pedibꝝ eius
 adhæsit, excutere in testimoniū eorū, nisi leuia quoq; peccata, sine quibus humana nō potest
 omnino uita transigi, publice plangere, & cotidiana hęc emundandō remedijs, de cetero ue-
 stimenta sua, id est membra totius corporis, ab omni luto uitę carnalis impolluta custodire?
 Qui ergo discipulis hoc p̄cipiebat, ut uestimēta sua sic excutent, ut iuxta q̄ Salomon ait:
**Omni tpe uestimenta tua sint candida, & oleum de capite tuo nō deficiat, sancte uiuendo pa-
 cem euangelizarent, digne prior ipse uestimētū suū mandū, & nulla excusatione indigena
 ostendebat istis dicens: Quis ex uobis arguet me de peccato? Dicit autē de contemptoribus
 eorundem excussor: Amen dico uobis, tolerabilius erit terrę sodomōꝝ & Gomorreorū
 in die iudicij, q̄ ciuitati illi. Quanto magis isti inexcusabiles erunt, qui hunc de nullo quōuis exi-
 guo peccato arguere ualentes non recipiunt? Igitur cum dixisset quis ex uobis arguet me de
 peccato, continuo subiunxit: si ueritatē dico, quare uos non creditis mihi, ut ita cōueni, cō-
 scientias suas interrogent, quā excusationem habere possint in die iudicij, & protinus addit,
Qui est ex deo, uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. ¶ Tanq̄
 diceret: Quid aduersum me resultatis dicentes: Vnum patrem habemus deū? Omnis qui ex
 deo est, dimoscitur hoc signo euidenti, quia habet aures audiendi, & audit uerba dei. Vos autē
 non auditis, sed estis sine auribus ad omne quod deus loquitur, & hoc palam omnibus est, ex
 eo maxime, q̄ me queritis interficere, sicut paulo supra dixi, quia sermo meus nō capit in uo-
 bis, igitur ex deo non estis, & propterea non auditis. Quid deinde restat, nisi sic esse ut dixi, q̄a
 uos ex patre diabolo estis? Itaq; breui cōclusionē terminata est tota confutatio istōꝝ, qui pa-
 trem suū Abraham esse iactantes, unum quoq; patrem deū se habere mentiti sunt, ex quo
 uanam defensionem suam adorti, dixerūt semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus unq̄.
 ¶ Veruntamen diligentius cōsiderandū est quid sit, quod dictū est: qui est ex deo, uerba dei
 audit, propterea uos nō auditis, quia ex deo nō estis. Quid enim est esse ex deo, & iccirco uer-
 ba dei audire uel contra ex deo nō esse, & propterea nō audire? Nulla plane esset quæ stio, si
 ita dictū fuisset: qui uerba dei audit, ex deo est, propterea uos ex deo nō estis, q̄a nō auditis. Cō-
 stat em̄, & uulgo q̄q; notū est, quia ex quo uerbū fidei suscipit, & in Christo renascitur, homo
 ex deo est, & ad deū pertinet, Iohanne hoc idē testante, quia omnis spiritus, qui constituit
 Christum in carne uenisse, ex deo est, & ex eo quæstante ex deo non esse cognoscimus, quæ
 ha dei non audit, ut in regenerationem dei transferatur: sed propterea (inquit) uos non au-
 ditis, quia ex deo non estis. ¶ Igitur quid sit ex deo esse, uel non esse, & propterea uerba dei
 audire uel non audire, cum auctoritate sacrę scripturæ, quæ rentes primo ad memoriam re-
 uocemus causam, cur hæc dicta sint, ne ulla uobis nebulam iam aspergat hæresis Manichęo-
 rum, qui de his domini uerbis dicere soliti sunt: Ecce quia duæ naturæ sunt, una bona, & alte-
 ra mala, dominus dicit: Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Dicta sunt utiq; hæc
 propter elatam nimis Iudæorū superbiam, qua (ut dictum est) se solos ex deo esse præ-
 mebant, uidelicet secundum Isaac, quem ex deo Sara sterilis & longæua, ex deo in quā, id est,****

Rom. 1
Esa. 5

Victoria
Christi in di-
sputatione
Psalmo 44

Excute repu-
uerē de ped-
ibus, Mat. 10

Eccle. 9

Mat. 10
Lucas 10

Qui dei uerba
audit, ex deo
est

I. Iohan. 4

Quid est h. c.
ex deo esse

Gen. 17

per dei repromissionem, & non per carnis accepti consuetudinē, quomodo Agar Ismaelē,
 quia profecto, sicut iam superius dictum est) naturale est, ut de uiro quamuis ueterano iuuen-
 cula concipiat, qualis erat Agar, ut autem anus, præsertim sterilis (qualis erat Sara, qualis erat
 Elizabeth) concipiat, dei donum est. Hoc scientes, se solos (ut dictum est) ex deo esse, se so-
 los præsumebant esse filios Abraham. ¶ Apuerus huiusmodi æstimationem ueritas p̄sens
 qui est ex deo (inquit) uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.
 Quod est dicere. Qui non in illa multiplici superfluitate naturæ est, de qua deus post pecca-
 tum primi hominis dixit ad Euam, matrem cunctōꝝ uiuentium: Multiplicabo grummas
 tuas, & conceptus tuos, sed ex illa benedictione, qua in paradyso ante peccatum benedixit
 eis dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini pisci-
 bus maris, & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur super terram, de qua
 potissimum benedictione, ille pater noster Isaac extitit, de cuius nobili ortu uos secundū car-
 nem plurimum gloriāmini, hic uerba dei audit. Constat quippe quod omnes sancti & electi
 qui nunc per Christi gratiam uocantur, iustificantur, meritis que diuersis magnificantur,
 omnes inquam, & si non eadem prærogatiua meritorū, eadem tamen prouidentia dei, qua
 & Isaac, præsciti & prædestinati generantur, & omnes ex illa benedictione sunt, qua primos
 homines ante peccatum (ut prædictum est) bene dixit deus. ¶ Illud quoq; certum est, quia
 nisi peccatum admittum fuisset, illi tantummodo nascerentur, qui nunc per Christi gratiam
 liberantur. Illi autem omnes, qui nunc in perditione relinquuntur, ex illa maledictione sunt,
 qua dictū est ad uerba: Multiplicabo grummas tuas, & conceptus tuos, quia nisi peccatum (ut
 iam dictum est) præcessisset, nullarū ista sylua (quæ ad nihil aliud est, nisi ut excidatur, &
 in ignem mittatur) de radice carnis nostræ succreuisset. Igitur qui est ex deo (inquit) id est
 ex benedictione illa, qua deus omnes ad uitam pertinentes nasci iussit, hic uerba dei audit, id
 est, præeunte gratiæ dei aspiratione obaudit, ad eandem uitam, quā interceptante præuarica-
 tione perdidit reuocanti. Et propterea uos non auditis, quia non uti uos putatis, æque ut
 Isaac pater uester secundum carnem, ex illa benedictione, sed ex maledictione, quæ peccatū
 cōsecuta est, multipliciter & superflue pullulastis, testante propheta: Quia de aquis Iudæ ex-
 itis, id est non ex fide patrum, sed ex sola carne traducti estis. Sequitur. **Responderunt ergo
 Iudæi, & dixerunt ei: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demōnium ha-
 bes?** ¶ Causa superiori terminata, congrue satis Euangelista sequentem orditur, dicens: **Re-
 sponderunt igitur. Nam hæc tenus ab eo loco, quo dictum est: Semen Abraham sumus, & nemi-
 ni seruiuimus unquam. In hoc Iudæi steterunt, ut seipos ex antiqua carnis nobilitate ad de-
 um pertinere, tantumq; Iudæorum, & non etiam gentium, deum esse confirmarent. Sed con-
 futati sunt, & ita obstrictum est os eorū, ut ramos oleastri, qui contra naturam inserti sunt
 in bonam oliuam, iam curandum non sit, quod naturales rami non fuerint, id est, nobis qui
 conuersi ex gentibus in fide patriarcharum stamus, curæ esse non debeat, quod fecundum
 carnem filij Abraham non sumus. Igitur quia causa ceciderunt, & ratione superati sunt, furiose
 ad conuitia prorunt, quomodo si athletam fortissimum uictus, & solo deiectus aduersarius,
 quia ferire non potest armis, petat spumosis dentibus: Nonne (inquit) benedicimus uos,
 quia Samaritanus es tu, & demōnium habes? Ecce duo quasi peccatoris argumenta. Dixit
 enim: Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatē dico, quare uos non creditis mi-
 hi? Ergo ne intactus abiret, impingunt duo hæc, quod & Samaritanus esset, & demōnium
 haberet. ¶ Sed aperte mentita iniquitas sibi, quia profecto hæc uerba non sunt demōnium
 habitis, sicut & turbæ quodam loco testantur dicentibus phariseis: Demōnium habet, &
 insanit. Quid enim eum auditis? Igitur iuxta quod & quidam sapiens dicit: A facie uerbi par-
 turitur fatuus, sicut gemitus partus infantis, cito per furiosum stultitiæ suæ partum, uerum esse
 testati sunt, quod dixerat ueritas, quia ex patre diabolo essent, qui ex proprijs loquitur men-
 dacijs. Non enim cum paruo amaritudinis suæ tormento blasphemiam hanc enixi sunt,
 quam de patre suo, patre mendacij conceperunt filij mendaces, animæ adulteræ & fatuæ à
 facie uerbi, ab increpatione ueritatis mendacium parturientes. ¶ Porro ubi, uel quando di-
 xerunt, quod demōnium haberet, & in hoc Euangelista superius, & in cæteris similiter inue-
 nimus. Nam & supra dixerunt: Demōnium habes, quis te querit interficere? & ipsum quo-
 que Beelzebub uocauerunt, dicente ipso apud Martha um: Si patrem familias Beelzebub uo-
 cauerunt, quanto magis domesticos eius? Verum ubi, uel quando Samaritanum illum no-
 cauerunt, uel unde huius improprij occasionem nasci fiat, apud neminem Euangelista
 rum inuenimus, nisi forte pro eo, quod apud Samaritanos, quibus ut que Iudæi non conte-
 bantur, biduo mansit & docuit, ut idē hic Euangelista refert longe superius. **Respondit eis
 Iesus: Ego demōnium nō habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me.** Hoc lo-
 co cum dicit: Ego demōnium nō habeo, sed, usq; à magna mansuetudine sua rece dit, qua (ut supe-
 rius iam dictum est) neminem refellere conseruit, Aliud namq; est, cū interrogatus qs negat,
 per**

Lib. 8

Lucas 1
Ex deo est, q̄
sub p̄ria b̄n-
dictōe nascit̄

Gen. 3

Gen. 1

Rom. 8

Nati sub ma-
ledictōe, ex
deō non sunt

Mat. 3

Esa. 43

Rom 11
Conuictus
deuictis

Scita Iudæ,
blasphemā
Psal. 25
Ioh. 10
Eccl. 10

Demōnium
sare dictū
Ioh. 7
Mat. 10

Ioh. 4

Mansuetudo
Christi
atq;

atq; aliud, cum id, quod alius affirmaverit, ipse ex opposito confitens alius denegat. Hoc plane interrogando dixerant: Nonne bene dicimus nos, quia samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Ceterę & supra dixerunt cum affirmatione, dæmoniū habes, quis te querit interficere, & paulo post dicturi sunt nihilominus affirmantes: Nunc cognovimus quia dæmonium habes, ingruit & in hoc mirabilem seruat mansuetudinis atq; veritatis suę tenorem, q; unum idemq; obprobrium & hic interrogatus negat, & alibi tacita patientia dissimulat. ¶ Porro quamcūq; ob causam dicant illum Samaritanum, quę utiq; non ignorabant genere esse iudęum, & a loco Galilęe, de quo & supra dixerunt scrutare & uide, quia propheta Galilęa nō surget, illud mirum est de paruulis istis, quos inuidia occidit, quomodo contra semetipsos sententiā dixerunt, ita ut iuxta Psalmistam recte de hoc etiam dici possit: Quia sagittę paruulorū factę sunt plagę eorum, & infirmatę sunt contra eos linguę eorum. Si enim pro causa qualibet ex trisecus accidenti, quā tamen nulla significatione exprimunt de homine naturaliter Iudęo tam cito facere uolebant Samaritanum, quomodo ipsi quærentes interficere hominē, qui ueritatem loquebatur eis, quod Abraham non fecit, dicebant: Semen Abrahę sumus, pater noster Abraham est, & unum patrē habemus deū, & irascebantur sibi non esse concessum: Sed iam ipsum attendamus ueritatis & sapientię responsum: Ego (inquit) dæmoniū non habeo, ¶ Notandum quod non ait: Ego Samaritanus non sum. Profecto dum de hac parte iniecit obprobriū silet, ipse silentio suo satis indicat, quia genere uel communionē, quam Iudęi cum Samaritanis non habebant, esse samaritanum uel Iudęam, aut certe Gręcū, nō tanti est, ut quę animam a dũtere, aut ullam operā dare debeat ad eludēdum uel remouēdū a se huiusce dæmoniationis obprobrium. Alias autē & uere iuxta mysticū sensum, quē tamen Iudęi nō attendebant, Samaritanus est dñs noster Iesus Christus, sicut ab ipsius nominis interpretatione palam omnibus intelligi datur. samaritanus etenim interpretatur custos. Quis autē nisi ipse uerus & perugil, non dormitans, neq; dormiens humani generis est custos? ¶ Quapropter in illa insigni parabola, quā sic inchoat: Homo quidā descendebat ab Hierusalē in Hiericho, & incidit in latrones, pulchrum seipsum samaritani illius nomine & opere commendat, qui faciens iter uenit secus eundem hominē, & alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Prospiciens etenim iste custos noster de excelso sancto suo, de celo in terram aspiciens, uidit genus humanū a latronibus despoliatum, & plagis impositis semiuuū relicū, id est, a diabolo deceptore dignitate suę conditionis exutū, & creatoris sui non quidē imagine, sed solasimilitudine nudatum, quod erat semiuuū esse relicū. Rationem secundum quam ad imaginem dei factus est, homo non perdidit, sed imitationē bonitatis eius, secundum quam ad dei similitudinem factus erat, amiserat. Vidit in quā genus humanum sic semiuuū, & appropiat, proximus enim noster factus est, & absq; peccato nostri pro omnia similis, & omnē curam, quam eadem parabola profequitur, adhibuit. Igitur de hoc nomine quod est samaritanus, recte custos hominū dominus noster tacuit, & tacendo satis laudauit. Hoc autē, quod nullius boni notam retinet, interrogatus non bene dictum esse respondit, dicens: Ego dæmoniū non habeo, sed quid? Honorifico inquit patrē meū. ¶ Hęc ergo contrario modo opposita esse constat, dæmoniū habere, & patrē deum honorificare, ipso auctore, qui aduersarię propositioni qua dictum est: Et dæmonium habes, respondens sic opponit: Non, sed honorifico patrem meum. Amplius honorificare deū, & inhonorare dei filium, opposita sunt: quia non solo sensu, sed & uoce contraria sunt. Proinde dæmonium habere, & deū inhonorare, uoce quidem diuersa, sensu autē paria sunt. Igitur dum sic respondet mansuetus & uerax: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrē meum, & uos inhonorastis me, obprobriū inimicorum retorquet in caput ipsorū, uocis quę dem deuitans horrilonatur pita dinē, ne dicere tuos potius dæmonium habetis, rei autē retinens ueritatem, ganisi reuera dæmoniū haberent, de filium nō inhonorarent. Quo dicto statim peruersis illorū cogitationibus occurrit dicens: Ego autē gloriā meam nō quæro, est quę querat, & iudicet. ¶ Existimabant enim iniqui, q; ille esset sui similis, id est q; uanā quęrens gloriā de seipso testimoniuū perhiberet, & ea mente diceret: quis ex uobis arguet me de peccato? & his similia: qua & illi, quibus recte dicebat: Vos estis qui uisificatis uos corā hominibus, deus autē nouit corda uestra, & huiusmodi q̄ plurima. Talem quippe illum haberi cupientes, superius dixerunt: Tu de teipso testimoniuū perhibes, testimoniuū tuum nō est uerū. ¶ At ille intantū nulli unq; adulatus est, ut in ciuitate illorū magna & ampla uel unius noctis hospitii nunq; habuerit, sed semper foris, & in Bethania maxime hospitatus sit. Non enim quemadmodū huiusmodi amator glorię suę quęrentes & in domibus regum esse festinantes, omnibus adulantur, & fecirco recte mollibus uestitiū cum nō inquam ita tripe fauorem illorū optabat, ut sibi ab eis quantocūq; regie salutariōes clamarent, & diceret: Viuat rex Christus, & sic ab hoibus uel per homines sup soliu Dauri dicim sublimare tur. Quod si quippiam talem expectaret ab eis, non utiq; sic argueret eos in ueritate, ut & paulo ante non tacuerit dicens: Vos ex patre diabolo estis. Verissime ergo ait Ego

Redarguto Iudæorum Ioh. 7

Psalm. 95

Quo Chr̄s Samaritanos

dæmoniatōis

Psalm. 100 Parabola Luc. 10

Psalm. 100

Honorare deum & inhonorare filium dei contraria sūt.

Psalm. 49 Luc. 16

Chr̄s nemini adulatus est Mat. 21 Luc. 7 Mat. 11

Ego gloriā meam non quæro. Et protinus adiungit: Est qui quærat, & iudicet. Tuti ergo ualde animi uerba sunt hęc. Quomodo enim gloriā Christi sui, gloriā regni, gloriā sacerdoti eius non quæreret & iudicaret? Quomodo hanc eius confidentiam non agnoscebant? Iurauit enim dominus David ueritatem & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam: Hoc de gloria regni eius dixit spiritus propheticus. Item de gloria sacerdoti eius: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Erant ergo inimici ueritatis, & cum patre suo, patre mendacię diabolo consilium in sp̄s inaneant, quomodo quasi rationabiliter consilium dei spernant in semetipsis, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, & hoc modo impleant scripturam dicentē: Astitērūt reges terrę & principes conuenerunt in unū aduersus dominū & aduersus Christum eius. Nam reuera qui iurauit (ut supra dictum est) rite prouidebit sibi, ne iuramentum suum irritum sit. ¶ Queret enim & iudicabit gloriā Christi sui, ut sitis uos inimici Iudęi, quasi tempestas transiens, ipse autē quasi fundamentū sempiternū, uidentibus cunctis & audientibus uniuersis, sententięq; laudantibus, quia reos maiestatis, gloria filij inuidios, dñs celoq; duplici cōtritiōe cōterēdos iudicabit uos, ipso rege loquēte ad uos in furore suo, & in interitu uō ridente ac dicente: Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius, prædicans præceptū eius: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionē tuā terminos terrę. Sequit̄, Amen amen dico uobis, si quis sermonem meū seruauerit, mortē non uidebit in æternū. ¶ In eo quo cepit ueritas sermone perseuerat, singulare undecunq; constantię totius exemplar, primāq; propositionem lassatis aduersarijs eo de sensu, paucis tamen uerbis demutatis, iterat. Supra namque sic proposuerat: Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Nūc uero inquit: Si quis sermonē meū seruauerit, mortem non uidebit in æternū. Profecto manere in sermone, id est sermonē seruare, & mortem non uidere in æternū, ipsa libertas est, de qua illic dictū est: Et ueritas liberabit uos. ¶ Hoc ergo in seipso prædocuit, ut cū malorū peruersitas crescit, nō solum frangi prædicatio non debet, sed etiam augeri. Illud tamen prætereundū non est, quia cū prius ad secundā personam sermonem dirigenz dixerit: Si uos maueritis in sermone meo, & c. tertia nunc uti persona maluit, dicens uniuersaliter: Si quis sermonem meū seruauerit, Nec enim decebat, ut eis, quibus iam dixerat: Vos ex patre diabolo estis, data iam sententia de pditione illorū, conditionē ite ingreret eisdem uitę & salutis. L. Dixerunt ergo Iudęi: Nunc cognouimus quia dæmoniū habes: Abraham mortuus est, & propheta & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternū: Nūquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et propheta mortui sunt. Quem teipsum facis? ¶ Vere stultis, quales maxime isti sunt, illud peccatum, cuius & serui sunt, ita ut cum studio contentiones aduersus dei sapientiam dimicant, quę sint elementa exordię sermonis dei, nec dum se scire indicant. V binam cor suum dereliquerunt, & aures suas deposuerunt, tam multa clamante scriptura, de morte peccatorum pessima, Verbi gratia, dum dicit: Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam, uel quoniam nō est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? & his similia. Nempe de hac morte uera, de hac morte mala dicebat ueritas: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternū. At illi qui iam æternę morti inhæserant, & eandem mortem cum inhæserant, non uidebant, dum solam mortem carnis aspicerent, in ueritatis sermone caligabant. Dixerunt ergo: Nunc cognouimus quia dæmoniū habes. Et unde, d paruuli possessores stultitiz, tantę rei nacti estis notitiā? A maioribus inquit a capimus argumentum. Abraham enim & propheta mortui sunt, qui & maiores q̄ tu fuerunt, & sermonem dei meliorem, magis que tuo sermone authenticum seruauerunt. ¶ Quę ergo teipsum facis? Quousq; tendis nouimus, uidelicet quod sis homo Galilęus, fabri filius? Talis utiq; percunctatio dicentium, Quem teipsum facis, nimis iniuriōsa est. Quis enim aliud seipsum facit, q̄ est, nisi is, in quęritas non est, mendax & mendacię pater, & omnia hypocrita & nequam, qui utiq; ex parte eius est? Ita ergo dente putrido sapientiam tom mordentes, & pede falso ueritatis resistent, quali sint retuli responso audiamus & nos. ¶ Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater qui glorificat me. ¶ Ne hæc dicta uillam filij dei impotentiam sonare uideantur, tanquam minus patre deo filius dei gloriosus sit, hoc primo sciendum est, quod nemo, nisi alienę raptor glorię, seipsum glorificare æstimandus sit. Qui enim se iactat & dilatat, confidens in cor de suo, exemplo illius, qui primus creatoris sui communionē contempnit, sibi in corde suo loquens: Sedebō (inquit) in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: ille inquam, qui iactando & dilatando se hūc imitatur, glorificare seipsum dicendus est, eique recte dicitur: Quem teipsum facis?

Est q; quera & iudicet Psalm. 131

Psalm. 109

Luca. 19 Psalm. 2

Graue iudicium in Iudæa. Prou. 10

Psalm. 2

Nō cessandū a prædicatiōe pp̄ malos

Mortē nō gustabit i gēnū Heb. 9

Psalm. 55 Esa. 38 Psal. 46

Quem teipsum facis.

Glorificare seipsum debet nemo

Prou. 29 Esa. 14

Prou. 28

facis, quia stultus est, & iurgia concitat, dum supra semetipsum se extendit, sociale comparium chaitatem deferens, inferiorumque charitate fastidians. Ergo dei filius non seipsum glorificauit, nam contra cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, & quale esse se deo, sed semetipsum ex inaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo humiliavit semetipsum, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis.

Philipp. 2

Aequa gloria patris & filij

Iohan. 17. Rom. 12

Non est tacenda veritas propter suspiciones

mundum

Abraham exultauit ut uideret diem meum

Gen. 17

Gen. 12 Heb. 15

Vidit & gauisus est Gen. 18

Adg & Abraham comparatio

Abraham maior quam Abraham, Abraham, inquit, pater uester exultauit, ut uideret diem meum, & uidit & gauisus est. At illi carnales filij Abraham, suos a carne oculos non subleuant, & in eo solum carnis aetatem pensantes, uerba haec intelligere noluerunt. Verba enim oris eius, inquit psalmista, uerba inquam iniusti huius ludaei populi, iniquitas & dolus, noluit intelligere, ut bene ageret. Dixit ergo Iudaeus: Quin quaginta annos nondum habes, & Abraham uidit? Non ignorabat ueritas quicquid responderet, uerumtamen esse in calumniam. Sic enim in fitebatur aduersarij, quomodo lucratore improbi, qui uirtum fortissimu, quia uirtute deicere non possunt, fraude, ut in foueam ruere faciant, circueniunt. Sic enim isti infidiosi urgebant, ut uerbu elicerent, quod pro blasphemia condemnare possent. Attamen respondendi illis erat, ut totus mundus, illis non audientibus, audiret: non neglecta scriptura, quae dicitur: ne effundas sermonem, ubi non est auditus: cum non tam propter illos qui persequerentur, quam propter nos qui credituri eramus, idem sermo funderetur. Dixit ergo Iesus: Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Inuitata quidem, sed propria secundum rem dictio est, ante Abraham ego sum. Ante enim praeteriti temporis est, sum praesentis. Et quia praeteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed praesens semper habet, non ait, ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum. Unde & ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum, & dices filijs israel, qui est, misit me ad uos. Ante ergo uel post Abraham habuit, qui accedere potuit per exhibitionem praesentis, & recedere per cursum uitae. Veritas uero semper esse habuit, quia ei quicquam, nec prior tempore incipit, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista aeternitatis uerba mentes infidelium non ualuerunt, imo noluerunt, sicut de hoc maxime iniusto & insipiente populo scriptum est, & iam supra dictum est, quia noluit intelligere ut bene ageret. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum, Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Finis atque principium certaminis huius idem est. Principium quippe est locus ille ubi sic scriptum est: Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego uado & quaeritis me, & in peccato uestro moriemini. Sic namque ante haec euangelista superiora terminauerat: Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius. Est ergo principium aliud quod sequitur: dixit ergo eis iterum Iesus &c. At uero illic ait dominus Iesus: Si ergo non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Dixerunt ergo Iudaei: Tu quis es? Respondit Iesus: Principium qui loquor uobis. Nunc uero ait: Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Igitur finis initio conueniens redditus est. Non enim discrepant, sed alterutrum confirmant haec: principium ego sum: & ante quam Abraham fieret, ego sum. Item quod illic uerbis comminatus est, dicens: quaeritis me, & quo ego uado, uos non potestis uenire, si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris, hoc ipsum factis hic expressit, dum tolerantibus illis lapides, ut iacerent in eum, pro eo quia dixerat, antequam Abraham fieret, ego sum, abscondit se, & exiit de templo. Quid enim est, quod Iudaei nunc usque longe sunt a salute, nisi quia Iesus, id est, saluator, ab illis abscondit se? Et quid est, quod ciuitas & templum super oculos, imo & super cadauera illorum cecidit, exterminantibus Romanis, & quae cumque illic deo patrum suorum offerre uel celebrare consueuerant, holocausta arietum, & adeps pinguium, & sanguis uiciorum & agnorum & hircorum, neomeniae & sabbatha, & aliae festiuitates eorum, quasi stercore super uultus illorum proiectae sunt, deo protestante ac dicente, iniqui sunt celetus uestri, Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta: Quid, inquam hoc est, nisi quia Iesus absconditus exiit de templo, dicens: Ecce relinquitur domus uestra deserta, uel iuxta prophetam quoque dicens: Reliqui domum meam, dimisi habitatum meum, facta est habitatio mea, quasi spelunca hyemae. Igitur dominus & magister, qui in hac eadem causa dixerat, si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, reuertente prior iste (ut dignu est) in eodem sermone suo certo gradu in concussis permanet: unum idemque tam fortiter quam suauiter, a principio usque in fine, inter occurrentes aduersarios retinet, & sicut Apostolus ait: quia quod infirmu est dei, fortius est hominibus: in eo quoque, quod quasi infirmus se abscondit & exiit, uictoriae totius perfectione expressit: non tam a lapidibus, quam a lapideis Iudaeis: cordibus fugit. Nunc ab istis absconditus, & ut praedictu est) de templo egressus, quid deinde fecerit, quomodo rerum, quas nunc luce clarius conspiciamus, praefigurationem profectus sit, attendamus. Sequitur: Et praeterea, uidit hominem caecum a natiuitate. Lux uera Christus, qui & hoc superius dixit, ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae, lux uera, inquam, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, quae a Iudaeis oculos suos claudentibus ad gentes transferit, easque illuminauerit, manifestu est. Earum utique, scilicet gentium caecitate originale, homo iste a natiuitate caecus significat. Nempe et si omne genus humanu a natiuitate caecum, id est, a primis parentibus per originale peccatu diuinitatis uisione fraudatu est, maxime tamen gentium populus, qui iuxta prophetam ambulabat in tenebris caecus erat, quia uidelicet, non ut Iudaeis, ita & gentibus, patriarcharum prophetarumque lucernas, lux mundi Christus ante se praefigurat.

Psalm. 57

Eccle. 32

In diuinitate sempiternus non habet partem aut lucrum. Exo. 5

Psalm. 57

Iesus abscondit se, & exiit de templo.

Esai.

Mat. 27

Hic. 2

1. Cor. 1

CAP. IX

Caecus a natiuitate gentes praefigurat. Esai. Iohan. 9

R miserat

Ephc. 2

Testis Iudæis
abscondit⁹ ge
tesilluminauit.

Phil. 5

Viciosus par
tuse x mēsuru
arā cotu.

Ezech. 18

Nemo iudicā
d⁹ ppter vi
sū natiuitat.

Mat. 27

Exgrā nō ex
merito peccā
ti sunt iudæi
p gentibus.

Rom. 9

Gen. 7
Matachi
Deut. 9

Præfens se
culi dies est
Mat. vit.

Eccle. 9

miserat. Vnde & statim post finē lectionis huius, quid abscondendo se uel de templo exeun-
do intendit, exprimens in iudicium ego, inquit, ueni in hunc mundum, ut & qui non uident
uideant; & qui uident, cæci fiant. Ergo cæcum quidē erat ante huius lucis aduentū totū ge-
nus humanū, absq; distinctione iudæi & Græci, testante Apostolo qui dicit: eramus & nos na-
tura filij itæ sicut & cæteri: ueritatem in cōparatione gentiū quæ neq; legis neq; propheta-
rum illustrationē acceperant, neq; ullā dei notitiā habebant. Iudæi sese uidentes esse putabāt,
sicut item post finem lectionis huius dominus dicentibus pharisæis, nunquid & nos cæci su-
mus, si cæci essetis, inquit, non haberetis peccatum, nunc autē quia dicitis, quia uidemus, pec-
catum uestrū manet. ¶ Igitur quod à ludæis se absconderunt, & oculos gentium esset illumi-
naturus dominus noster, pulchro fati presignauit mysterio, dū abscondens se exiit de tem-
plo, & præteriens uidit hominem cæcū à natiuitate, & illuminauit. Proinde quicumq; ex ge-
te quisquis Christi prædicationē recipit, & euangelio eius cunctas iudæorū cærimonias post
ponit, & pro illo uelut stercora arbitrat, sicut ait Apostolus: ille est qui foris extra templū
Iudæorū, à quibus lux mundi se abscondit, illuminatur: ut deū, cuius uisionē in Adam perdi-
dit, uidere mereatur. Sed iam ipsum illuminationis ordinē mysticū profequamur. Præteries,
inquit, uidit hominē cæcū à natiuitate. Vere præteriens uidit, nam illos qui se uidere iactabāt
prætergressus, & obtento uelamine super corda eorum, ne uideretur absconditus, uenit ad
nos, ut uideremus eum qui cæci eramus. ¶ Et interrogauerunt eum discipuli saluatoris,
nam reuera parentum culpa uitiosū fetus interdū solent procreari, uerbi gratia: Per singu-
los menses graua atq; torpentiæ mulieris corpora, immundi sanguinis effusione releuantur.
Quo tempore si uir coierit cum muliere, dicuntur concepti fetus uitium feminis trahere, ita
ut leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & cæda in utroq; sexu corpora, pra-
uitate uel enormitate membrorū, sanies corrupta degeneret. Vnde propheta Ezechiel in de-
scriptione iusti uiri, cum inter cætera dixisset, & uxore proximi sui non uiolauerit, addidit (in-
quiens) & ad mulierē menstruatam non accesserit. Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq;
parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. ¶ Quantū ad literale sensum sua dominus
nostræ grauitate leuitatem nostram cōpescit, ne quoties cum huiusmodi priuatiōe membro
rumq; aliqua diminutione siue deformitate natos aliquos conspicimus, nostram in illis carnē
despiciamus, temerarium iactantes iudicium, quod uel propter suam, uel propter parentum
proptiorum culpam hoc euenerit, sed cunctos uenerantes, ministris illis, tanquam reuera
membris Christi, qui dicitur est nobis, quā diu uni ex minimis meis fecistis, mihi feci-
stis, & recordemur in talibus solere manifestari opera dei, per gratiā curationū, ad ædificatio-
nē ecclesiæ Christi. Quantum autē ad mysticū intellectū, peccauerunt quidē primi parentes
ut cæci naseretur genus humanū, uerū ut iudaicū populo per iustitiā creatoris illustrato, in
cognitione ignorantie gentilitas relinqueretur, non peccauit ipsa gentilitas, neq; parentes ei.
Si enim propter peccata sua, uel parentū suorū, gentilitatē in tenebris relicta dicat quis, cōse-
quitur ut iudaicū populū uel parentes eius dicat pro suis electos fuisse meritis. Sed contra di-
cit Paulus, his uerbis loquens de patribus: Non solū autē illi, sed Rebecca ex uno concubitu ha-
bens Isaac patris nostri. Cū enim nō dū nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secū-
dū electionē, propositū dei maneret, nō ex operibus, sed ex uocāte dictū est ei, quia maior ser-
uiet minor, sicut scriptū est: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Ad ipsos autē filios dicit Moyses
in Deut. Scito igitur, qd nō propter iustitias tuas dñs deus tuus dederit tibi terram hanc opti-
mam in possessionē, cū durissimæ ceruicis sis populus. Memento, & ne obliuiscaris, quomodo
ad iracundiā puocaueris dñm deū tuū &c. Igitur neq; gentiliū populū, plus peccauit, neq; pa-
rentes eius, ut cæcus nasceretur, sed cū omnes, ita iudæi, q; gentiles essent ex una præuicatio-
nis massa, patres iudæorum nullis præcedentibus meritis per gratiam electi, patres gentili-
um, uel ipsi gentiles per iustitiam usque ad tempus suum fuere neglecti, ut in illis tempore
suo mirabilis manifestarentur opera dei, Et protinus subiungitur. ¶ Me oportet ope-
rari opera patris mei, donec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari. Quam diu sum
in mundo, lux sum mundi. ¶ Vt sciat, inquit, quæ nam propter opera dei in se manifestan-
da, homo iste cæcus natus sit, ecce dico uobis: Opera patris mei, id est, opera illa, propter quæ
pater meus me misit, oportet me operari, donec dies est, id est, donec præfens seculum uol-
uit, quo consummato, sequitur nox, in qua nemo potest operari. ¶ Vnde autem præfens
seculi tempus dies dicitur: uidelicet ex eo quod & alibi dicit: ecce ego uobiscum sum, us-
que ad consummationem seculi. Et nunc ait: quā diu sum in mundo, lux sum mundi. Si
enim Christus, quā diu in mundo est, lux mundi est: est autem in mundo usque ad consum-
mationem seculi, profecto usque ad finem seculi dies, id est, aptum operari tempus est: Econ-
tra quod consummationem seculi succedet, nox erit, id est, tempus nulli aptum operationi. Vnde
de Ecclesiastes dicit: Quodcūque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec
opus,

opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos quo tu properas. Ergo quod ait,
donec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari, idem est ac si dixisset, usq; ad finem se-
culi, cui succedit tempus, in quo nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Hoc
enim tempus operationis, illud receptionis est. Reddet quippe tunc dominus unicuique secun-
dum opera eius. ¶ Quænam autem sunt opera quæ toto die isto operatur filius dei? Illa utiq;
quæ intendens per uiscera misericordie suæ deus noster uisitauit nos oriens ex alto, scilicet il-
luminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant, saluos eos facere (ut ait Apostolus)
per lauacrum regenerationis, & inuocationis spiritus sancti. Illa inquam operatur dei filius,
donec est dies, & tam diu operando, q̄ diu est in mundo, lux est mundi. Operari namq; nō de-
finit per illos: ministerum, quos operis sui uicarios constituit, scilicet per Apostolos uel Apo-
stolicos uiros, cunctosq; prædicatores uerbi dei, quibus & dicit: Ecce ego uobiscum sum usq;
ad consummationem seculi. ¶ Igitur uenerabilis, & memoria dignus ille quondam cæcus,
quineq; ipse peccauit, neq; parentes eius ut cæcus nasceretur, sed idcirco per dei providentiā
sic natus est, ut opera patris, quæ oportebat filium dei per totum diem, id est per totum tem-
pus præfens seculi operari, in illo manifestarentur, id est, ut ex qualitate exterioris illumina-
tionis eius, interior animarum nostrarum illuminatio nobis fidelius commendaretur. Non
enim solo, quod facere poterat, imperio lux mundicæcum hunc illuminauit, Verbi gratia, ut
diceret: Respice, fides tua te saluum fecit. Sed quid? Hæc cum dixisset, expuens in terram, lini-
uit super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Syloe, quod interpretat missus. ¶
Notandum in primis qd non, ut ille Barchinæus, ita & iste cæcus sedens secus uiam, aut meri-
dicans à domino inuenitur, neq; hoc sæpe dicta lux mundi expectauit, ut clamaret tale quid,
ut ille dicens: Miserere mei domine, neq; hoc sæpe dicta lux mundi expectauit, ut clamaret tale quid,
& gratuito beneficio tacenti subuenit. Nam hoc etiam ad manifestanda opera dei peruenit,
quia uidelicet non expectauit opifex nostræ illuminationis, donec notitiæ suæ claritatem in
nostris suspiraremus tenebris, qui tenebras ipsas lucem esse putabamus, imō nec ullam lucis
& tenebrarum discretionem habebamus, sed ultro prospexit, gratuito uidit, gratis uerbum
suum carnem factum, notum fecit nobis, & ex illo cordis nostri oculos liniuit. ¶ Quid enim
aliud nobis manifestatur in illo cæco, per illud qd expuens dominus Iesus in terram, lutum fe-
cit ex sputo, & liniuit eius oculos, nisi hoc spectabile & gratiosum opus diuinæ gratiæ, quod
uerbū suū pulueræ nature hominis unum, nobis gentibus prædicari uoluit: Tunc quippe
quasi saluæ puluis admixtus est, & unum duabus ex rebus lutum factum est, quando uerbum
uel sapientia, quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui, carnem nostram assumpsi, cui dictum
est: Puluis es, & in puluerem reuerteris, & ei, quæ omni uento diaboli tanq; puluis effereba-
tur, & dispergebatur, gratuita dignatione in uirginis utero sese coniunxit, ut naturam leuem
& instabilem super antiquæ dignitatis grauitatem statumq; repararet. Quod magnū pietatis
sacramentum cum gentibus prædicatur, reuera cæci nati oculi suauissime liniuntur, quia do-
ciles mentes hoc quā maxime delectat, quod pro salute hominum tantū se humiliauit, & ter-
ra dei uirtus & sapientia. ¶ Itaq; suauissime cæci nati liniuntur oculi luto, quod ex sputo do-
minus fecit, quando excelsi quondam nostræ generationis oculi, & palpebræ in alta subre-
cte, humilem suscipiunt fidem incarnationis filij dei, & tali humilitatis antidoto curatur super-
bia oculorum, quia dum inornate aperiri uellent, dicente diabolo: Eritis sicut uitæ, scientes bo-
num & malum, & contra magis obtenebrati sunt. Verum ubi cæcis oculis hoc lutum illitum,
id est, incarnatio filij dei prædicata & credita est, non statim eodem, quamuis credulo auditu
cæcus illuminatur, & uisionē dei, quam in Adam perdidit, factus est dignus, nisi ad fontem la-
uacri catechumini accedens baptizetur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Aliter
quippe lumen oculorū nostrorum, spiritum sanctum nemo nostrū accepisset in remissionem
peccatorū. ¶ Bene ergo cæcus ille in quo manifestabantur hæc opera dei, non statim uidit,
ubi dominus oculos eius liniuit: Sed uade inquit & laua in natatoria Syloe, quod interpreta-
tur missus. Non enim dictum est tantū: Qui crediderit saluus erit, sed dicitur: Qui crediderit & bap-
tizatus fuerit, saluus erit. Oportet quippe filium tenebrarū quadam similitudine mortis & re-
surrectionis eius, in quem credidit alterari, & filium lucis fieri, quod agit in baptismo Christi
actū uisibili, sep uirtute inuisibili, testante Apostolo qui ait: Quicūq; baptizatus in nomine
Iesu, in morte ipsius baptizatus sumus, conspulti cū ipso per baptismū in mortem, ut quo-
modo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus &c.
Recte igitur cæcus illi luto non statim uidet, sed ad natatoriam iubeat ire ut lauet, quia uide-
licet ex eo qd catechumini, id est, auditor uerbi dei quispiam est, regnū celorū intrare mere-
tur, nisi ex aqua & spiritu sancto fuerit renatus. ¶ Sane quod interpretatur missus, nō ipse do-
minus ad cæcū loquendo, sed hic Euangelista de suo interposuit, certi causa mysterij, uideli-
cet ut intelligas per hanc natatoriam non aliud qd baptismi aquā debere accipi, quæ reuera na-
tatoria est eius, quæ pater misit, scilicet filij, uel certe spiritus sancti, qui cū ipse uera sit remissio
peccā-

Psalm. 61
Opa Christi, do-
nec dies est
Lucæ 1

Tit. 3

Mat. vltimo
Cur cæcus ille
aleter illumi-
natus est, q̄
alij cæci

Lucæ 18

Mat. 10

Lucæ 12

Mysterij
luti.

Eccle. 24
Gen. 3

1. Tim. 3

Mysterij
necis oculis

Gen. 3

Fides sine ba-
ptismo non
saluat.
Mar. vltimo

Rom. 8

Ioh. 3
Missus intel-
ligit Christi
uel spūs san.

Iohan. 14
Luc. 24
Syloa fons in
radicib⁹ Sylo

Lucæ 12

Mysterium
illuminationis

Cæcus ille
Chro gratus
& primus, q
ppter eū pas
sus est multa

* video.
Co iessio fi-
delium super
hoc iuro

Mat. 10
Lucæ. 21

1. Cor. 13

Psal. 41

peccator, eius utiq; gratia inuisibilis. tota est lauacri utilitas uisibilis. Nam & ipse recte intel-
ligitur per nomen Syloe, quod est missus. Etenim ipse quoq; missus est, iuxta illud: Paracletus
autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, & alibi: Quem ego inquit mittam
uobis a patre. ¶ Est autē Syloa fons, in radicibus montis Syon prorumpens, qui alternante qui-
dem aqua: accessu in meridie fluit, id est non iugibus aquis, sed incertis horis diebusq; ebul-
lit, & per terrarū concava & antra saxi durissimi cū magno fonitu uenire confueuit. Cuius na-
tura omnes effectus si quis accipere uelit mystice, profectio intelliget q; nō frustra magis per
hunc fontem dominus noster aquam baptismi significare uoluerit. L. Abijt ergo & lauit, & ue-
nit uidens. ¶ Ne uacare hanc putes coniunctionem completiuam sic positam: Abijt ergo, cęci
huius fides subaudienda est: Vade inquit dominus ad natoriam Syloe, & laua. Habebat autē
ille fidem, quæ ipsum saluum faceret, sicut & ille, cui dominus idem lumen postulant: Respi-
ce inquit, fides tua te saluum fecit. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Hęc igitur illa est ope-
rum dei manifestatio, quam intendens figurus ipse natura: nostrarū opifex, cum neq; hic pec-
casset, neq; parentes eius, uoluit tamen ualde utiliter imperfectum educere uasculum, ut cęcus
homo nasceretur. ¶ Aestimari quippe non ualeat, quantum pulchritudinis, quantumq; utilita-
tis habeat hęc talis huius illuminatio cęci, cum omnes nos secundū hanc imaginem exte-
ris illuminationis intus sumus illuminari, speculemur ea quæ circa nos sunt acta opera dei, &
quia in semetipsis comprehendere ea non possumus, per hanc similitudinē nobis manifestan-
tur, quæ ille in nobis operatus sit. L. Itaq; uicini, & qui nouerant eū prius, quia mendicus erat
dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? ¶ Et ipsa hęc illuminatio cęci exterior,
in qua (ut prædictum est) quadam similitudine manifestant opera dei, quæ filiū ei⁹ oportet
operari, donec dies est ipsa inquam illuminatio, magnū & manifestatione dignū patris opus
est. Itaq; uolente ipso qui gloriam filii sui quærebat, sicut idem filius paulo ante testatus est:
Ego inquit gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet, uicini eius, & qui nouerant
eum prius, claritatem huius miraculi uentilauerunt, tantamq; flammam excitauerunt, ut ad-
deuorandos zelantes eius hostes phariseos perueniret, non solum inquit uicini, sed & qui no-
uerant eum prius. Multi quippe nouerunt eum. Vnde: Quia mendicus erat inquit. Duabus
ex causis notus erat, mendicus erat, quia uidelicet & cæcus natus est, & publice mendicabat, &
sic nota persona miraculum latere non sinebat. Et dicebant inquit: Nonne hic est qui sedebat
& mendicabat? ¶ Alii autē dicebant, quia hic est alii autem, nequaquā, sed similis est eius. Ille ue-
ro dicebat, quia ego sum. ¶ Mente & corpore illuminatus, quale potest illuminatori suo re-
pendit gratiam, eligens magis inuidiā cū illo sustinere, q̄ ingrato silentio laudi & gloriæ dei
damnū inferre. Cuius dicta siue responsa merito hic, ut uere fidus notarius, primū mente me-
mori, deinde & calamo excipere curauit, quia uidelicet primus omnium mortalium pro Christo
quæstionibus pulsatus, & persecutionem passus est, & sic ad omnia respondit, quomodo ma-
gnus ille cæcus per totū orbem diffusus, hodieq; in conciliis & synagogis respondens, illumi-
natoris sui gratiam confiteatur, fortis in laboribus, uictor in persecutionibus, oportune uolē-
tibus, importune nolentibus prædicans, & contestans illud magis pietatis sacramentū, quod
mystice sub istis cęci huius uerbis continetur, lutum fecit ex spūto dominus, & liniuit o-
culos meos, & abijt, & laui, & uidi, & credidi deo. Alii inquit dicebant, quia hic est alii autem, nequa-
quam, sed similis est eius, sic poterat splendor tantæ gloriæ dei obscurari, & frigidior ad certā
notitiam peruenire fama tanti miraculi. Sed huius ueritatis arbiter, & suę personę conscius &
testis, iste iam non cæcus, sed oculos habens & uidens, dubios esse non finit, dicens: quia ego
sum. L. Dixerūt ergo ei: Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi? ¶ Ac si dicerent: Ille q; sedebat
& mendicabat, cæcus erat. Tu autem de illo cæco nobis quærentibus, dicis: quia ego sum.
Quomodo ergo aperti sunt oculi? ¶ Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit ex spu-
to, & liniuit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natoriam syloe, & laua. Et abijt & laui, & ui-
di. ¶ Dicat nūc omnis mundus redemptus, mundus diu cæcus, tandemq; illuminatus adue-
sus mundum damnatū, & perseveranter cęcū dicat inquam: Lutū fecit ex spūto dominus, li-
niuit oculos meos, & abijt, & laui, & uidi & credidi deo, & hoc tanto canore concreperit, ut cœ-
lum supra, & tellus resulset infra. Et si pax Ecclesiæ cantantibus iuuat, paschatur chorus ille, &
delectetur gratiosis cantibus suis, & si bellum persecutionis inquietat, tum multo magis inter
omniū genera mortuū declamādo testat, hoc tam pium, tamq; iocundū illuminatoris sui be-
nificiū. Sed contra hęc omnes, q; ex patre diabolo sunt, & propterea non possunt audire ser-
monem hūc, inuadunt manus suas, & persequunt omnem uidentem & glorificantem deū, tra-
dentes in conciliis & synagogis, trahentes ad reges & præfides propter Chism. De qualibus
& subditur. L. Et dixerunt ei: Vbi est ille? At: Nescio. Adducunt eum ad phariseos, qui cæcus
fuerat. ¶ Hoc utiq; illuminati deplorant oculi, quia quis per fidem uideant, nec dum tamen per
speciē uident illuminatorē suū, & insultantibus sibi aduersariis nequeunt uidere uel ostendere
præsentiam Christi. Vnde & in Psalmo, uox illa cuiusq; fidelis animæ est: Fecerūt mihi lachry-

meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus. Veruntamen non
omnino nescimus ubi sit scimus enim quia coelos ascēdit: sed nescimus quomodo sit, uel qua-
le habeat iudiciū de nobis ipsis. Hęc eū dicentē adducunt (inquit) ad phariseos. Quid cau-
sæ inueniant in homine isto, ut eū tam cito ad iudices uel ad synagogā traherent? In quo the-
mate causæ huius litē constitutere habebant? Sequitur. L. Erat autē sabbathū, quando lutū fe-
cit Iesus, & aperuit oculos eius. ¶ Opera respiratione recreati sunt lassī uenatoris, capræ hy-
nuliq; ceruorū; pertinaciter agentes, & eū quē paulo ante dicentē: quis ex uobis arguet me de
peccato, tanquā in excelsa rupe stantē, attingere non poterant, nunc sese assēcutos esse puta-
bant, dicitur nos scimus, quia hic homo peccator est, & non est hic a deo, quia sabbathū nō cu-
stodit: quia uidelicet sabbathū erat, quando lutū fecit, & oculos cęci aperuit. L. Iterū ergo in-
terrogabant eum quomodo uidisset. ¶ Quoniā (inquit) lutū fecit Iesus, & liniuit oculos ei⁹,
erat autē sabbathū, quando fecit hoc: ergo ut audiverunt turbæ, & scirent populi ex ore ipsius
cæci, hunc hominē esse transgressorē legis, eo quod sabbathū non custodisset, iterū interro-
gabant eū qui cæcus fuerat quomodo uidisset, cum hoc ab eis qui illū adducebant, iam sibi in-
dicatum fuisset. L. Ille autem dixit eis, lutū posuit mihi super oculos, & laui & uideo. ¶ Appro-
batio facilis, & nullis exorta quæstionibus, una & simplici responsione perficitur: quam ut
uolunt, accipiant aduersarij, nam hic testis, certus de innocentia illuminatoris sui, non erube-
scit id quod factū est confiteri. Etenim secretū quidem regis abscondere bonū est, opera autē
dei enarrare honorificū est. L. Dicebant ergo ex phariseis quidam: Non est hic homo a deo,
qui sabbathū non custodit. ¶ Serui peccati, ambulantes in equis superbiz, liberosq; pedites,
imō & liberatricē illos: ueritatē, mendaci atq; incontinenti ore iudicantes, facitote uos in pri-
ma uel secunda sabbathi opus huic simile, ut aperiantur cęcorū oculi. Verū hoc facere non po-
testis, nec aliquis quicunq; uestri similis est seruus peccati. Igitur cęcorū oculos aperire opus
seruile non est. Lex autē scripta de sabbatho, non qualecūq; opus, sed opus, inquit, seruile nō
facietis in eo. Quid igitur dē serui peccati iudicare au detis opus libertatis? Nunquid ab inferi-
oribus superiora fas est iudicare? Nunquid opus dei, æque ut opus seruile, dieq; uel hominū
constringitur? ¶ Omne nanq; opus trifariā diuiditur: Aliud opus dei est, cuius fructus
uita æterna: aliud opus peccati, cuius finis mors: aliud opus mercenarij, cuius retributio coti-
dianū stipendiū est. Opus peccati & opus mercenarij, recte utrunq; seruile opus dicitur.
Verum alterum eorum, id est, opus mercenarij die sacro (quale tunc erat sabbathum,
nunc autē prima sabbathi propter Christi resurrectionē) non licet fieri: aliter, nunquā debet
fieri, id est opus peccati. ¶ Huius autē contrariū, id est, opus dei, nullo unquā tempore uel die
debet omitti: Beati enim, qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiā in omni tempore. Quod a
partibus uel instrumentis ei⁹ uel operis probabile est: Operis nanq; dei instrumenta, sunt
ipsum dona, scilicet, sermo sapientiæ uel scientiæ, prophetia, genera linguarū, gratia curatio-
num, & his similia. Hęc autem profectio nulli sunt legi subiecta: quippe quia nec in arbitrio
sunt hominum, quo tempore uel die desistant a patre luminum. ¶ Proinde a ser-
uili quidem opere peccati semper uacandum: ab opere autem dei nunquam uacandum est.
Ab eo uero quod medium est, id est, ab opere mercenarij, statutis diebus cessandum est, non
tam propter aliquod magnum sacramentum, quam propter serui uel ancillæ refrigerium.
Dicente deo per Moysen: Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, ut requiescat bos &
asinus tuus, ut refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena. ¶ Cunque ab hoc opere serui
cessatur, ab opere dei nullatenus uacare conceditur: quia uidelicet, nec sabbatho, si rite
perspicias, ab opere suo uacauit deus. Sic enim scriptum est: Compleuitq; deus die septi-
mo opus suum quod fecerat. Artabimus igitur turdæ os, qui de otio sabbathi gloriatur, quod
iam tunc in principio sabbathum dissolutum sit, dum deus operatur in sabbatho, complens
opera sua in eo, & benedicens ipsi diei. Quid autem nisi completio est operis dei, quod hic ho-
mo cæcum a natiuitate illuminauit? Imperfectum quippe opus erat, dum nasceretur homo
cæcus, uidelicet subtraheo sibi uide quinq; sensibus corporis, quibus non solus homo, sed
& cætera animalia naturaliter funguntur. ¶ Tibi igitur in multitudine uirtutis tuæ mentio-
tur inimici tui, Christus fili dei dicentes: non est hic homo a deo, qui sabbatho non custodit
quia uidelicet, dum in sabbatho complex opus imperfecti, id est, a natiuitate cęci hominis: si
quoq; testaris, tum a deo esse, & filium eius esse, qui sicut prædictum est, die septimo opus suum
compleuit. Mentitur inquam, & usq; hodie in mendacio perseuerent, odientes te, id est, nō
ignorantes, sed scientes & inuidentes multitudi uirtutis tuæ: nos autem gentes benedici-
mus te deum nostrū, dicentes cum prophetiæ uocis firmitate: omnis terra adoret te & psal-
lat tibi, psalmum dicat nomini tuo altissime, quia uidelicet omnis terra illuminata est ab ipsa,
in qua mentiuntur tibi inimici tui, multitudine uirtutis tuæ. Sequitur. L. Alij dicebant, Quo-
modo potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. ¶ Quomodo, inquit,
homo peccator, homo tantæ infelicitatis, ut recte de illo dici queat, q; a deo nō fit, potest hec

* extorta;

Tob. 12

Illuminare
cæcū, nō est
op⁹ seruile.

Leuit. 23

Triplex op⁹.
Rom. 6

1. Cor. 9

Opus dei sp-
licitum.
Psal. 107
1. Cor. 12

Iacob. 1

A qbus ope-
ribus uacan-
dum est.

Exod. 23
Op⁹ dei sab-
batho.
Gen. 2

Psal. 67

Ibidem.

signa facere, id est, opera quæ non nisi deus fecit aut facere nouit, quomodo potest cõplere uel meliorare? Istis, pessimũ non habebibus inuidiæ tormetũ, uacabat ut cõq; uerũ libere iudiciũ. Multo magis enim, & incõparabiliter amplius sibi repugnant, à deo non esse, & illa quæ sine dubio deus incepit, opera perficere; q̃ à deo esse, & in sabbatho salutis opus facere. Quamquam omnino non repugnet, sed reuera consequens sit: utis qui à deo est, omni tẽpore faciat opus dei. Nec uero ab re dictũ est, & schisma erat inter eos: quia uidelicet cõ accusantiũ summa esset intentio, quatenus in unã sententiã declinantes, uniuersi cõclamarent, hũc hominẽ non esse à deo: non parũ moleste accipiebant, alios ecõtrario dicere: quomodo potest homo peccator hæc signa facere. L. Dicunt ergo cæciterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Hoc utiq; non quilibet, sed illi dicunt, quorum esset illa uana demonstratio, non est hic homo à deo. Nitebantur illũ in consortium suæ trahere blasphemiam, & infirmitatem causæ suæ, sine quẽ illius baculo sustentare, multum sibi illo schismate ualere arbitrantur, ad detestationem eius quem oderant, si de illo nec ipse boni aliquid sentiret, qui tantum ab eo e modum per cepisset. ¶ Quia per ueritatem suã nihil hodieq; magis q̃ illuminatos per Christi fidem cordis nostri oculos rursus excicare cuperent, sicut & Galathas pene cæcæ cauerant, quibus Apostolus dicit: O insensati Galathæ, quis uos fascinauit ueritatẽ non credere? Sic stulti estis, ut cõ spiritui cõperitis, nunc carne consummimini. Ita ergo cæci uidentem fascinare uolentes, dicent: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. ¶ Minus quidem dixit quam est: quia uidelicet Christus Iesus illuminator omnium gentium, non solum prophetas sed deus quoq; & dominus prophetarum est. At ille rudis uisior ueritatis ad huc erat. ¶ Veruntamen ad percunctationem talium hominum, qui non quærunt ut uideant, sed ut uidentes uidere prohibeant, aduersus istos inquam (qui in synagoga satanæ sunt, & Christum blasphemant) iudæos, sufficit nobis & cunctis qui illuminati sunt responsio hæc: quia propheta est. Nam quoniam nolunt audire uel scire, quia Christus est, saltem hoc sciunt & uideant, quia propheta est. Non tamen ut aduersus naturales ramos gloriamur, insultando quia fracti sunt, & nos excisi de oleastro contra naturam in bonam oliuam interti sumus: sed hoc solo contenti, ut os illorum obstruamus, dicentium: quia non est hic homo à deo, dicamus quia falsum est. Etenim saltem in pœna uestra satis uobis manifestum est, quia propheta est. Ergo à deo est, & in nomine domini, uerum de uobis uerbum locutus est, quo signo lex cõgnosci iubet prophetam in quo dominus locutus est. L. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerunt parentes eius qui cæcus fuerat. ¶ Ecce per aliud foramen euadere contendunt uulpeculæ, ne gloriam filij dei cogitant uidere. Primo statim ut offensus sunt tanti claritate miraculi, eo confugerunt, ut dicerent, non est hic homo à deo, q̃ sabbathũ non custodit: sed non fuit liber hic exitus, quia schisma factũ est inter eos, alijs dicentibus: quomodo potest homo peccator signa hæc facere: in super & ipso, q̃ illuminatus est, ab illa blasphemiam dissentiente ac dicente, q̃a propheta est. ¶ Ergo ad hũc alii resiliuẽt exitũ, ut illa blasphemiam dissentiente ac dicente, q̃a propheta est. ¶ Ergo ad hũc alii resiliuẽt exitũ, ut illa blasphemiam dissentiente ac dicente, q̃a propheta est. ¶ Ergo ad hũc alii resiliuẽt exitũ, ut illa blasphemiam dissentiente ac dicente, q̃a propheta est.

Schisma erat inter eos.

Perueritas Iudæorũ.

Gal. 3

Quomodo Iudæi iudicant Apo. 5

Rom. 11

Deut. 18

Iudæi uolpe culæ.

Cur uocauerunt parentes cæci.

Aetarẽ habet ipse de se loquatur. Deut. 17. 4. Ezech. 18

Christum, extra synagogam fieret. Propterea dixerunt parentes eius: ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. ¶ Conspiratio hæc uentus erat, & flumen. Et uehemens quidem uentus, & magnum flumen, quod tamen uiri sapientis domum fundatã supra petra, mouere non potest. Veruntamen eo tempore parentes cæci huius timuisse non adeo mirũ est, cũ & Petrus non solum timere, sed & Christum negando totus pene submersus sit, nisi quille cito extendit manũ, & apprehendit eum gallo cantante conuersus, & respiciens in eum. ¶ Quæ tunc eadem conspiratione sua Iudæi omnem dei gratiam expirauerunt, & dum extra synagogam eos faciunt, qui consisterent Christũ, separant se ipsos ab omni synagoga, i. antiqua ecclesia patriarcharũ & prophetarũ, omniũq; iustorũ siue electorũ, qui expectauerunt, & ipsa expectatione sua Christum confessi sunt, & ita ipsi potius extra synagogã dei facti, & intra synagogam Satanæ conclusi sunt. Notandum sane q̃ Euangelista, dicendo: Propterea dixerunt ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur, Eam partem responsionis eorũ reliquit, quæ non omnino culpa uacat, quia non omni caret forde falsitatis, scilicet id quod exierat: Quomodo autem nunc uidet, nescimus: aut quis aperuit eius oculos nos nescimus, & illud solum quod irreprehensibile est reperiuit, uelut attestando dicens: propterea dixerunt, ipsum interrogate, &c. L. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. ¶ Ecce fabricatores mendacii quomodo circumueiunt, ut hunc non profelythũ aut hospitem, sed ciuem ac domesticum gratiæ dei, secum faciant filij perditionis, cogentes eum ut in mendaciũ commutet ueritatem dei. Quid enim agitant, nisi ut istum suo faciant contestari mendaciũ, & dicere secum: Quia non est hic homo à deo, uel opus suæ illuminationis mentiri, non diuina uirtute, sed aliquo perpetrati esse magico carmine? Rursus ergo uocauerunt hominem. De homine qui cæcus fuerat, ad parentes eius, de parentibus ad ipsum recurrentes, scrutati sunt iniquitates, & defecerunt scrutantes scrutatio. ¶ Da inquam gloriam deo. In quo? Vt idem scias, idem dicas quod & nos. Quid illud est? Nos scimus quia hic homo peccator est. Probe dictum: Sicut Iosue, putauerit se gloriam dei quærere, cum contrario spiritu uiri fortis oratione usi sint. Ille namq; corde & labijs deũ honorã, cum Achar usurpasset de anathemate, & fors illum prodidisset: Fili mi inquit, da gloriam deo, & indica nobis quid feceris: isti autem deũ labijs honorantes, corde autem ab illo elongati. Da inquit gloriam deo, id est, nega quod accepisti. Sic õs impiorũ operit iniquitatem, & sic deprauando uias suas, tamen illuminato & clare uidentĩ manifesti sunt. Nam sequitur. ¶ Dixit ergo ille: Si peccator est nescio, unum scio, quia cum cæcus essem, modo uideo. ¶ Abscondent odium mendacibus labijs, simulant se querere gloriam dei in eo ut dicerent: Hic homo peccator est: at ille mente & corpore illuminatus & clare uidens, de huiusmodi gloria dei, sed blasphemiam liberatus est: Si peccator est inquit, nescio, id est peccatorem non esse scio. Repugnat enim illud unũ quod scio, scilicet q̃ cæcus cum essem, modo uideo, quod efficere non potuisset peccator homo. L. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit uos oculos? ¶ Nonne tibi huiusmodi percutationibus uident dicere, aliud nobis comminisceremur quod tibi factũ est, quod iam semel & iterũ dictum est, nolumus audire: sed quæ ista treretur: interrogatio magnifica ad obediendũ linguæ inique, & obtemperantibus labijs mendacibus: Nunquid illum qui oculis illuminatis testes mendaces perituros uidebat. ¶ Nemo & illis qui tunc uidebant hominẽ uidentem non uidere, & ceteris omnibus Iudæis siue hæreticis, quicũq; aliud de Christo audire uolunt, q̃ id qd in illius illuminatione significatũ est, scilicet q̃ ex illa quæ ex ore dei prodiiuit sapientiã, puluerẽ nostrũ induerit, & inde firmus illuminati, oibus inquam derisoribus, quibus hæc prædicatio scandalũ uel stultiã est, parata sunt iudicia, & corporibus eorũ mallei percutientes. Sequitur ergo, L. Respondit eis: Dixi uobis iam & audistis, quid ite: uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? ¶ Non est hoc ex tẽdiorum respondendi, sed ex iudicio rationis, q̃ sic stomachũ & inuehitur in illos dicens: Dixi uobis iã, & audistis, &c. Cur autẽ sic dixit: Nunquid & uos discipuli eius uultis fieri? Nunquid hoc de illis suspicari poterat, qui sic laudauerant eũ dicentes: Da gloriam deo, & protinus uisã nõ bonam, quã illum abducere uolebant, aperuerunt subiungendo: Nos scimus quia hic homo peccator est? Ergo interrogando acutiores elauos infixit, negans eos uelle discipulos eius fieri, & iccirco narratione iterata in dignos iudicauit. Quod magis ac magis ab effectis liquet. Nã sequitur. L. Male dixerunt ei, & dixerunt ei: Tu discipulus eius sis, nos autẽ Moyfi discipuli sumus. Scimus quia Moysi locutus est deus, hunc autẽ nescimus unde sit. ¶ Vnde hæc interpretatio pro maledictione procedit: Tu discipulus eius sis, manifestum est illic non parũ esse odium eius, de quo ille dixerat: Nunquid & uos discipuli eius uultis fieri? quomodo & ignem illic subesse certum est, unde fumum uel scintillas sub uolare, perspexeris. Vbi autẽ odium ueritatis inerat, Christi discipulatus admitti non poterat, quia uidelicet in malis uolam animam non introibit sapientiã. R. Ecce igitur hic non iam cæcus sed uidens, admirans pariter & indignans, Nunquid (ait) & uos uultis discipuli eius fieri? Male dixerunt (inquit) ei, & dixerunt

Matt. 8

Matt. 26. Luca 22

Duplex synagoga

Apo. 5

Improbata ratio phariseorum. Mat. 23

Psal. 63. Da gloriam deo Iosue. 7

Ezech. 19

Christi publicanorum iduita

Eccl. 2. 4. 1. Cor. Pro. 19

Sapientiã

Malach 2 Tu discipulus eius sis, nos autem Moyfi discipuli sumus. ¶ Nihilominus & usq; hodie suadet Christianus Iudæo, discipulū Christi fieri, Iudæus autem e contrario maledicit Christum, & omnem Christianū in synagogis suis. Sed hōz talis maledictio sit super nos. Talibus enim illorum maxime maledictionibus dominus benedicit, sicut e contra per Malachiam prophetā: Et maledicam (inquit) benedictionibus uestris. Nos autem inquit, Moyfi discipuli sumus. Frustra nimis adulantur Moyfi discipuli, bilingues, & animo duplici, defensores sabbathi, desertores autē dilectionis dei & proximi, subdole honorantes dei famulum, ut sidutia eius in honorem dei filium. Frustra inquam. Recalcitrat enim Moyses, & dicit: Percutiat te dominus amentia & cecitate, & furore mētis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris; Nam secundū hanc maledictionē nūc ipsi tenebras habent palpatum, & in lubrico claudican tes: gentilis autē populus, qui per illum à Christo illuminatū significabatur, uiam planam & splendiferam habet meridiem. Respondit ille homo & dixit eis: In hoc enim est mirabile, quod uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. ¶ Maledicta illorū futilia sapienter contēpserit, nec repositione digna iudicauit. Quod autem ultimū dixerant: Nos scimus quia Moyfi locutus est deus, hūc autem nescimus unde sit, fortissime redarguit: Præ admiratione (inquit) repositionem ad interrogata non iterari, sed hoc tantū dixi: Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? In hoc enim quod hic tanus est, ut oculos meos aperuit, & uos eū nescitis, id est, im probatis, neq; enim scire uultis q̄a deo sit, in hoc inquam mirabile est, mirabile scelus, mirum sacrilegium. ¶ Scimus enim quia deus peccatores non audit. ¶ Hoc uidelicet scimus, testante scripturā: Quia qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit. Itē iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Ergo peccatores, q̄ diu peccatores sunt, maxime qualem uos hūc esse iudicatis, deus non audit. ¶ Sed si quis cultor est dei, & uoluntatem eius facit, hūc exaudit. ¶ Hac propositione data, quia refelli non potest, protinus as sumit. ¶ A seculo non est auditū, quia aperuit uis oculos cæci nati. ¶ Et hoc sine dubio, uelint nolint aduersarij, oportet concedi, q̄a uidelicet nihil tale reperitur in Moysē, aut in prophetis. Proinde continuo concludit sic. ¶ Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquam. ¶ Et notanda diligenter huiusce argumentationis colligatio: Scimus inquit, quia peccatores deus non audit, sed si quis cultor dei est, & uolūtatem eius facit, hunc exaudit. Non utiq; quemuis sui cultorem, neq; qualemcūq; facientem suā uoluntatem deus ita exaudit. Nam à seculo multi cultores dei fuerūt, & multi uoluntatem eius fecerunt, sed à seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. ¶ Magna quidem audita facta sunt à Moysē & prophetis sed cuncta que fecit Moyses, extra hominē, id est in elementis mūdi fecit, pauca uero eorū que prophete gesserūt, qui utiq; Euangelice gratiæ, & tempore, & prædicatione uiciorum extiterunt, intra hominē facta sunt, sicut resuscitatio mortui per orationes Helise, iterūq; Helisei. Cū ergo non qualescunq; sed præcipuos utiq; cultores suos deus sic exaudiat, ut talia facere possint, uera profecto & constans conclusio est, nisi esset hic à deo, non poterat facere quicq; id est nec elementis imperare, nec amissam mortuis uitam restituere, ne quillud quod nunq; fuerat in homine cæco nato lumen infundere, q̄d à seculo non est auditum, & si alia magna audita sint. Igitur accusatores & testes iniqui, non tam inquisitores q̄ derisores iudicij, in sua propositione, qua dixerant: Nos scimus quia hic homo peccator est, forti & no dōsa per unū oratione redarguit & conclusi sunt. Vnde quia uia rationis euadere nequeunt, more solito ad conuicia prorunt dicentes. ¶ In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerūt eum foras. ¶ Beati inquit eritis, cum maledixerint uobis, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanq̄ malum. Iam istum maledixerunt, dicentes: Tu discipulus eius sis, & exprobrauerūt dicentes: In peccatis natus es totus, & eiecerūt extra synagogā, id est anathematizauerūt eū. Ergo sic illuminatio gentium, sic & passionēs sanctorū iam in isto præsignate sunt. Mentiumur utiq; de corde suo iudicantes, in peccatis natus es totus, id est propter peccata tua uel parentū tuorum natus es cæcus. Nam ueritas de illo iam dixit: neq; hic peccauit, neq; parentes eius, ut cæcus nasceretur, sed ut manifestarentur opera dei in illo. Fateamur tamen nos omnes, quia reuera toti in peccatis, id est, cæci nati sumus, sed etenim completa in nobis propheta, que dicit: Et ducam cæcos in uiam quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam, docendi auctoritatem habemus, ut nos æmulentur, & fiat illud eis quod per Moysen ad ipsos dictum est: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram uos mittam. ¶ Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras. Et cum inuenisset eum, dicit ei: Tu credis in filium dei? ¶ Leuiter quidem dictū uidetur, audiuit Iesus, sed reuera grauissimum est, clamorem peccatorum tetigisse aures: Expectauit inquit ut faceret iudicium, & ecce iniquitas & iustitiam, & ecce clamor. ¶ Neq; hoc sine pondere dictum est: & cū inuenisset eū. Inuenit em̄ Iesus q̄s mundus perdit, inuenit salus q̄s perditio derelinquit. Inuenit autē de prope iuxta enim est dominus his qui tribulato sunt corde. Item de uiro fideli: Cū ipso sum inquit in, tribulatione. Quæ sequuntur simpliciter, id est absq; necessaria similitudine de

homine

homine illo ratio postulat intelligi. Non enim quomodo prius ille homo ad natotiam Syloe missus lauit & uidit, & deinde dicitur ei: Tu credis in filium dei, sic qui usq; nototiam prius baptisinate lauandus est, & postea ad interrogandum. Ergo unius hominis deuotio, qui tunc erudiebatur pensanda est, de quo & subditur. Respondit illi & dixit: Quis est dominus in quem credam in eum? ¶ Hactenus nempe homo iste illud significabat quod nūc est. Significabat enim nos, q̄ catezichandi & baptizandi essemus, & nunc ipse catechumenus est. Nā antehac filium dei nesciebat, in quem fides esset credendū, cum dicit: Quis est dominus, & credam in eū. Catezichatur ergo, & illius fides super oculos mentis eius ponitur, qui paulo ante per lutum super oculos corporis positum signabatur, nam sequitur. ¶ Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, qui loquitur tecū, ipse est. ¶ Rem grandē dicitur, scilicet & qui loquitur tecū, ipse est, opportune præmissi: & uidisti eum, uidelicet ut per commemorationē magnæ uirtutis magniq; bene ficij beneuoluntatem faceret animum auditoris. Quærenti enim, quis est filius dei, quid est dicere, & uidisti eum, nisi ipse est qui aperuit oculos tuos, ut uidere possis eū? Captata ergo beneuolentia, confestim: & qui loquitur (inquit) tecum, ipse est, quod utiq; gratiosius, & a iactantia suspitione longius est, q̄ si ita dixisset: Et ego ipse filius dei sum. Nec uero frustra semetipsum credidit hūc filius dei, ut diceret: & qui loquitur tecum, ipse est. Nam audi, audi in quā & uide, quid fuerit, & quid ipse esse nouerit in isto homine, de quo alio loco dictū est: Ipse em̄ sciebat quid esset in homine. ¶ At ille ait: Credo domine. Et proci dens adorauit eum. ¶ De hoc primitiuo adoratore filij dei duo hæc notanda sunt, quæ de nullo adorante illi legis, q̄a uide licet, & credo dixit, & proci dens. Nam & leprosus quidem legitur adorasse, non tamen dixisse credo in te, neq; proci dens, sed tantum (ut Marcus testatur) genu flexisse: Hic unus inuenitur ram uoce confessionis, q̄ gestu corporis, ne cessariam perficiens adorationem filij dei, & iccirco recte per singulos annos in exemplum proponitur sanctæ ecclesiæ catechumenis, instanter solennitate paschali, baptizandis in morte Christi, in qua & ille post hanc confessionem uel adorationem sine dubio lauari dignus fuit. Igitur postq̄ hæc acta sunt, audiamus subsequendam dicta saluatoris, & sic illum attendamus, tanquam exponentem, quid abscondite ex eundo de templo Iudæorum, & cæcum tali ordine illuminando fecerit nobis, ac dein de iudicij profertem de pastoribus illis, qui hanc ouem, id est hominem illuminatum foras eiecerant. Sequitur. ¶ Et dixit ei Iesus: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. ¶ Magna & iusta sententia cōpetenter in tempore suo dicta est. Nam quia factum fuerat iudicium iniquum, non iudicium sed iniquitas, scilicet quod d pharisæi sepe dictum hominem eiecerant foras, recte is cuius est omne iudicium, ad quem pertinet regere, quæcunq; per iniqua iudicia fiunt. In iudicium (inquit) ego ueni in hunc mundum. Et quia non aliam ob causam illum eiecerant, nisi quia cæcus cum fuisset & nunc uideret, illum natorem suum blasphemare noluerat, recte poenam, quam illis repensurus est iudex, cæcitatem appellat. ¶ Vt qui non uident (inquit) uideant, & qui uident, cæci fiant. De causa enim illuminati hominis, qui cæcus fuerat, quomodo eiecerant eum foras, congruum poenæ uel uitæ dicit eorum uocabulum datur est. Nec solum dixit: Vt qui uident cæci fiant, sed etiam ut habeant quos poenaliter æmulentur: & qui non uident inquit, uideant. Vbi ergo audimus iudicium, dicente iudice: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ipsum expectemus iudicij ordinem, scilicet ut qui reos iudicaturus est, iam nūc ipsorum dicat reatum, ipsumq; perpetrati reatus modum atq; uocabulum. ¶ Reatus est, quia nō per ostium intrauerūt, sed aliunde ascenderunt in ouile ouium: modus, quia non solum furari, sed & mactare, & perdere uenerunt, & ipsum pastorem bonum, cuius oues sunt, occidere quærūt, quod & perfecturi sunt. Vocabulum reatus eiusdem legitima cū diffinitione positum hoc est, quia fures & latrones sunt. Fures, quia furantur: latrones, quia quod furantur occidunt. Ac proinde his qui non uidebant, uidentibus excæcandi sunt, & sicut alibi uerbis alijs, sed eodem sensu dictū est: Multi ab oriente & occidente ueniuntibus & recumbentibus cū Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum, eiciendi sunt in tenebras exteriores, quod hoc ordine ingrediunt. ¶ Et audierūt quidam ex pharisæis qui erant cum eo, & dixerūt ei: Nunquid & nos cæci sumus? ¶ Ex pharisæis qui (sicut supra dictum est) iam conspirauerant, ut si quis Christum confiteretur, extra synagogam fieret, quidam cum illo erant, non utiq; sequentes, sed persequentes non imitatores, sed infidiatores. ¶ Sunt autem pharisæi clerici Iudæorū, si ergo Iudæi uidere sibi confidunt, quanto magis pharisæi duces eorū: In quo uero sibi uidere Iudæi sibi confidunt: Si autem (inquit) Apostolus) tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nostri uoluntatem eius, & probas utiliora legis, instructus per legem, confidis te ipsum ducem esse cæcorum, lumen eorū qui in tenebris sunt, &c. Igitur cum dixisset dominus: Et qui uident cæci fiant, cognoscentes q̄ de ipsis diceret. Nunquid (aiunt) & nos cæci sumus? Nunquid quia tu uenisti, nos quoque scientiæ nostræ lumen perdidimus? ¶ Dicit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatū. Nunc autē dicitis quia uidetis, peccatū uestrū manet. ¶ Bene & laudabiliter modera

Cæcus ille figura catechus minorum
Adoratio ei
erat melior
ceterorum
Inquit iudicij Iudæorū in cæcum
Reatus Iudæorum
Mat. 2
Pharisæi uel clerici Iudæorum
Rom. 2

moderatur sententiam suam, concedendo illis quod uidentes sint, hoc ipsum proficere comprobando, ad cumulum damnationis, poenaeque aeternae caecitatis. Nam uere caeci sunt per odium lucis & ueritatis, & uidentes per notitiam eiusdem ueritatis, utpote per legem instructi. Vnde & per prophetam deus dicitur: Educ foras populum caecum, & oculos habentem, surdum & aures ei sunt. Suo ergo malo conceditur eis quia uident, dicendo: Si caeci essetis non haberetis peccatum, nunc autem dicitis quia uidetis, peccatum uestrum manet. Quod peccatum? Illud utique quod protinus his uerbis subinfertur. Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Poterat dicere sic: Amen amen dico uobis, quonia uideris, & uidendo declinare ostium, atque aliunde in ouile ouium ascendere scitis, fures & latrones estis, & hoc est peccatum uestrum, furtum scilicet & latrocinium. Sic inquam dicere poterat, sed ne aliqua amaritudo dinem, quasi prouocata sonaret ueritas, maiori cum sua uitate seuerissimi iudicij libram tenens, peccati uniuersaliter enuntiat: Qui non intrat inquit, per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Fur uidelicet, quia furatur quod alienum est: latro, quia occidit quod furatus est. Et nota quod congrua similitudine pro tempore & re usus est. Illi namque, scilicet pharisaei, quasi pastores, sed pastoralis potestate uel autoritate abutentes, hominem illum qui illuminatus fuerat, tanquam ouem de ouili ouium, id est synagoga foras eiecerant. Ergo congrue similitudinem sumit de ouili ouium, & tam illis quam omnibus, qui cum lupi sint, pastores uideri uolunt, & subditos suorum potestati permittos, neque per ostium admittunt, neque per ostium emittunt, id est, non secundum deum, sed secundum propriam uoluntatem anathematizantes condegnant, uel assumentes iustificanti, iuxta prophetam dicitur: Uiuificabant animas quae non uiuunt, & mortificabant animas, quae non moriuntur. Omnibus inquam edicit, quod hoc pacto non per ostium in ouile ouium introierint, sed aliunde ascenderint, & proinde fures & latrones sint. Nunc de his maxime ad quos, uel contra quos sermo est, dicendum est: Amen amen dico uobis (inquit) qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Hic iam illud subaudiendum est, quod posterius dicitur: Ego sum ostium ouium. Constat autem, quia pharisaei non solum per ipsum intrare recusabant, sed & ipsum agnoscere uolebant, dicentes: Hunc autem nescimus unde sit, & adhuc quid peius est, istum conspirauerant, quod si quis per ipsum intrare uellet, si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Et profecto iccirco hunc hominem de synagoga foras eiecerant, quia per ipsum intrare iam coeperat. Rectissime ergo dicitur eis hoc prouerbiu, per quod significatur de ipsis, quia fures & latrones sunt, quia uidelicet per ostium, id est per Christum, nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. Igitur si caeci essetis, inquit, id est si non consideretis in uobismet ipsis, & si non tulissetis clauem scientiae, nec ipsi introeuntes, nec alios intrare permittentes, peccatum non haberetis, illud scilicet, quod ostium, id est me, per quem intrat in ouile ouium, tantopere declinat, & obstruere contenditis. Nunquid enim secus ostium declinare nouit, & non potius ignoras & erras ab eo diuerit? Itaque iustum fiet iudicium, ut qui non uident ostium, uocentur & ducantur ad ipsum, moxque introducti uideant: qui autem uident ostium, & inuidentes ostio, uel uisuperantes illud, aliunde ascendunt, ad hoc ut faciendo de synagoga patris sui diaboli, mactent & perdant, ipsi continuo caeci fiant, uidelicet sic foras expulsi, ut iam nec ostium inueniant, nec aliunde ascendere praeualeant. Sequitur: Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Hoc plane consequitur eum, qui intrat per ostium, ut sit pastor ouium, sicut econtra eum qui ascendit aliunde, consequens est esse furem & latronem. Intrare autem per ostium quid est, nisi imitari Christum, qui ipse sicut paulo post dicit, pastor est, & ostium? Item quid est Christum, nisi non a seipso quicquam uenire, sed cum subiectione obedientiae, mittentis siue uocantis sustinere imperium? Christus enim non ipse sibi pastorem nomen, aut officium, siue possessionem usurpauit ouium, sed a patre iussus & missus, curam requirendae ouis centesimae, quae petierat, obedienter suscepit, sicut ipse contestans: Neque enim inquit a me ipso ueni, sed ille me misit. Quod & apostolus uerbis alijs comprobans: Nec quisquam (inquit) sumit sibi honorem, sed qui uocatus est a deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum dicens: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ergo non a seipso uenit, neque seipsum commendat, sed commendatorem deum expectat, ut pastor fiat, intrat utique per ostium, quia sic imitatur principem pastorem Christum, multumque dissimilis est illis, propter quos, uel contra quos haec maxime dicuntur, Annae & Caiphae, & qui reuera aliunde ascenderant, & iccirco non mirum uocabant, quod fur abantur, & mactabant, & perdebant, quia fures & latrones erant. Non enim uocati sunt a deo tanquam Aaron, sed contendendo irruentes alter super alterum, uenale sacerdotium in partes annuas sciderunt. Sequitur: Huius ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Huius (inquit) qui intrat per ostium, id est, qui ordine legitimo propter deum pastorem foris ostium, ostiarius aperit, quia uidelicet ut studium eius ouibus profit, auditorum corda per gratiam sancti spiritus praeuertit. Quod

Esa. 45
CAP. X
Fur & latro.
Ezech. 13
Pharisaei fures & latrones
Luc. 11
Iustu Christi iudicium
Ioh. 8
Quid est intrare per ostium
Luc. 17
Ioh. 5 Heb. 5
Psal. 109
1. Pet. 5
Venale sacerdotium Annae & Cayphae
Ostiarius ueris pastoribus aperit

Quod legitimo pastori Paulo apostolo fiebat, cum diceret Corinthiis: Permanebo autem Ephesi usque ad penthecostem, ostium enim mihi apertum est magnum & euidentis. Tale est illud quod in Apocalypsi, angelo Phyladelphiae Ecclesiae promittitur: Haec dicit sanctus & uerus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Scio opera tua: Ecce dabo coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, & cetera. Tunc enim sanctus & uerus humanorum pectorum clauicularius angelo Phyladelphiae, quod interpreatur dilectionis fraternae, scilicet predicatori cupienti saluti proximorum proficere, ostium magnum aperit, sciens opera eius, quando perpendens intentionem cordis eius, intelligentiam faceri uerbi paterere illi dignatur, & labori eius, ut fructum faciat, praueuienter ac subsequeute gratia sua, cooperatur. Et nunc qui dem ostiarius est ipse qui haec loquitur, qui anrequam per uictoriam mortis glorificaretur, humilis ianua uidebatur nunc (inquam) non solum ostium, sed & ostiarius est, ex quo ascendens in altum, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus. Exinde namque ostiarius quoque esse comprobatur, quia ipse dedit quosdam quidem apostolos, alios autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores. Nec uero confusionem facit, aut facere debet ullam, quod ipse idem & ostiarius, & ostiarius est. Nam in ouili quidem brutarum ouium, aliud ostium, atque aliud est ostiarius: ut in grege rationali, quod ostium, quod ostiarius est. Etenim quemadmodum unus idemque dominus noster Iesus Christus, & uita, & ueritas, & uita est, sic non solum ostium, sed & ostiarius, & adhuc ipsa ouium est pasqua. Est autem in ostio & ostiario nonnulla profectiuum nostrorum distinctio. Nam dum per fidem catholicam quisque nostrum ad Christum accedit, Christus illi ostium est: quando autem accepto gratiam aliquam idem gratiarum distributor largitur, iam ostiarius est. Sic & uicinis post ipsum pastoribus apostolis, ante passionem suam Christus tantummodo ostium erat: ex quo autem resurgens a mortuis, potestatem accepit, sicut ait ipse: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, iam & ostium, & ostiarius existit, & uerit ostiarius aperit. Quid deinde: Erues inquit illum sequitur, hoc plane dignum est, & sic ipsis ouibus expedit. Christi quippe oues non essent, si apostolos Christi & omnes quibus hic ostiarius aperuit non sequerentur, & si uocem, id est doctrinam eorum nescirent, uel non approbarent. Nam talibus ipse dicit: Qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. Quia fretus auctoritate Paulus: An inquit experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus? Itaque cuiusque ostiarius aperit, oues uocem eius sciunt, & sequuntur eum, & quicumque sequuntur oues sunt. Qui autem sequi contemunt, ipsa rebellionem suam testes sunt sibi, quia non oues, sed haedi sunt. Sequitur: Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Quam dissimilis est iste quicumque per ostium intrauit, uel cui ostiarius aperuit, furibus & latronibus illis, qui declinantes ostium, aliunde ascendunt. Illi nempe nequaquam oues uocant nominatim, sed econtra peruersis utuntur nominibus, dum dicunt bonum malum, & malum bonum: id uocant tenebras lucem, & lucem tenebras, ut iustificent impium, pro munere, & iustitiam iusti auferant ab eo, quemadmodum fures & latrones, propter quos, uel contra quos haec maxime dicuntur, quia hominem illum, qui caecus fuerat & uiderat, alieno nomine uocantes, maledixerunt & exprobrauerunt, & eiecerunt tanquam malum. Non ita iste, sed proprias (inquit) oues uocat nominatim. Proprias (inquit) uidelicet, quia Christi oues dilectionis affectu suas fecit, uel quia pastorem principii pastor ipse proprio labore, & cura nutrita illas quae non erant, acquisiuit. Vocatque illas nominatim, id est, cum sint oues non haedos uocat, sed ut sint oues blande ac familiariter appellat. Et si quando haedi fuerint, non hoc maledico ore tyrannizando impropere appellat, praesertim cum ipse princeps pastorem per psalmistam dicat: Nec memor ero nominum eorum per labia mea, nisi forte pro utili commemoratione gratiae purificantis, sicut apostolus, cum uetera commemorasset nomina dicens: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque auari, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque rapaces regnum dei possidebunt: cum inquam haec uetustatis nomina contigerit, statim dei gratiam commendando subiungit: Et haec quidem fuisse, sep abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Itaque nominatim uocat illas, id est eo nomine quod super nos magnus pastor scripsit, obliteratis proprijs nominibus, nomen dei sui, & nomen suum nouum, nomen filiorum dei, quod est nomen Christianum, de quo & per prophetam: Uocabo inquit seruos meos nomine alio, in quo quod benedictus est, benediceat super terram. Et sic uocando educit eas inquit. Vnde educit, uel quod educit? Iam quidem quotquot oues Christi sumus, ex ipso quod sumus oues, educti sumus de tenebris errorum antiquorum, iamque per manum pastorem suorum eripuit nos deus de praesentis seculo nequam, & transfudit in regnum filij dilectionis suae. Veruntamen est adhuc, & plerumque euenit, unde plerisque nostrum, qui iam sumus oues Christi, oportet educi, imo & clamore grandi euocari, sicut per Lazarum quoque significatum est, quem iam foetentem, &

1. Cor. 5
Apo. 3
Christus & ostium, & ostiarius est
Psal. 67
1. Cor. 12
Ioh. 14
Quoniam ostiarius dicitur
Mat. ultimo
Pastor & audi re ac leg debet oues uel ipse Christus
Luc. 10
2. Cor. 13
Mali pastores
Esa. 7
Oues proprias
Quid euocare nomen a: i
Psal. 117
2. Cr. 6
Esa. 7
Gal. 1
Educendo oues de foetibus praesentis seculi.

Quod

Iohā. 8

1. Cor. 7

2. Cor. 6
Gal. 4

Pastor bon⁹
an oues suas
vadit bonis
exemplis
Plal. 49
1. Cor. 9

Matizy

Qui dicatur
hic alieni,
blasphemus
hæretici

Responso
simplicit⁹
tra hereticos
Apo. 2

Iohā. 1

Eccle. 29

Quid puer-
bium.

Iudg. odio u-
ritate cogita
cti sunt

Ezech. 54

quatruiduanum legimus magno domini nostri Iesu Christi clamore fuisse resuscitatum. Sor- didantur quippe oues plerumq; etiā postq̄ tonsē & salubri flumio lotæ fuerint, & ipsis fuorum uitioꝝ morbis delatata, in praua concluduntur consuetudine, aut etiam hæretico (quod grauius est) sedatur errore. Laborat hic pastor ouium, qui per ostium intravit, cui ostiarius aperuit, & uocibus utens, nunc quidem asperis, Verbi gratia, cum dicit Apostolus: Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nunc uero blandis cū idem ipse ad eosdem: Os nostrum (inquit) patet ad uos d Corinthij, cor nostrum dilataū est, siue ad Galatas; Filiiolime, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Reuera uocat oues nominatim, donec educat eas, id est, prauam in illis fornicationis consuetudinem expurget, uel fidei firmitatem reformet. Quod quia non sola uoce prædicationis, sed & operis quoq; exemplo perficitur, protinus subiungitur. Et cum proprias oues emisserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt uocem eius. Hoc nempe illi oues emiserit, ut illas per uerbum exhortationis, uadat ante illas per exemplum boni operis, ne quando dicat illi deus peccanti: Quare tu enarrasti uias meas, & assumisti testamentū meū per os tuū. Tu uero odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum; &c. Quod præcauens Apostolus dicebat: sic curro, non quasi in incerto; sic pugno, non quasi aërem uerberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ergo cum proprias oues emisserit pastor legitimum, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, sequuntur inquam, hoc nempe illis expedit ouibus. Si enim de hypocritis & simulatis pastoribus: Omnia inquit quæ dixerint uobis seruate & facite, secundū opera uero eoz nolite facere, dicunt enim & non faciunt; quanto magis sequi oportet eos, qui dicunt & faciunt. Sequitur ergo illum, quia sciunt uocem eius, quia ueram & sanam esse cognoscunt doctrinā eius. Alienum autem non sequuntur, fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alieno- rum. Alienos non qualescūq; hypocritas, sed eiusmodi fures atq; latrones hic accipi oportet, quales erant isti, propter quos hoc prouerbiū dictum est, quoz erat uox aliena multū, ut po- te ad blasphemiam prouocans dicendo: Da gloriam deo, non scimus q̄ hic homo peccator est, & non est hic a deo. Quam utiq; uocem non agnoscens, imō agnoscere nolens, sepe dictus homo qui cæcus fuerat & uiderat, noluit sequi, sed fugit ab eis, ut uere alienis, & fugiens mēte, corpore quoq; ab eis passus est se expelli. Tales proculdubio sunt omnes hæretici, quicūq; integre nolunt audire mysteriū fidei, quod continetur sub illis eiusdem hominis uerbis de se ipso, illuminatori suo testimonij perhibentis. Lutū fecit ex spūto, & linitit super oculos meos, & abij, & laui, & uidi. Igitur quæcūq; ueræ oues sunt, alienū non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienoz. Non nouerunt inquam, nescierūt neq; scire uoluerunt, quæmadmodū & scire nolebat ille, qui dicentibus sibi: Nos scimus quia hic homo peccator est; si peccator est (inquit) nescio, hoc unum scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. Quod est simplex ouis, id est fideles, & catholicos homines, qui non cognouerunt altitu- dinem satanæ, dicere alienis, scilicet Iudæis, & cunctis qui de incarnatione filij dei male sen- tiunt hæreticis. Scimus & scientiam habemus, dicitis: Nos autem scimus, utrum stulti an insipi- entes sitis, de quibus pariter scriptum est: Simul insipiens & stultus peribit, hoc unū scimus. Qui cæci, id est ignorantes deum, cū essemus, nunc per hoc ingressi ostiū fidei, qd est: In prin- cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbu, hoc erat in principio apud de- um, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, & hoc uerbu caro factum est, & ha- bitauit in nobis. Per hoc inquam quasi lutū ex spūto, quod est sapientia, quæ ex ore altissimi prodiiuit, & puluere nostro confectū, semel sumus illuminati, gustauimus etiam donum cæle- ste, & particeps facti sumus spiritus sancti, gustauimus nihilominus bonum dei uerbu, uirtu- tesq; seculi uenturi, sequit. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus. Prouerbiū est, quando uerbu ali- ud pro alio uerbo dicitur, uidelicet ut unū per aliud ualentius commendetur, & efficacius in- telligatur. Quod genus dicitur, siue ornatus dictionis in sacris scripturis usitatum est, diuini- tibus prouisum, tam ad delectandū diligentem auditorem, q̄ etiam ad edendam laborem su- perbiā, & intellectū a fastidio renouandū, cui facile inuestigata plerūq; uilescunt. Et sic ma- xime hoc loco fieri decuit, ut conuinceret illos: superbia, q̄ de claritate uel acumine intelligē- tiæ ac scientiæ suæ presumentes, paulo ante dixerant: Nūquid nos cæci sumus? Nam protu- bar de oculis eoz ut cæci fierent, qui dixerant: Nūquid nos cæci sumus? Nonne si reuera uiderent, & non odio præsentis ueritatis iam cæciterent, cognoscere potuissent hoc prouer- bium, qd loquebat eis saltem per uisionem propheticæ scripturæ, quæ Ezechiel dicit: Vesp- storibus Israel, qui pascebant semetipsos? Ac deinceps: Nonne inquit, greges pascent a pasto- ribus: Lac comedatis, lanis operiebamini, & qd crassum erat occidebatis, gregem autē meū non pascebatis. Et post pauca: Ecce ego ipse super pastores, & requiram gregem nostrū de manu eoz, & cessare faciam ut ultra non pascant gregem meū, nec pascant amplius pastores semet-

semetipsos, & liberabo gregem meū de ore eoz, & non erit ultra eis in escam, &c. Item in fine eiusdem capituli: Vos autem inquit greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis, ego domi- nus deus uester dicit dominus. Si ergo non iam cæci fieri inciperent, quomodo nō cognouis- sent de qualium ouili ouiu loqueret eis? Dixit ergo eis itez: Iesus: Amen amen dico uobis, q̄ ego sum ostiū ouium. Quomodo cūq; siue non ualentes, siue non uolentes cognoscere, non cognouerūt quid loqueretur eis, ostium ipsum qd clausum erat, se aperuit, ut iam uelint no- lint, audiant ipsi, audiant & uideant qui fuerant cæci, quod ostiū, qd ouile dixerit: Ego sum inquit ostium, hic iam subauditur necesse est, nec enim ignorari potest, quod de seipso dixerit supra: Qui non intrat per ostium in ouile ouiu, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Proin- de cum hac propositione qua dicit: Ego sum ostiū, subaudita & assumpta sententia, quam præ- misit, recte concludit sic: Omnes quotquot uenerūt, fures sunt & latrones. Nemo si ipse est ostium, imō q̄ ipse est ostium, omnis autem qui non intrat per ostium, fur est & latro, igitur quotquot uenerūt, fures & latrones sunt. Nemo quippe illoꝝ qui tunc uenerant, & tunc in ouili tyrannizabant, intrauerant per ipsum, quia non uenerant prædicando, & seruando dei uerbum, sed uenerant negando & blasphemando dei filium. Et de his qui tūc erant eum dixisse manifestum est, quia præsentis temporis uerbo fures sunt, & non præterito dixit, fures fuerunt. Veruntamen siue præsentis, siue præterito tempore, quotquot uenerūt, fures fuerūt & fures sunt, quia uenerant a semetipsis, neq; a deo missi uel uocati sunt, qd est non intrasse per ostium. Aliud namq; est ostium, omnis uenisse, aliud in nomine domini, uel a deo uenisse, unde prophetæ & sacerdotes sancti non tantū uenisse, sed in nomine domini uenisse, uel in nomine domini locuti esse dicendo sunt. Igitur quotquot uenerūt, subauditur quia mis- si uel uocati non sunt, neq; cum uerbo dei uenerūt, fures (inquit) sunt & latrones. Sed non audierūt eos oues. Hoc iam & supra dictum est, quia alienum non sequuntur, sed fugiūt ab eo, quia non nouerunt uocem alienoz. Non inquam audierunt, neq; audierunt eos, qd diu fi- et illud quod præsignatū est per hominem illum, qui supra dicto modo uel ordine illuminat- us, maluit eici foras, q̄ audire furum aut latronū blasphemias. Itez dicit: Ego sum ostium. Cur hoc dicit iam uice altera, nisi quia non unū tantū, sed duo sunt ouilia: hoc etenim post ali- qua dicturus est: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Utergo sese unū eundemq; significaret, qui antiquoz pastores, scilicet Moysen & prophetas dedit, & nūc electione sua no- uos, scilicet Apostolos admittit, semel & itez: ego sum ostium dixit. Et primo cum dixisset ostium de præterito, subiunxit: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones, sed nō au- dierunt eos oues. Secundo cum dicit, ego sum ostium, de futuro subiunxit: Per me si quis in- troierit saluabit, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ita distinguens non unū ou- ili, duo ostia (qd uulgo facile est fieri) sed qd longe mirabilius est, unum ostium duobus ouili- bus attribuit, ut necessario consequat qd dicitur est paulo post: & fiet unum ouile, & unus pastor: Et ingredietur (inquit) & egredietur, & pascua inueniet. Olim quicūq; ingrediebatur siue indigena Israelites, siue aduena, pelythus, pascua legis & prophetaz inueniebat, sed egre- diens, quia paradysus nondū reueratus erat, egre diens inquam a præsentis uita, pascua non in- ueniebat. Demceps autem, si quis introierit (inquit) saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, quia uidelicet & per fidem ingressus præsentis Ecclesiæ ouile, uirecta car- pet, tam legalis doctrinæ, q̄ & euangelicæ gratiæ, & egrediens per mortē carnis, statim deli- ctijs perfruet paradysū, cuius usq; ad interiora iam peruiū factum est hoc ostium, dominus Iesus per mysteriū suę sacrosanctæ passionis, sequit. Fur non uenit, nisi ut furetur, & macet, & per- dat. Singula horū quæ dicta sunt, ut furetur, macet, & perdat, significationes habent pro- prias, & per hæc certa enumeratione partium, cuncta non qualiscūq; furis, sed eius qui (ut su- pra dictum est) fur est & latro, prescripta est atrocitas, aliud namq; est qd furatur, aliud quod macet, aliud qd perdit. Quid enim furatur, nisi aurū, & argentū: aurū sapientię dei, & argen- tum eloquij mystici, uel ut magis in metaphora sermo persistat, quid furatur, nisi salubria ouiu pabula, fur timq; corrumpit, quādo per ueris traditionibus sacram scripturam eo sensu defrau- dat, quo illam spiritus sanctus scribendam uel legendam tradidit: Unde & Apostolus cū di- xisset: si autem tu ludęus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nostri uolū- tatem eius, & probas utiliora legis, instructus per legem, confidens te ipsum ducem esse eoz, lumen eoz qui in tenebris sunt, statim intulit: Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui abominaris idola, sacrilegium facis: Digna profecto inue- ctione, & magni uigoris argumento usus est. Nam quanto barabbas latro, uel quilibet eius similis, profosor fuit homine illo, cuius a natiuitate cæci (ut supra narratū est) dominus no- ster oculos aperuit, tanto detestabilius est fur iste, qui in peruersione scripturaz, uel operum Christi, huiusmodi sacrilegiū facit, homine gentili, quem ipse iudicat, eo quod ostium non ui- dens, idolum surdum & mutum pro ostio ambiat. Hic igitur ad hoc uenit, ut furetur. Ingresso autem fure huiusmodi, necesse est oues utrobq; periclitari, Nam si furto ueritatis cōsentire

Cur aut fures
sunt: & nō fu-
res fuerunt

Aliud est ue-
nire, aliud in-
notie diu uent
re aut uenisse

Duo Christi
ouilia

De aut q̄ ouis
legredietur?
p mortē non
erant pascua
ut nunc in pa-
radiso

Quid fura-
tur hic fur

Romā

Fur iste pe-
ior pagano

Ezech. 34

Mat. 10
Quādo licet
pastori fugi
re, qñ non,

2. Cor. 11

Phil. 4

Duo precepta
charitatis per
Chr̄m impleta
Mat. 22
1. Iohan. 5

Cognosco
meas, cōpati
endo diligo.
Pro. 12
Psalm. 122

Daniel. 9

Questultate
Iudæi.

tinere ad eū de ouibus. **Sola ergo causa fugiēdi est, q̄a mercenarius est, quia mercedibus tran-**
storijs inhiat, & dū illis cōtētus ē, lup⁹ rapit & dissipat oues. Nec solum⁹ lupo ueniēte fugit,
sed & quādo iuxta Ezechielē, collidūtur arietes & hirci, dū lateribus & humeris impingūt, &
cornibus suis uentilat omnia infirma pecora, donec dissipātur foras, fugit idē mercenarius ab
scōdēdo se, nō iudicāns inter pecus & pecus, aut certe nequius quod crassum ē affūmit, & quod
debile ē, p̄cipit: uidelicet, iustificās impiū pro muneribus, & iustitiā iusti auferēs ab eo. ¶ Sane
cū alibi dicat: si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam: tunc irreprehensibiliter pa-
stor fugit, quando aperta p̄secutiōe furis hæretici, siue lupi diaboli, per gentile potestātē pa-
storiā suā exerentis, pastor ipse quæritur, ut oues eius præfidio destituantur. Quod Paulus apo-
stolus non solum⁹ irreprehensibiliter, uerū etiam laudabiliter fecisse legitur, quando Damasci p̄-
posito gentis Aethiæ regis custodiēte ciuitatē, ut eum cōprehenderent, a fratribus per ma-
rum summiffus est in spora, & sic effugit manus eius. Non enim fugit, ut oues destitueret, sed
ut ouium saluti seipsum referuaret. Cæterū omnes qui absq̄ eiusmodi causa fugiūt, qui oues
dimittunt, hic pastor & episcopus animarum nostrarum merito excludit a numero pastore.
Quibus explosi iterum dicit: Ego sum pastor bonus. ¶ Et notandum quod & superius bis,
ego sum ostium dicit, & nunc iterum bis, ego pastor bonus inquit. Ipse ostium & ipse pastor,
ipse tam anterioris q̄ & posterioris ouis unum ostium, & unus est pastor: iterum in quā dicit
Ego sum pastor bonus, atq̄ eiusdem bonitatis affectū, protinus adiungit, dicens: Et cogno-
scō meas, & cognoscunt me meæ. ¶ Hanc & illam, quam supra dixerat rationem pastor bonus
qui animam suam dat pro ouibus, unam & eandem esse constat, ex eo quod protinus adiungit.
L. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animā meam pono pro ouibus meis. ¶
Duobus præceptis charitatis a semetipso completis, sine quibus pastor idoneus nemo unquam
fuit, nec esse poterit: nunquā enim uerus aut dignus erit discipulus huius boni pastoris, nisi q̄
(ut Apostolus ait) germane diligit gregem Christi, duobus, inquam, præceptis charitatis, bo-
nitatem suam examinatam ostendit in uno laudabili experimento, quod est, & animam meā
pono pro ouibus meis. Primum & maximū est mandatū, dilectio dei, q̄ intelligitur in eo qd̄
ait: sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Secundū autē simile est huic: Diliges proxi-
mū tuū sicut teipsum, hoc nihilominus intelligendū est, in eo quod ait, & cognosco meas. Te-
circo autē præposuere, prius secundum & post signatum est primum: quia uidelicet per dile-
ctionē proximi ascenditur ad dilectionē dei. Qui enim non diligit fratrem suū quē uidet, de-
um quem non uidet quomodo potest diligere? Formam ergo suā bonitatis, qua suos imita-
tores informare cupit, ordinate exprimens, incipit a dilectione proximi, cum dicit, & cogno-
sco meas. Cognosco enim, id est diligo, imō & magnificentius charitatem suā exprimit dicē-
do cognosco q̄ si dixisset diligo. Hoc enim uerbū cum significatiōe dilectionis simul sonat ab-
fectum cōpassionis, iuxta quod Salomon ait: Nouit sapiēs animas iumentorum suorum, uiscera
autem impiorū crudelia. Itaq̄ sicut in psalmo: Quoniam ipse cognouit signum nostrum,
sic & nunc dum dicit, & cognosco meas, simul dilectionis & operose misericordię signati af-
fectum. Et cognosco, inquit meas, & cognoscunt me meæ, suaue dictum, sed terribile iudiciū
Respondetur enim hoc ad illud, quod supra dixerunt negatores eius: Scimus quia Moysi lo-
curus est deus, hunc autem nescimus unde sit. Igitur ad illos distinctionem, qui sui non sunt,
quia ngeauerunt eū, secundū quod & Daniel ait: Et non erit eius populus qui negaturus est
eum, ad distinctionem, in quā illorum, cognosco inquit meas, & cognoscunt me meæ. Aequa
utiq̄ uicissitudo negatores suos negati ipse, ac si aperte dicat: Cognosco meas, & non uos ali-
enos, cognoscunt me mei, si uos alieni non cognoscetis me. Item, & hoc dixerunt: Non est hic
pater, hoc est diligit, agnosco ego, hoc est diligo patrem. Ita ut prædictum est, pastor bonus
bonitatem suam in duobus præceptis charitatis ostendit: scilicet dilectione dei patris, & dile-
ctione proximorum, id est earum de quibus nunc loquitur, ouium suarum, quibus assumpti
one carnis, & magnitudine beneficij proximus factus est, & hoc tam ex his, quam ex cæteris
eius sermonibus altius commendatur, quod tota ouium domini cura geminā sit dilectionis
opus, quam quisquis non habet, non pastor est, sed mercenarius. Sequitur. L. Et alias oues
habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, &
fiet unum ouile & unus pastor. ¶ Ecce quantum bono pastori stultæ oues obfuerunt, in
eo quod cum malitiosis uulpibus, id est malignis spiritibus consilium ineuntes, iam conspira-
uerant, ut si qua ouium pastorem suum illum esse agnosceret, protinus humeris & lateribus
cæterarum impacta, extra ouile fieret. Nunquid conspiratio hæc gratiam pastoris euacuaret,
aut nomen eius siue facultatem diminueret? Absit. Nam & alias oues (inquit) habeo quæ
non sunt ex hoc ouili, quia non de carne patriarcharum ac prophetarum progeniæ sunt,
qui magni arietes, & aliqui etiam pastores ut DAUID, uel MOYSES, & AARON, huius
ouillis patres extiterunt. Non sunt, inquam, ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Quare?
Uidelice

Videlicet quia istæ oues prædicta conspiratione sua inuicem afflatæ, dira pestilentia contra-

buerunt, & semetipsas corruperunt, iccirco his abiectis oportet ex alijs ouibus præfinitū ante

secula, ouium supplere numerum: Me inquit oportet illas adducere. Nunquid ipse pastor, q̄

hæc loquitur, per semetipsum ad nos oues alienigenas uenit? Nonne a furibus & latronibus

in medio huius ouilis comprehensus animam suam posuit, & deinde ascendens in cœlū, nun-

quam uisus a nobis, suos tantū uicarios ad nos direxit: Ita plane, sed nec eodē modo nos mi-

nus quid ab illo magno grege habemus, quem de Aegypto adduxit idem pastor, idē deus.

Nunquid enim non per homines deus, per homines inquam, Moysen & Aaron, quibus appa-

ruerat, illas oues adduxit? Utiq̄ non magis illis q̄ nobis, non nobis minus q̄ illis adducendis

affuit præsentia uisibilis. Vnus illorum pastor tunc deum audiuit in rubo, nostri pastores ui-

derunt illum in crucis ligno, de quo ait quidam tam doctus q̄ fidelis: Tristes purgantur san-

guine culpæ, quem contorta rubus densis cruciatibus ædit. Et illi quidem duo signa dedit

dicentis non crediderit uerbo signi prioris, credent uel uerbo signi sequentis: sed & cetera itē

pastoribus duo signa dedit dicentis: si non uiderunt gloriam signi prioris, uidebunt saltem uir-

tutem signi sequentis. ¶ Etenim si non uiderimus nos, q̄ uirga in colubrum conuersa sit, & de-

uoratis magorū Aegyptiorū colubris, iterum uirga quod fuerat effecta sit, id est, q̄ Christus

rex ipse, & paternæ diuinitatis uirga regē in mortem deuenerit, quæ per colubrum in hunc

mundum subintrauit, & consumptis peccatis nostris, itē in ueram & æternam uitam regna-

turus surrexit, at saltem uidemus, q̄ de sinu manus extracta leprosa tora effecta sit, id est, q̄ to-

tum illud antiquum ouile pestilentia perfidiæ contabuerit, quod dā gratiā dei synagoga ex-

ciderit, imō & iuxta qd̄ ille prædixit: Ceciderunt in ore gladij, & captiui ducti in omnes gen-

tes, lepram suam toto orbi spectandam iam dudum circumtulerint, congemiscente Prophe-

ta ac dicente: Vsq̄ quo auertes manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem

Etenim circa finem seculi iterum in pristinū sinum gratiæ mittetur, & mundabitur. ¶ Igitur

cum per legatos suos, in quibus ipse procul dubio loquitur, nos alias oues suas uocauit, nō mi-

nus q̄ prioris ouilis oues, per semetipsum adduxit. Ait itaq̄: Et illas oportet me adducere.

Quo autem adducere? Non ad uestram synagogam d̄ putidū hirci, qui & secundum animam

in inferiora terrę introibitis, & secundū corpus tadremini in manus gladij, partesq̄ uulpium

eritis, sed ad fidem patriarcharū & prophetarū, cum quibus balare uel cantitare au detis, dicen-

tes: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius, cum sitis tauri pingues, & lasciuū uituli, Cæ-

thorū & Amorraorū saltibus innati uel educati. Ad illos in quā fidē me alias oues, uobis ab-

iectis, oportet adducere, & uocē meā audire, quā uos (ut superius dixi) propterea non audi-

tis, quia ex deo non estis. ¶ Et fiet inquit unum ouile, & unus pastor. Non dixit: & fiet unus

pastor, & unum ouile, iam etiam unus pastor est, sed fiet unum ouile, quod non dū factum est,

& unus pastor permanebit, qui nunc & semper est. Fiet inquam unum ouile, nulla distinctio-

ne habita peregrinæ & indigenæ ouis, id est, Iudæi & Græci, & ille unus pastor omnium erit,

de quo per prophetam dictū est: Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, seruu-

meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus eorum ero eis in

deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorū. His dictis adhuc perficit in commenda-

tione charitatis, qua & ille animam suam pro ouibus suis posuit, dicens: L. Propterea me pa-

ter diligit, quia ego pono animam meā, & iterum sumo eam. ¶ Tanq̄ diceret. Hoc opus magne

dilectionis, quod est bonum pastorem esse, & animam dare pro ouibus, pater diligit, & de q̄-

cunq̄ pastore hoc opus acceperit, illum amore suo dignum ducit. Poterat quippe sic dicere:

Propterea me pater diligit, q̄ sicut docuit me, hæc loquor, & a me ipso facio nihil: uel, q̄a per me

in principio cuncta fecit, & sine me factum est nihil. Verum hoc loco pastorem legitimum in firi-

tuere, uel erudire intendit, & illud notum facere, quod lucro animarum charius deo nihil sit.

Hoc igitur opportune secundum rem dixit: Propterea me pater diligit, quia ego pono animā

meam, subauditur pro ouibus meis, uidelicet ut sciant pastores animarum, quanti meriti sit,

mori pro salute earum. Sed non gaudeat fur, non lætetur latro, non exulet lupus, q̄ animam su-

am ponit pastor bonus, q̄ occiditur ouium defensor & dominus, q̄ mori potest hic cœtarū

gestator, & agnorū nutritus. Non (inquam) lætentur paruulissimi hircorum pulli, quos in uia

occidit, inuidendo morientes, & moriendo inuidentes, qui tam timere cœperant, q̄ in disper-

sonem gentium iturus esset, & docturus gentes, & sic adducturus alias oues. Non enim hoc

solum dixit: Ego pono animam meam, sed confestim addidit: & iterū sumo eam. Nec istud se-

mel dixisse contentus est, sed adhuc super inimicos suos confortatur & dicit: L. Nemo tollet

eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potest etē habeo ponendi animam meam, & iterum su-

mendī eam. ¶ Sciunt iam dudū cunctæ oues, optime de huius pastoris sui fortitudo sentien-

tes, sciunt (in quā) quia fures & latrones frustra cum lateribus & facibus & armis ad comprehen-

dendum illum misissent, nisi ipse a se ipso ponere uoluisset animā suam. Nam q̄so semel abie-

runt retrorsum, & ceciderūt, dicente illo: Ego sum, sic fieri iugiter poruisset, uel certe uno casu

Exo. 5

Exo. 4

Mysterij
ge i colubis
uerbe

Luca. 5

Psalm. 25
Alia oues
Chr̄i, genti-
les sunt

Psalm. 62

Psalm. 5. 4
Ezech. 16
Ioh. 8.
Et fiet unū
ouile

Col. 5

Ezech. 34

Lucro aiarū
deo nihil cha-
rius

Ioh. 7

Ioh. 18
Aiam Chr̄i
nemo tulit,
sed ipse eam
posuit. Luca. 25

sempiternum illorum consummari exitium. Non ergo animam eius tulit quis, quomodo iure tollitur ab unoquoque nostrum, quos in semetipso primus parens immortalitate exhaeredita...

M. d. d. t. q. d. a. p. r. e. a. c. c. e. p. i. t. c. h. a. r. i. t. a. s. e. s. t.

Ioh. 7

* Multi autem dicebant ex ipis Ioh. 7. & 8 Mar. 21

Ioh. 9.

FRONON PER TI ABBATIS TUITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIUM Commentariorum Liber Decimus.



PHETA cum dixisset in psalmo: Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunde facte sunt cogitationes tuae, continuo subiunxit: Nir insipiens non cognosceret, & stultus non intelliget haec...

Psalmo 91. Maxie stulti ac insipientes Iudaei

Encenia festiū dedicatio nis templi Festiū dedicatio nis hyeme i mēse Casleu scz Decēbri i. Machab. 4

Castellu de dicauerūt illud. Et statuit Iudas & fratres eius, & uniuersa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in tem poribus suis ab anno in annum, per dies octo, a quinta & uicesima mensis Casleu. Mensis autē Casleu, ipse est qui apud Romanos December dicitur...

1. Reg. 3

Periculū aīa rum per schi smata

Psal. 11

Ioh. 19

Quousq; antinom nostrā tollis. Efa. 16.

Mat. 12. Lucae 11

Deu. 19 Ioh. 8

Chrs se patore pot? dicit q; regem

pastor bonus, &c. Quare autē secundū nomen regiū, de quo interrogabas, dicere potuisset, non estis ex ciuibus meis, dicere maluit secundū nomen pastoris non estis ex ouibus meis, Videlicet quia satis qdem pro bonitate pastoris, sed pax pro maiestate eiusdem dictū est, in eo qd ait: Et animā meam pono pro ouibus meis. Proinde qd supra est de maiestate uel potētia suā diuinitatis, hoc modo subiungit. Oues meae uocē meam audiūt, & ego cognosco eas, & sequūtur me. Et ego uitā aeternam do eis, & non peribūt in aeternum. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unū sumus, In his & plus dictum est, qd fuerat interrogatū, quia cum de sola regia potestate quaereretur, de diuinitatis quoq; maiestate responsum est, & in omnibus tamen, ne unum quidem uerbū sonuit, quod dñū dicere possent ministri uel amici Cæsaris. Hæc enim uerba non inuasionem comminantes Romani imperij, sed mysterium continent regni dei, suntq; maxime apud gentiles iudices uerba libri signati, quem si iuxta prophetam dederis nescienti literas, & dixeris lege, respondebit nescio literas. Sic enim & Paulo contigit, quo incipiente aperire os, dixit Gallio ad iudæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus, pessimum, d uiri iudæi re- cte uos sustinerem, si uero quaestiones sunt de uerbo & nominibus legis uestræ, uos ipsi uide- ritis: iudex ego horū nolo esse. Ita ergo & nunc ipse rex cœli, qui per eundem Apostolum præ- cipit dicens: Nemini dantes ullam offensionem, non sic de regnō suo respondit, ut ostenderet potestatem terreni imperij, sed uerbis uel nominibus sacræ scripturæ utens, de quibus Roma- ni iudices esse non curarent, in hiantem contra se iudæorum elusit impietatem. Oues meae in- quit, uocem meā audiunt. Quando istud timentem superba uires Romanos; militum, ubiis q accusaretur, non euerforū urbiū, sed pastorem se profiteretur? Nempē facilius ridere q time- re huiusmodi causam poterunt, ita ut cū illusione genu flexo, dicerent: Aue rex iudæorū. Sa- ne q nunc ait: Et ego cognosco eas, & sequuntur me, idem & supra dixerat: Et cognosco me- as, & cognoscent me meae. Vita quoq; æterna de qua nunc ait: Et ego uitam aeternam do eis, il- la est pascua, de qua superius: Per me inquit si quis introierit, saluabitur, & ingre dietur, & egre dietur, & pascua inueniet. Differt tamen modus dicendi, Et ego uitam aeternam do eis, quod utiq; nemo nisi deus dicere uel facere possit. Notanda uero diligenter series huiusce dictiōis, Audiunt inquit uocem meam, & ego cognosco eas, sequuntur me, & ego uitam aeternam do eis, & non peribunt in æternum. Horum quoq; contraria de illis oportet subaudiri, quibus ait quia non estis ex ouibus meis, uidelicet qd eos non cognoscat, qd uita æterna de fraudati sint, & in æternum perierint. Nam ad distinctionem taliū hæc dicit: Oues meae uocem meam au- diunt, &c. ¶ Quod ait addidit: Et non rapiet eas quisq; de manu mea, sine dubio multis iam- dudum argumentis uniuerso orbi comprobatū est. Quid enim fures & latrones intentatum reliquerunt, quid non egerunt ut raperent oues, lupi uel omnes fere syluarū: Et tamen de ma- nu pastoris huius nullam omnino ex ouibus eius rapere poterunt, bene ergo pastor iste for- tissimus dictus est Dauid per prophetam, in quo hæc (ut supra dictum est) loquitur deus: Et suscitabo super eas pastorem unū qui pascat eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. ¶ Ille namq; & in custodia gregis, boni huius pastoris signum gessit: Pascabat inquit, seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo uel ursus, tollebatq; parietem de medio gregis, & sequebat eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorū, & suffocabam, interficiebamq; eos, &c. Grex ille, dei populū, qui dicit in psalmo: Nos autem populus eius, & oues pascuē eius; leo uel ursus, diabolus: Da- uid ipse tam fortitudine q nomine (interpretatur enim manu fortis) bonum præsignabat pa- storem Christum, qui cum de suis ouibus nullam omnino perdat: Et nō rapiat eas quisq; inqt, de manu mea. Diabolus namq; suffocauit, & nos oues suas de ore eius liberauit, omnem q; persecutorem (quales tunc erant Annas & Cayphas, cæteri q; scribæ & pharisæi, qui iam cō- spirauerant, ut pastorem hūc nulla sequeretur ouis) casto labore deceptos, furti atq; latrociniū redarguens, æterna damnatione puniuit. Vnde autem tanta fortitudo in manibus eius? Ait. ¶ Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Illud inquit, qd de dedit mihi pater meus, ui- delicet in eo qd mihi pater est, id est, illud quod sum ego non secundum carnis naturam, quæ ex hoie sumpta est, sed scdm eā naturam, qua deus mihi pater est, maius oibus est, fortius oib; est, potentius omnibus est. Quod si omnibus maius est, utiq; & raptore animarum diabolo, maius atq; fortius est. Quid tandem illud est maius omnibus, quod dedit tibi pater tuus? Et nemo (inquit) potest rapere de manu patris mei. Hoc utiq; maius omnibus est, qd de manu pa- tris mei nemo rapere potest. Nihil enim præter deum insuperabile est. Sed illud (inquit) quod dedit mihi pater, maius omnibus est. Quid igitur ille pater huic filio suo, nisi omnipote- tiam suam dedit: ut nemo rapiat de manu filij, sicut nemo potest rapere de manu patris: ¶ Pro- inde de continuo recte subinfertur: Ego & pater unum sumus. Nimirum hinc illud maxime pē- det, quod iam dudum catholica fides inter Arrium & Sabellium, tanq; inter scyllam & Chary- bdim

Risio Chri de diuinitate ierophēnabit corā preside Efa. 29

Act. 18

a. Cor. 6

Mat. 17

Nemorapier oues Chri de mana eius

Ezech. 34

Dauid figu- ra Chri in cu stodiagregis i. Regū 17

Psalmo. 54

Quod dedit mihi pater, maius omnibus est

Ego & pater unum sumus

bdim nauigans, per suos fortissimos remiges uno ore conclamare consuevit, neq; confundē- res personas, neq; substantiam separantes: Alia enim est persona patris, alia filij, addēdo etiā, alia est spiritus sancti: Vna est diuinitas, æqualis gloria, cœterna maiestas. Sabellius namq; q & Patripassinus personas confundit, dicen do unam eandemq; esse personam patris, & filij, & spiritus sancti. Contra Arrium, aliud inquit pater, aliud est filius. Pater increatus, filius uero creatura est. Vtrinq; stultitiam catholica fides detestatur, firmiter tenens & pluralis numeri, uerbum, quod est sumus, & neutrale unitatis dictionem: Vnum enim inquit, non unum. Sic etenim dicit dei filius: Ego & pater unum sumus. Per hoc qd ait unum, substantiæ unitatem; Et non rapiet eas quisq; de manu meae de patre uero: Et nemo potest rapere de manu patris mei, & continuo subiungit: Ego & pater unum sumus, hoc proculdubio uult intelligi, quia patris & filij una est diuinitas, una eademq; omnipotentia, una substantia, una natura, quod Græce *ὑπόστασις* dicitur, quodq; confitentes nos, recte homouersiani dicimur. Hoc uocabulum Arriani frustra calumniati sunt, dicentes, secundum Apostolum deuitandas esse profanas no- uitates uocum, & iccirco consequenter hoc nomen esse deuitandum, eo qd non inueniatur in toto canone scripturarum. Nomina namq; uel uerba, cum signa sint rerum, utiq; rebus ipsis cuncta posteriora sunt, quia propter significandas res inuenta sunt. Oportet enim prius ex- istere, & deinde signa rerum. Constat autem nec ante Euangelium, nec nisi per Euangelium mundo innotuisse deum dei filij. Igitur ubi ipse, uel cœterna patri diuinitas ipsius per Euan- gelium innotuit, ut ubi gratia, per hoc quod nunc ait: Ego & pater unū sumus, profecto re- constante licuit, imō & oportuit, aduersantibus hæreticis, rei nomen producere. Licuit enim semper qd licet, signatū præsertim nota, producere nomen. Sed iam quid ad hæc iudæi fe- cerint audiamus. Sequitur. ¶ Susculerunt lapides iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo: Propter quod eorum opus me lapida- tis. ¶ Superius cū itidem uellent eum lapidare, dicentes: Anteq; Abraham fieret, ego sum, ab- scundit se, & exiuit de templo tanq; infirmus, & non ualens inimicos suos in ipsis suis alligare conantibus, nunc autem in medio turbæ furentis astar conspicuus, loquitur: que tanquam iu- dex, aut defensor, se ditiosorum causas cogniturus, ¶ Quid igitur est, nisi quia non solum in magnis & precipuis, sed in quotidianis quoq; eius actibus, apud ipsum (sicut testatur Iob) est sapientia & fortitudo: sapientiam namq; spectat, quod tunc se abscondit, & exiuit de templo, & præteriens, hominis cæci a natiuitate aperuit oculos, uidelicet hoc modo (sicut in eodem iam loco dictum est) consilium sapientiæ suæ significans, de quo & ipse postmodū: Vt & qui non uident (inquit) uident: & qui uident, cæci fiunt. Fortitudinis uero est, quod nunc in me- dios urentium perffitit, scilicet hoc modo comprobans, quod paulo ante dixerat: Nemo tol- lerat me animam meam, sed ego ad meipso ponam eam. Nam ecce usque ad tollendos lapides poterunt currere, & lapidei sui cordis duritiam manibus armatis proderere, sed ultra nihil au- dentes, palam nobis faciunt, hunc illum esse, qui loquitur ad beatum Iob: Circundedi mare terminis meis, & posui uectem, & ostia, & dixi: Hucusque uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic itaq; iste princeps fortitudinis, & iudæico furori ter- minum posuit, ne sese lapidarent dicentes: Ego & pater unū sumus, & eiusdem consubstan- tialitatis persecutoribus hæreticis, ne homouersianorum fidem perniciosè læderent, omnipo- tentiæ suæ uectem opposuit. ¶ Multa inquit bona opera ostendi uobis ex patre meo. Oin- grati, propter quod eorum opus me lapidatis? Quid enim non bonum? Quid non diuinum? Quid non magnum & euidentis uirtutis argumentum? ¶ Responderunt ei iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. ¶ Ergo inquit iudices, saltem unū e duobus testi- moniis probū ducitis, de quibus superius cum dixisset: & in lege uestra scriptū est, quia duo- rum hominum testimonium uerum est, statim intulit: Ego sum qui testimonij perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Vnumquam testimonium ue- rum esse concessistis. Dixistis enim: De bono opere non lapidamus te, aliud autem improba- tis, dicendo: Sed de blasphemia. Etenim quæ loquitur hic, dicendo: Ego & pater unum su- mus, & his similia, de quibus alibi: Verba inquit quæ loquor uobis, à meipso non loquor; testi- monium ipsius filij sunt, bona autem opera, quæ ostendit uobis ex patre suo, sicut itidem ait: Pater autem in me manens, ipse facit opera: opera inquam ipsa, testimonium patris sunt. Sed si homines estis, imō & iudices uos esse legitimos, aut legis peritos profiteremini, quomodo unum sine altero testimonium bonum esse iudicastis? Quomodo uni homini cum blasphe- mia bonum opus attribuitis? Nunquid deum blasphemando quis bonum simul faciat opus, præsertim qualia hic operatur? Plene scimus etenim, cum cæci nati fuerimus, modo per gra- tiam Christi uidemus: scimus inquam, quia peccatores, & maxime blasphemantes, non au- dit deus. Igitur ex ore uestro iudicamini, quia sicut magi quoq; coram Pharaone testati sunt, non spiritus blasphemiar, sed digitus dei est hic, qui uobis opera hæc ostendit. Quæ tandē illa blasphe

Sabellius

Arrius

Fides catho- lica

Homouersiani catholici 1. Tim. 6 Itra dicit & Lu- therus nōcūm pñissime contra Latomū.

Ioh. 8

Apud Chri in sapientia & fortitudo Iob 12

Ioh. 9

Iob. 58

Ioh. 8

Ioh. 14

Ibidem

Exo. 8

Duplex here
sis his verbis
confutatur

Psalmo 18

Cur ait lege
vra, no nra.

Argumentū
locū minor.

Ad q̄s sermo
dei factus ē.

Genealogia
Christi sed in re
promissionē.

Ad res præ
cipue facta
re promissio
Gen. 22
Psalmo. 131

Mat. 1

Reuelatio
Magis facta
Mat. 2.

Cur Ochozi
as, Ioas, &
Amathas, no
ponunt in li
nea Christi
3. Reg. 12
3. Reg. vlti.
2. Para. 24
2. Para. 27

1. Para. 33

blasphemia est, de qua illum lapidatis? Dixistis. **L**Et quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. **I**am quia gratulamur, non solum aduersus Arrium, qui noluit intelligere, quod intellexit isus in his verbis: Ego & pater unum sumus, uerum & aduersus Valentinianum, siue Apellen, qui uerum esse hominem negauerunt dominum nostrum Iesum Christum, asserentes eum non uerum habuisse corpus, sed phantasticum. Mirum namq; est, eos, qui se dicunt Christianos, ueram negare humanitatem Christi, cum uos aduersarij Christi, totam uim argumenti ad conuincendum, quod ille deus non sit, ex eo sumpseritis, quia uerus erat homo, in uera substantia carnis, quod ipsa quoq; passioe mortis explorare potuistis. Verum quod ad rem attinet, de sanctuario pectoris humani, ueram & rationabilem audiamus defensionē unicā ac sempiternā diuinitatis. **R**espondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege uestra: Quia ego dixi dii estis. **Q**uid (inquit) uelut a contrarijs uel repugnantibus argumentū ducitis, dicendo: Tu homo cum sis, facis te ipsum deum, uidelicet tanq; deus & homo contraria uel repugnantia sint, & in una eademq; persona simul esse non possint? Nonne homines authenticā scriptura deos esse dixit? Nonne in lege uestra, id est in maximo legis uestræ propheta, in lege inquam, non dico nostra, aliter quippe mea, atq; aliter est uestra, sed in lege uestra nonne scriptum est: quia ego dixi dii estis? **V**tq; scriptū est, & sicut euidenter ipse psalmi textus indicat, hoc hominibus dictum est, & hoc interim a uobis concedi oportet, quoniam in lege uestra scriptū est, concedi inquam oportet, quia sine blasphemia dictum est. Dico ergo. **S**i illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: uos dicitis quia blasphemias, quia dixi, filius dei sum. **C**onfyderetur diligenter hæc sapientia & ueritatis ualida & irrefragabilis, per minoris comparationem facta argumentatio. Minus namq; est, sermone dei ad homines esse factum. Longe autem maius unum, qui hæc loquitur, prius extitisse q̄ ferret mundus, priusq; fuisse sanctū, q̄ pater illum mitteret in hunc mundum. Verum hæc scriptura, quæ illos pro eo quod minus est, deos dixit: non potest solui (inquit) uidelicet ut dicat quis concedendum non esse, quod talis scriptura proponit uel astruit. Quomodo igitur propter illud quod maius est, scilicet quia pater me sanctificauit, & misit in mundū, non conceditis, ut dicam, quia filius dei sum, imò & hoc dicentem me, tanq; de blasphemia uultis lapidare? **H**æc itaq; dum dicit, tantum inuidia desit, & ratio sponte consentit, suffragante quoq; firmamento secularis eloquentiæ, ut qd in re minori ualet, ualeat & in maiori. **S**ed quinam præcipue sunt illi, ad quos sermo dei factus est, uel quis ille dei sermo est, qui participatione sui, in deos prouexit homines? **V**tq; diij isti præcipue patres illi sunt, ad quos sermo dei, id est, re promissio de incarnatione filij dei facta est, quorum pater noster Abraham primus est, cui primum idem Christus re promissus est. **Q**uapropter ab ipso sanctus Euangelista Marthæus generationem eius, non sicut hominum, sed tanq; deorum contexit genealogiam, dū non ad Mariam, de qua secundum carnem natus est Christus dominus, sed ad Ioseph generationis eius eiu dem deduxit lineam. Ioseph namq; de tribus unus est, ad quos principaliter sermo dei de incarnatione filij sui factus est. Ternario quippe incremento ad tres istos principes Abraham, Dauid, & Ioseph, re promissio facta est. **Q**uæ ad Abraham facta est, Christum fore hominem in uera carnis nostræ substantia testata est: In semine tuo (inquiens) benedicentur omnes gentes. Ad Dauid autem, non iam solum semen Abraham, aut ipsius Dauid, sed rex quoq; fore præ nunciatus est: Iurauit enim (inquit) dominus Dauid ad ueritatem, & non frustrabit eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Tandem ad Ioseph loquens angelus, non iam tantummodo hominem & regem, sed & deum esse testatus est, eundem dominum nostrum Iesum Christū, dicendo: Ipse enim saluus faciet populum suū a peccatis eorum, saluos namq; facere homines a peccatis suis, solius dei est. **E**t hæc tria dijs estis tam morosa temporē decurstone paulatim demonstrata, miranda sancti spiritus gratia, repente gentilibus inspirauit, quando primitiæ gentiū, scilicet Magi, qui ab oriente uenerūt, Myrrha mortalem hominem, Auro regem, Thure deum testantes, adorauerunt. **I**taq; inter patres istos, quos in generatione Iesu Christi filij dei, diuinus Euangelista contexit, tres isti eminent, ut præ dictum est, Abraham, Dauid, & Ioseph. **E**contra alij tres, Ochozias, Ioas, & Amathas, nullum, in hac gente deorum, locum uel nomen habere meruerūt, quia uidelicet secundum impiissimam Iezabel, quæ prophetas occiderat, per quos idem sermo dei fiebat, cuiusq; semini Ioram sese miscuerat, ipsi quoq; eiusdem sermonis dei ualidos ad se misos occiderat. **O**chozias namq; male & impie egit in conspectu domini, sicut domus Achab uel uxor eius, quæ (ut dictū est) prophetas occidit. Ioas quoq; Zachariam prophetam, filium Ioiadæ pontificis interfecit. Amathas etiam cum misisset ad eum dominum prophetam, eo qd adorasset deos filiorum seyr: quiesce ait, ne interficiam te. Ita tres isti, quoniam prophetas occiderūt, per quos sermo dei ad ipsos factus est, nec saltem penitentiam egerūt, sicut Manasses, recte a sancto Euangelista de generatione deorū, ad q̄s sermo dei factus est, segregati sunt. **I**gitur patres, qui dominū dei filij sibi re promissum prius fide, q̄ carne susceperūt, dū sunt: dii inquam nonna

non natura, sed adoptione, quos in synagoga stetit hic natura deus, id est, similis illis per eam nem est effectus, & in medio, i. in publico, deos diiudicat siue discernit. Magnā quippe sui atq; illorū ostendit differentiam, dum dicit: Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, quæ pater sanctificauit, & misit in mundū, uos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius dei sum. **F**orte dicitis: Vnde istud constat qd pater se sanctificauerit, & in hunc mundum miserit? **A**d hæc inquam. **S**i non facio opera patris mei, nolite mihi credere: **S**i autem facio, & si uerbis meis nō uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre. **Q**uod est dicere. **V**estra quidem legis autoritas, prophete in quo deus locutus sit, pro testimonio sui satis esse debere in dicat, si uerbum quod locutus est in nomine domini fiat, ita dicentio: **Q**uod in nomine domini propheta prædixerit, & non euenierit, hoc dominus non locutus est, & ideo non timebis eū. **C**onsequitur enim, ut si euenierit uerbu, quod locutus est in nomine domini, timeri debeat, eo qd dominus in eo locutus sit. **E**uenit autem uerbum qd cunq; locutus sum uobis, ita ut inter dum de uestris quoq; cogitationibus uerum uobis prophetauerim dicens: **V**t quid cogitatis mala in cordibus uestris, & his similia. **D**ebuerat ergo uobis hoc pro testimonio satis esse, ut illud quoq; crederetis, qd (sicut dixi) pater miserit me. **V**erum ego ad satisfaciendū uestræ tarditati, largior esse uolui. **D**ico ergo: **S**i non facio opera patris mei, id est opera talia, quæ hominum nemo possit facere, nisi cui deus pater naturaliter sit, concedo, nolite credere mihi: **S**i autem facio, imò quia facio, & si uerbis meis nō uultis credere, operibus credite, id est, si unum testimoniū uerborū fidelium non uultis suscipere, salte duo testimonia uerborum pariter & operum suscipite, quia testimoniū quoq; hominum, qd testimonio dei munus est, in ore duorū hominum, uerum esse iudicat lex uestra. **I**gitur ne contra dei & hominum legis peccare conuincamini, credite ut cognoscatis: nisi enim credideritis, non intelligetis, credite inquam ut cognoscatis & credatis: cognoscendo namq; firmus credetis. **Q**uid cognoscatis, quid credatis? quia pater in me est, & ego in patre, quod non est aliud, q̄ illud quod dixi superius: quia ego & pater unum sumus. **I**n eo namq; ego & ipse unum sumus, quia pater in me est, & ego in patre. **Q**uomodo autē pater in me est, & ego in patre? **N**unquid sicut uas minus in uase maiori? **N**empe & si uas minus in uase maiori esse potest, at e conuerso ne quāq; maius in minori est uel esse potest. **S**ed ego sicut in patre sum, sic e conuerso pater in me est. **I**gitur quicquid in patre naturaliter est, hoc ipsum, & non aliud in me filio naturaliter est, & e conuerso quicq; ego filius, hoc ipsum pater naturaliter est, & hoc est qd dixi, quia in me est pater, & ego in patre. **N**am excepto qd ille proprie pater, & non filius est: & ego proprie sum filius & non pater: quicquid est ille, hoc & ego sum naturaliter, scilicet deus & dominus, omnipotens, immensus, æternus, creator sine inreatus, & quicquid in natura patris, hoc totum in filio est, & e conuerso, quicquid in natura filij, hoc totū in patre est. **S**ic planē ego & pater unū sumus. **Q**uærebant ergo cum apprehendere, & exiuit de manibus eorū. **O**rdo uel iunctura uerborum est. **I**ndiosie in terrogauerunt, utri ipse esset rex Christus. **A**t ille responderat, qd non solum esset rex Christus, sed & deus & dominus Christus, dicendo: **E**go & pater unum sumus, & in me est pater, & ego in patre. **Q**uærebant ergo cum apprehendere. **S**ed quid? **E**t exiuit de manibus eorū. **D**ubium ne est hoc, qd de manibus Iudæorū hic deus & dominus exierit: **I**tritur nempē est, quicq; homicida gens illa in cunctis suis agit qd remonit: **C**um expanderetis, inquit, manus uestras, auerram oculos meos a uobis, & cū multiplicaueritis orationes non exaudiam, manus enim uestræ plene sunt sanguine. **E**rgo de manibus Iudæorū, id est de cunctis operibus illorū, dei filius, & qui in illo est deus pater exiuit, & totius synagoge eorū princeps Satanas in sanguine, quo plenæ sunt manus eorū, sibi applaudit. **N**ihilominus & de manibus hæreticorū, maxime illorū, qui consubstantialē patris & filij, quæ in hac præcipue lectione cōmendata est, negant uel impugnant: **D**e manibus in quā hæreticorum, ut puta Arrrianorū, exiuit Iesus, quicq; enim illi consecretant, deus execratur, & cuiusq; manus in ponunt, non sancti spiritus gratia, sed lepræ immundissimæ plagam committunt. **L**et abiit iterum trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans primum, & mansit illic. **I**terum inquit trans Iordanē abiit, nam & longe superius semel hoc de illo dictum est. **P**ost hæc inquit uenit Iesus in Iudæam terram, & ibi demorabatur cum discipulis suis, & baptizabat. **E**rat autem & Iohannes baptizans in Ennon iuxta salim, & cætera. **I**terum ergo exiens Iesus, abiit trans Iordanem, & tam primo q̄ secundo discessu suo adueniens illuc, hoc in suis loquitur factis, qd relictis Iudæis ad unum & uerū nouæ Ecclesiæ bapūlma transiturus sit, in quo quisq; baptizatur, coæternum & consubstantialē deo patri deum filium confiteatur. **L**et multi uenerunt ad eum, & dicebant: **Q**uia Iohannes quidem signum fecit nullum. **O**mnia autem quæ cunq; dixit de hoc, uera erant. **E**t multi crediderunt in eum. **O**rdo uerborum. **I**ohannes quidem signum fecit nullum, hic autē tanta signa faciebat, ut quæ cūq; Iohannes de illo dixerat, Verbi gratia, illum oportet crescere, me autē minui, & his similia, uera eius fuisse dicta cōprobarent facta præsentia. **I**ta uero atq; probabili suā credulitatē confirmabant

Psalmo 81

Lex de uero propheta eos gnoscendo Deut 18

Mar. 9

Deu. 17-19 Efa. 7

Pf in me est, & ego i præ.

Chrs exiuit de manibus Iudæorum Efa 11

Sist de mani b9 hereticorū

Iohan. 3

Ibidem

Chrs potens erat in opet sermone, Iohannes in sermone tantu. Luc. 14. 1. Tim. 1.

CAP. XI

Expositio contra Iudaeos

Ioh. 9. Poenitentia Marię Mag. Lucę 7.

Ioh. 9

Maria Mag

Luc. 10

als. cum

mabant argumento, quia uidelicet plus ualent testes duo, q̄ unus in omni uerbo. Erant autē in domino nostro Iesu duo testimonia, sermo scilicet & opera, potens namq̄ erat in opere & sermone, unde paulo ante dixit: Et si uerbis meis non uultis credere, operibus credite. In Iohanne autem unum erat testimonium, uidelicet sermo. Fidelis quidem, & omni dignus acceptione, uerum tamen absq̄ signorū operatione. Recte igitur magnum quidem Iohannem uisū se, secundum hanc comparationem, maiorem illo dominum Iesum fatebantur apparere. Sequitur. Erat Lazarus quidā languens à Bethania de castello Marthę & Marię sororis eius. Maria autem erat, quę unxit dominum ungento, & extersit capillis suis pedes eius, cuius frater Lazarus infirmabatur. Qualia filius dei faciat opera patris sui, qui & paulo ante dixit: Non facio opera patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si uerbis meis non uultis credere, operibus credite, qualia inquam faciat opera filius dei attendite d̄ Iudęi, aut certe si nō uultis intelligere, attendant & uideat, uideant & intelligant lapides orbis terrę, quibus uos d̄tiores, ecce iam semel atq̄ iterū tulistis lapides, ut lapidaretis eum. Quoniam sunt opera deo digniora, hominibus utiliora, q̄ & resuscitare à peccatis suis peccatrices animas, & reuocare de sepulchris mortuorū corpora: ecce in oculis uestris ante portas maximę uestre ciuitatis (Bethania) quippe non plus q̄ stadijs quindecim distat ab Hierosolymis) in oculis inquam uestris, d̄ scribę & pharisęi, utriusq̄ opifex resurrectionis, opera fecit patris sui. Primum scitis quia Maria hæc, cuius frater Lazarus nunc infirmatur, paulo post moriturus, cum esset in monumentis mortuorū, audiuit uocem filij dei, & quia audiuit, ecce nunc uiuit. Nam post lachrymas illas, quibus lauir pedes eiusdem filij dei, post illam solutionem capilloꝝ suorū, quę pedes eosdem extersit, post oscula quę infixit, & post effusionem ungenti quo illum unxit, iam nec oculos ad concupiscendum aperit, nec ut amatoribus placeat capillum comit, nec os suum à freno pudicitię soluit, nec odoribus aromaticis fetorem luxurie pacit. Et quidē hæc una mulier est, sed postmodum multarū gentium plenitudine dilatata, ecclesia pari modo est suscitata, & nunc in oculis uestris iuste & pie uiuendo testis uerax est sui, quia ad uocem filij dei de monumentis uitioꝝ idololatrię, & fornicationum suarum exiuit. Deinde & postmodum in hoc fratre eius Lazaro, qui nunc infirmatur, habituri estis argumentum futurę in uoce eiusdem filij dei resurrectionis corporis, sicut idem: Venit inquit hora quando omnes, q̄ in monumentis sunt, audient uocem eius & procedent, qui bona egerunt in resurrectionem uitę, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Hęc inquam opera patris in filio dei, hæc præclara utriusq̄ argumenta resurrectionis in Maria & fratre eius Lazaro, de uicino habetis. Quid igitur superest ad testificandū nobis omnipotentiam filij dei, qui neq̄ uerbis, neque tantis operibus eius creditis: quid inquam superest, nisi ut resurgētibz mortuis, uos qui uiuentes dicebimini, moriamini in peccatis uestris. Sed iam in ordine lectionis, gloriam spectaculum tanti miraculi. Erat autem inquit quidam languens nomine Lazarus à Bethania, de castello Marthę & Marię sororū eius. Bene personam sanctus euangelista describit, imō ipse resurrectionis author bene personam notam elegit, in qua per opus tantę uirtutis pluribus manifestaretur gloria dei. Et ille quidem languens erat. Maria autem soror eius iam à pessimo languore, imō eb ipsa morte animę iam fetens, per gratiam domini reuixerat atq̄ conuauerat. Ipsa quippe Maria erat, quę unxit dominū ungento, & extersit capillis suis pedes eius. Vbi enim pedes eius lachrymis suis lauit, ibi proculdubio quę fuerat mortua, iamq̄ mala cōsuetudine sepulta, reuixit, & de sepulchro suo processit. Quę q̄ perfecte conuauerat, ex alia euangelioꝝ locis habemus, ubi amor eius & deuotio magnis testimoniis commendat, Verbi gratia, ut ex eo q̄ cum Martha soror eius dominum nostrum excepisset in domum suam, & ita gereret circa frequens ministerium, Maria sedens circa pedes eius, audiebat uerbū illius, dominō illi testimoniū perhibente ac dicente: Maria optimam partem elegit, quę non auferretur ab ea. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce quem amas infirmatur. Ergo inquit quę fideles erant, & propter auditū uerbi illius, familiares eius esse ceperūt, fiducialiter miserunt ad eū. Nec rogauerūt, ut ueniret & sanaret languidum, sed tantū: Domine inquit, ecce quem amas infirmatur. Amanti enim satis erat nuntiasse. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Quid est hoc fili dei, potens & uerax, manifestator glorię dei? Quid est hoc quod dixisti, nō est ad mortem? Nonne languentis huius infirmitas profectura est ad mortem? Anq̄ mortuus tibi dormiuit, id est tam facile à te suscitari potuit, q̄ facile hominem dormientem homo excitare consuevit? Attamen separatio corporis & animę, mors quędam est, quę cū ite resoluturus esset, postmodum dixisti: Lazarus mortuus est. Quid ergo est? Infirmitas hæc non est ad mortem: nisi quia finalis causa infirmitatis huius ea non est, ut Lazarus moriatur? Tunc quippe infirmitas ad mortem est, quando præter mortem nihil quærif, & in ipsa morte finis cōstituitur. Hic autem per infirmitatem uel mortem, gloria dei quæratur, scilicet ut per eum qui infirmatus moritur, filius dei, resuscitando illum, glorificetur. Dei namq̄ filius deus

deus est, & idē cum dixisset, sed pro gloria dei, statim addidit, ut glorificetur filius dei. Ve re igitur inquit, infirmitas hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei: pro gloria inquam dei, id est pro testificanda diuinitate filij dei. Exprobatuꝝ namq̄ filio dei, diciturq̄, uerbi gratia, quia deus uocē filij dei & procedent. Ut ergo glorificetur, & infantię non arguatur filius dei, oportet illū in hoc uno, qui nunc infirmatur, experimentū dare uirtutis & ueritatis suę, id est, ostendere in uno homine quid uel quomodo facturus sit in uniuerso hominū genere. Diligebar autem Iesus martham & mariam sororē eius & Lazarum. Vere diligebat, nisi enim diligeret, non tantam in illis gloriam suam ostenderet, non se ita per illos filius dei glorificaret. Quanta enim gloria dei est, quod in Maria quidē resurrectionē animarū, in Lazaro autē ostēdere dignatus est, q̄ uere, q̄ potenter uniuersalē (sicut iam dictū est) facturus sit resurrectionē corporum? In martha quoque & Maria præsignare uoluit præsentis ecclesię statum, quando iuxta alium euangelistam intrauit ipse in quoddam castellum, & hæc ipsa martha excepit illū in domum suam. Quia itaq̄ tē circa se quens ministeriū, Maria sedens secus pedes eius, audiebat uerbū illius, & cetera quę nunc studio uitandę proximitatis præterimus. Diligebar ergo eos sicut uasa glorię suę, diligebat eos ita, ut in his primum dignaretur ostendere experimentū gratię, & ueritatis suę. Ut ergo audiuit, quia infirmaretur, tunc quidē mansit in eodē loco duobus diebus. Quare mansit in eodem loco duobus diebus? Vtiq̄ iccirco, ut eo retardante moreretur, & sepeliretur languidus ille. Non enim uolebat languidū sanare, non mortuū adhuc in domo facentem, sicut archifynagogi filiū, aut ad tumulū deportari incipientē sicut uiduā filiū resuscitare. Experimentū quippe (sicut iam dictū est) eius uerbi prærabatur quod dixerat omnēs qui in monumentis sunt, audient uocē filij dei & procedent. Ut ergo ad hoc perueniretur tam diu tardauit, donec mortuus terrę gremio reconderetur, ubi pulsus in puluere conuerteretur, & omnis caro in suam originē redigeretur, ut inde clamore illius euocaretur, unde in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei, illo sd iudicij defeciente de celo omnes euocandi fumus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in iudęam iteq̄. Deinde inquit, id est, cū duobus diebus in eodē loco mansisset, post hæc quę in peris à Iudęis pertulit, qui noluerant eū lapidare, post hæc in qua, quod magnū & à metu mortis alienū est, dixit discipulis suis: Eamus in iudęam iteq̄. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærēbant te iudęi lapidare, & iterū uadis illuc? Videlicet, metuebant ne occideretur, nescientes q̄ nisi uellet non moreretur, & iccirco consiliū illi dabant, ne iterū pergeret in iudęam. Respondit Iesus: Nonne xij. sunt horę diei? Quid inquit, mihi cōsiliū datis, cū non uos me, sed ego uos xij. elegerim, sic debeatis sequi nutū magistrif, sicut sequuntur duodecim horę motū solis si ue diei? Aliter: Nonne xij. sunt horę diei? Nonne, inquit, scriptū est, quia sol cognouit occasum suū? Nunquid sol iste de quo scriptū est, alicuius excutietur incurfu, & occidet antequā ueniat hora eius? Ego nempe sum lux mundi, ego ille sol, qui occasum suū cognouit, igitur sicut iste sol, quo aer illustratus dies efficitur, ab oriente usq̄ in occidentem proficiscitur, & nequāq̄ in hominis potestate est ut occidat, antequā ueniat xij. hora eius: ita scitote, quia nō me occident iudęi, antequā ueniat hora mea, in qua mori decreui. Quod si timetis, ne forte dum ego quærer, uos pereclitemini, ecce dico uobis: Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lux mundi huius uidet. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Scitis hoc, quia per diem ambulare tutū est, per noctem uero ambulare, ruinosum. Ego autē dies uobis sum, etenim lux mundi ego sum, ego ille sol qui cognouit occasum suum, igitur quā diu uobis sum, nolite timere, quia nullum passuri sitis scandalum uel offendiculum, sed confidite, & eamus in iudęam iterum. Nam sicut dū quis ambulat in die, nō offendit: quia lux cū mundi huius uidet: cum autem ambulat in nocte, offendit: quia lux in eo non est: sic uos, q̄ diu uobis sum, non offendetis, quia lucet uobis dies salutis, quando autē peruenero ad eū, quem ego cognoui occasum meum, quando comprehensus uero & traditus ad occidendū, tūc uos omnes offendetis, tunc omnes uos quasi per noctem ambulantes, scandalū in me patiemini. Hęc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somnō excitē eum. Post hæc inquit, quę dixerat ad corroborandos animos eorum ne formidarent in iudęam ire iterum, causam dicit, propter quā etiā ire uelint, Lazarus, inquiens, amicus noster dormit. Duplex namq̄ est illis causa eundi, tum quia Lazarus amicus est q̄ dormit eo somno, à quo illū nemo excitare potest nisi solus Christus filius dei: tū quia excitatio eius magna est materia glorię eiusdem filij dei domini & magistrif sui. Verum cum hoc uerbo quod est dormit, non edixerat magister differentiam uel qualitatem dormitionis. Dixerunt ergo discipuli: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autē putauerūt q̄ de dormitiōe somni diceret. Nō dū tantū profecerant discipuli domini, ut sciret regulariter & proprie loqui secundu discipulū si deus ubi de fide, resurrectionis igitur, melius dormitio quā mors de corpore depositiōe prædicatur, quāuis separatio animę à deo, & separatio ani-

Sed est. p. Ioh. 1. Ioh. 1.

Ecclesię status præfiguratus in Martha & Maria

Mat. 9. Lucę. 7. Ioh. an. 9.

I. Thess. 4.

Psal. 103.

Iohan. 8.

Mat. 26.

mæ a corpore, recta & usitata æ quiuocatiõ mors dicatur. Nunc autẽ (ut iam dictũ est) de resurrectione mortuorũ agebatur, & in testimoniũ uerbi quod dixerat resurrectio & uita Christus dei filius, quia omnes qui in monumentis sunt, audient uocẽ filij dei & procedent: Lazarus erat resuscitandus. Bene ergo nunc uti maluit uerbo quo tam resolutio corporis q̃ dormitio somni recte possit æ quiuocari, qui tam facile & nunc Lazari, & in nouissimo die omnes q̃ in monumentis sunt, ipse suscitabit, q̃ facile tu cõparẽ tuũ profundo somno stertentẽ, interdũ excitare nõ possis. At illi, ut dictũ est, nondũ intelligentes, domine, inquirunt, si dormit saluus erit. Ac si dicerent: in dormitiõne languentis nihil est periculi, imò & spes est recuperandæ sanitatis, atq; ideo non est ratio, ut propter excitandũ illũ periculo te inferas, ut iterũ lapideris. Cũ enim, ut ait Euangelista, diceret de morte eius, illi putauerunt, q̃ de dormitiõne somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste: Lazarus mortuus ẽ, & gaudeo propter uos, quia nõ eram ibi. Sed eamus ad eũ. Ergo, inquit, quia putauerunt q̃ de dormitiõne somni diceret, tunc dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est. Hoc utiq; manifestum est. Sed quid est q̃ ait, & gaudeo propter uos? Magna profecto, & nõ nisi rationabili pro causa sapienti, maxime autẽ filio dei, summæ sapientiæ dei, gaudendũ est. Causam autẽ gaudij sui mox ipse subiunxit dicẽs, quia nõ erã ibi. Quid enim domine si fuisses ibi? Si fuisses ibi, inquit, non tanta daretur materia gloriæ dei; precibus quippe amantiũ, & plorantibus eorũ urgeret hoc facere, ut nõ moreretur, aut certe ut mortuũ suscitare ante quã se peliretur. Nunc magnificentiũs glorificabitur filius dei, cũ eadã uere sepulcro, iamq; forẽte experimentum dabitur, quod in hora nouissimã uere omnes, qui in monumentis sunt, procedent ad uocẽ eius. Præterea & hoc est potentia diuinitatis, quod illũ mortuũ esse scio, qui nõ erã ibi. Hoc ego gaudeo, ueruntamen non propter me, sed propter uos. Ego enim gloriã meã nõ quero, sed quod uos doceo, dicens: Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrũ qui in cœlis ẽ, hoc ipse primus facio, præ lucida uobis ostendens opera patris mei, ut uidentes credatis, & credentes salui sitis. Tunc inquã nõ erã ibi, sed nunc eamus ad eũ. Dixit autẽ Thomas, qui dicitur Didymus ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cõ eõ. Grandis profecto timor discipulis erat, ne dũ in unũ magistrũ cõsurgeret, cunctos pariter iudicẽ furoris tempestas inuolueret. Sed postponentes (inquit Thomas) uitã nostrã uoluntati uel imperio domini & magistrũ nostrũ, eamus & nos, & si sic fieri necesse est, moriamur cõ illo. Ergo merito quidẽ colaudat eos, multa secũ periculosos, dicens eis secundũ Lucam, in fine ante hora passionis uos autẽ estis qui permanistis me cũ in tentationibus meis, uerũtamen aliter sentiebat possibilitatis eorũ cognitõr, cũ paulo ante dixerat: Si quis ambulauerit in die, non offendit; quia lucem mundi huius uidet; si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Nam quã diu quidẽ cum illis esset, hic uerus dies, scãdalum passuri non erant, & uidebantur si bi posse mori cum illo; sed in illa tristitiã nocte, id est, in passionis eius aduersitate, offensus erant, ita ut mallent fugere omnes, eo relicto, quã mori cum illo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies habentem in monumento. Est autem Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudeis uenerant ad Martham & Mariam ut consolarentur eas de fratre suo. Cuncta hæc ad magnitudinem uel testimonium uirtutis proficiunt, quod inuenit eum iam quatuor dies in monumento habentẽ, quod locus Hierosolymã uicinus erat, ne frigida scilicet ad scribas & pharisæos fama de longinquo ueniret, quod multi ex Iudeis aderant, ut miraculo multi testes non deessent. Quid autem sibi uult quatuor dies, uel cur diuini rationi complacuit aduentum suum protelare magis in quartum quã in quintum aut sextum diem? Videlicet quia in quarto tempore suo, resurrectio mortuorum perficienda est, cuius in testimonium, ut iam supradictum est, Lazarus iste resuscitatus est. Primum tempus fuit ante legem, quo uidelicet tempore, ita regnabat mors, ut nulla esset resurrectionis spes. Secundum sub lege, quo tempore resurrectio iam promissa, atque a lege & prophetis testificata. Tertium sub gratia, quo Christo primogenito mortuorum resurgente, multisq; sanctorum corporibus illi cõsurgentibus, resurrectionis nostræ fides peracta & dedicata est. Quartum tandem ipsum erit tempus futuri seculi, cuius diluculo, apparente domino, iussu eius omnes resurgent mortui. Bene ergo dominus noster, cum sibi nunciatum fuisset, quod Lazarus infirmaretur, mansit duos dies, ut in tertio proficiscens, quarto illuc perueniret, quia tertio quidem tempore, scilicet ad dandam nobis resurrectionis gratiam, descendẽdo: quarto autem ad sepulchranõstra imperiosa eius maiestas perueniet. Martha ergo ut audiuit, quia Iesus uenit occurrit illi; Maria autem domi se debat. Non minus dilectionis, sed plus humilitatis in eo est, quod Martha domino occurrere, Maria domi se debat. Constat namque ex alijs euangelicis scripturæ locis, per duas sorores istas Martham & Mariam, duas significatas esse uitas, actiuam scilicet & contemplatiuam, per Martham actiuam, & per Mariam contemplatiuam. Bene ergo ad tantum euangelistam pertinuit, in tanto negotio illud non omittere: quia domino Martha occurrere, Maria beneplacitum domini uocabatur.

Mat. 5

Luc. 22

quatuor dies quatuor tpa designant.

Duplex uita in Martha & Maria. Luc. 10

uocantis expectans, humilis & quieta domi sedebat, iuxta quod in alio Euangelista, quodam tempore Martha fatigante, Maria sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius. Vita namq; contemplatiua quietior, actiua laboriosior est. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Non ausa est conqueri, cur non fuisset hic, uel cur non uenisset mox, ut ipsi nuntiatus est a dicentibus: Domine ecce quem amas infirmatur, sed reuerentiam domino seruans, & dilectionem lædere cauens, tantũ humili fide in contradictione cordis omnipotentiam confitetur amantis. Nam sequitur. Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Non solum inquit illud scio, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, sed & illud scio, quia nunc etiam postq̃ mortuus est, quodcunq; poposceris a deo, siue de isto, siue de quolibet alio, dabit tibi deus. Quod utiq; fas non est, scire uel dicere de ullo hoie, nisi de solo unigenito filio dei, cuius omnia sunt quæcunq; habet pater, cui non tantũ seruo particulare aliquod gratiæ suæ ænium dat, sed tantũ filio pater dat cuncta quæ habet, uniuersa quæcunq; thesaurizare potest. Dicit ei Iesus: Resurget frater tuus. Parum anhelanti, & ad misericordiã fontem in magna siti suspiranti, parum inquam dictũ est. Non enim manifeste dictum est, quod parabatur: Hodie resurget frater tuus. Sed neq; dictũ est: In nouissimo die resurget frater tuus, ut communis consolatio commemorari uideretur lugentibus, secundum illud quod ait Apostolus Thessalonicensibus scribens: Nolumus uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Ergo dubia soror, ad cognoscendam uoluntatem miserantis festinans, & in tenens proficiscitur. Nam sequitur. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Fides catholica est, quam confitetur, ut per fortitudinem eius, magnum uirtutis opus exorqueat ab illo, cui quodcunq; poposceris inquit, dabit tibi deus. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita. Hoc utiq; solum supererat ad perficiendam integritatem confessionis & fidei, ut confiteretur de ipsa resurrectione in nouissimo die, cuius uirtus, cuius opus sit. Proinde preloquitur tantũ catechizator animæ bene audientis, ut totam fidem eius respondentis audiat, cui merito præter uniuersalem resurrectionem nunc quoq; reducem uitam fratris indulgeat. Ego sum inquit, resurrectio & uita. Resurrectio uidelicet corporum, resurrectio autem simul & uita corporum pariter & animarum. Nam non nisi accipiendo me, nunc animæ a peccatorum suorum morte reuiuifcent, neq; nisi iussu meo fiet in nouissimo die resurrectio corporum. De resurrectione animarum adhuc subiungitur. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Duo dixit. Qui uiuit, si crediderit, non morietur: qui mortuus est, credendo reuiuifcet. Quis mortuus est, nisi si maxime qui sine deo est: Contra quis uiuit, nisi beatus ille cuius dominus deus eius est: scimus autem & confitemur, quia nos gentes sine deo fuimus, contra uero notus erat in Iudæa deus. Igitur qui credit in me (inquit) etiam si mortuus fuerit, uiuet: quia gentilis populus, q̃ mortuus, id est a deo alienus sit, credendo in me uiuet, ea scilicet uita, quæ deus est, & contra Iudæam, qui uiuit ex eo, q̃ deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob deus eius est qui non est deus mortuorum, sed uiuorũ, non morietur in æternum. Quid uero ille qui uiuit, & non credit? Vtiq; morietur non credendo, sicut e contra, qui mortuus fuerat, reuiuifcit credendo. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine. Ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum uenisti. Sciebat ipse qui interrogabat, quia crederet hoc mulier ista, ueruntamen quia fides mentis commendanda est testimonio uocis, Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, confessio fidelis animæ sonora digne exprimenda erat confessione. Et quid melius, quid dulcius resonat in auribus, & ore Ecclesiæ catholicæ? Ego inquit credidi, quia tu es Christus filius dei. Hæc Apostolica beati Petri confessio est, addidit tamen hæc mulier dicens: Qui in hunc mundum uenisti. Vere enim hic solus præ cunctis filijs, hic unigenitus dei, in hunc mundum uenit, id est, non sicut mentiti sunt hæretici, Cherinthus, & alij de Maria existendi initium habuit, sed aliunde in hunc mundum, id est, de caelo ad terram, de corde patris in utero uirginis uenit. Merito ergo diligebat Iesus, ut supra dictum est) Martham & Mariam sororem eius, & Lazarum. Fidem namq; habebant, totius iustitiæ summam, per quam & Abraham pater noster iustificatus, & amicus dei appellatus est, sine qua nulla anima dilectione dei digna est. Cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororem suam silentio dicens: Magister adest, & uocat te. Silentio inquit uocat sororem suam. Quare silentio, nisi propter Iudæos, qui multi (ut ante dictum est) uenerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo? Non enim ignorabant, quia nuper eum lapidare uoluerant. Ne ergo irreuerentes inimici magistrum solitis pulsarent iniurijs, uel ne currentes impedimento essent sibi, cupientibus eius colloquio frui, silentio sororem suã uocauit. Illa autem ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrit ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabatur eam, uidentes Mariam, quia cito surrexit, & exijt, secuti sunt eam, dicentes: Quia uocauit.

Quodcunq; poposceris a deo. Ioh. 17.

Thess. 4

Ego sum resurrectio & uita.

Psalmo 72 De uita aie Psalmo 75

Mat. 22

Rom. 10

Mat. 16 Qui in hunc mundum uenisti.

dit ad monumentum, ut ploret ibi. Hæc iccirco ad Euangelistam narrare pertinuit, ut uideamus quæ causa fecerit, ut plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est, & tam grande miraculum quadriduanum mortui resurgentis testes plurimos inueniret. ¶ Interea præter eundem non est, maiorem circa Marianam, quæ circa Martham consolationum esse diligentiam. Nam quando Martha surrexit, ut domino occurreret, non secuti sunt Iudæi: quando uero Maria exiuit, uocante Martha, non Martham uocantem, sed Mariam solam sunt secuti dicentes: Quia uadit ad monumentum, ut ploret ibi. Cur hoc, nisi quia Maria tenero magis affectu fratrem diligebat, & plus diligens amplius dolebat: Non ergo mirum, quod accedente gratia spiritus sancti, & cum hac naturali pietate superno munere coniuncto, dominum Iesum tanto amore dilexit, quem & plorans ad monumentum, prima omnium mortalium uidere, & Apostolis æternam consolationem nuntiare digna extitit, sequitur. ¶ Maria ergo cum uenisset, ubi erat Iesus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. ¶ Eandem quam latius uerbis Martha perorauit fidem Christi filij dei, Maria citius adorando expressit. Cecidit enim ad pedes eius, dolore fratris pariter & amore Christi faucia, breuiterque locuta: Domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus, lingua contulit, cætera lachrymis uberius peregit. ¶ Iesus ergo uidens eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea plorantes, fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? ¶ Quid sibi uult hic fremitus fortissimi filij dei? Hæc turbatio mortalitatis & infirmitatis eiusdem filij hominis? Etenim quod fremuit, diuina fortitudinis, & fortissimæ diuinitatis est: quod autem eodem fremitu suo turbatus est, humanæ infirmitatis est: Turbauit inquit seipsum. Quis enim alius nisi ipse turbaret ipsum? Sed quare turbauit, aut quid intendens fremuit, & sic seipsum turbauit? Magna & cum timore consideranda res, hoc fremuit, & ista turbatione præsignata est. Respicimus quid post hoc, uel maxime post hoc miraculum factum sit, scilicet propter hoc, quod Lazarus resuscitauit. Denique propter hoc signum pontifices & pharisæi intolerabiliter consummata inuidia permoti, collegerunt conciliū, & ab illo die cogitauerunt, ut interficerent eum. In ipsa autem eius interfectione, humana quidem turbata est ualde, sed diuina fortitudo comminans morti sempiternæ, tanquam leo rugiens & fremens ad prædā ascendit, & infernum spolauit. Igitur quia per occasionem huius miraculi illud futurum erat, fremuit spiritu, & turbauit seipsum Christus, dei uirtus, & dei sapientia, cuius dicta quædam opera, cuius quodammodo uerba facta sunt: Et ubi inquit, posuistis eum? Non ut sciat interrogat, sed ut præsentem omnem ad expectationem gloriæ dei, uel glorificationis filij dei magis attentos faciat. ¶ Dicunt ei: Domine ueni, & uide. Et lachrymans est Iesus. ¶ Vtque ad lachrymas quoque uera dolentibus descendit humanitas, & eidem, quæ ut deus suscitaturus erat, pius ut homo, ante impendit lachrymas: fortassis non tam pro eo quod mortuus erat, quam pro eo quod propter edificandam uituentium fidem reuocari illum oportebat, ad tolerandas rursus huius uitæ misérias. ¶ Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum? Quendam autem dixerunt ex ipsis: Non potuit hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? ¶ Qui potuit (inquit) quod maius est, non potuit facere quod minus est? Minus quippe fuisset languentem sanare, quod non nunquam factum est, quæ cæci nati oculos aperire, quod à seculo nunquam auditum est. Illic reuocatur sanitas, quæ quondam affuerat, hic lumen infunditur, quod nunquam infuserat. ¶ Iesus ergo rursus fremens in seipso, uenit ad monumentum. ¶ Rursus (inquit) fremuit Iesus. Nam & paulo ante dixit: Quia fremuit spiritu. Veruntamen non parua distantia est, quod ibi cum dixisset: Fremuit spiritu, protinus addidit: turbauit seipsum. Quis tam diligenter mysteriorum obseruationem pensare sufficiat? Etenim cum primo fremuit spiritu fortitudinis suæ dominus Iesus, id est, quando infernū debellaturus intrauit, uera mortis passione turbatus. Quando autem fremuit iterum, scilicet ueniens ad iudicandum, non turbabit, quia iam impassibilis est, & mors illi ultra non dominabitur. Tunc uociferabitur & clamabit, & magno fremitu super inimicos suos confortabitur. Illo inquam fremitu suo mouebit uirtutes cælorum, rumpet somnum mortuorum, rapiet ad se in nubes agmina uirorum, quos unus idemque terror ualida tempestatis occidet, & eodem momento rursus excitans, uiuere faciet. Recte igitur iterum fremuit in seipso, non tamen iterum turbauit seipsum, & uenit ad monumentum. ¶ Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. At Iesus: Tollite lapidem. ¶ Fremuit Iesu, & terribiliter in illo suo secundo aduentu, quando ueniet uiuos & mortuos iudicaturus, non egebunt mortui iacentes in sepulchris, ut monumenta sibi egressuris, uiuentium hominum, siue angelorum ministerio aperiantur: Nam eodem fremitu illius non solum sepulchra patefiant, sed & cælum, & cæli cælorum contremiscent. Et quidem poterat tandem fremendo nunc terræ motum facere, quamuis adhuc mortalis Christus, sed oportebat, ut cum sua uirtute & mora fides præsentium ad spectaculum gloriæ dei aduocarentur. Necdum enim sciebant quid facere uellet, quia nec eis dixerat manifeste, quod illi resuscitare intenderet. ¶ Præterea cum per homines lapis ille rolli posset, sine causa uideretur actum, si diuina

Cur magis deulherat iudæi circa Mariam quæ circa Martham

Fremuit filij dei, Turbauit filij hominis

Gen. 49.

1. Cor. 13.

Differetia inter duos fremitus Christi

Rom. 8

Mat. 24. Lucas 21

1. Thess. 4

Fremuit Christi in nouissimo die.

Cur tollit sit lapidem

uina uirtute loco illum propelleret. Vt ergo nihil curiose fieret, simulque sciens & prudens fides præsentium gloriam dei præcurreret, tollite, inquit, lapidem. ¶ Dicit ei martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam sciet, quadriduanus enim est. ¶ Quare non contentus est euangelista dixisse: dicit ei Martha, sed addidit, soror eius qui mortuus fuerat? Videlicet ut omnes auditores huius gloriæ dei, non dubiū arbitrentur, quod mortuus iste quadriduanus fuerat. Dixit enim non quibus, sed Martha, neque alia mulier æqui uoca, sed MARTHA eadem, quæ iam sepe nominata est soror eius qui mortuus fuerat, uidelicet quæ uulnerata mente, & ideo uigilante nec dormire ualente memoria, funereos fratris sui dies necirare non poterit. Dixit, inquam, hæc domine, iam sciet, quadriduanus enim est. Ac si diceret: Domine, cur lapidem tolli iubes? Vt uideas amicum saltem mortuum, an ut miseris sororibus uiuum reddas illum? Si illud intendis facere potes: scio nanque, sicut iam dixi, quia quæcūque poposceris à deo, dabit tibi deus. Si autem tantummodo ut uideas, dico tibi, iam sciet, quadriduanus enim est, & iccirco uisui iam idoneus non est. ¶ Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quia si credideris, uidebis gloriam dei? ¶ Quando, inquit, misisti ad me, dicens: domine, ecce quem amas infirmatur. Nonne dixi tibi, quia infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam? Quam putas me promississe gloriam dei, nisi inauditam hæc uisus resuscitationem quadriduanis? Tantummodo crede, & hanc uidebis gloriam dei. ¶ Tulerunt ergo lapidem, Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis. Sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti. ¶ Vos uero Iudæi, quoniam huic spectaculo deesse, uel hoc opus abscondere non potestis, totus orbis conuenit. Dixistis de hoc homine, blasphemar, eo quod dixerit, filius dei sum. Nunquid blasphemiam siue mendacium suscitare solet mortuum quadriduanum, & non potius uiuentes deducere in infernum? Dathan quippe & Abiron per superbiam uiui ad inferos descendunt. Saul quoque, cum esset Christus domini, superbiendo meruit dæmonio mancipari. semper enim deus superbis resistit. Ecce autem hic, ut faciat opus, quod nemo facere possit nisi deus, patrem suum uocat dominum, confitetur se esse dei filium. Igitur, aut nihil diuinū cū hac promissione hic effieit, aut uos impij estis ueri filij dei negatores. Sed iam ipsa uerba con templemur, quæ subsequenter mox opere confirmata sunt: Pater inquit. Diligenter perpen de quod palam patrem dixerit, & hoc opus in nomine patris, id est, ad confirmandum, quod deus pater suus sit, facere uelit. Gratias ago tibi, quoniam audisti me. ¶ Quomodo, inquit, patri gratias agit, si non gratia uel adoptione, sed natura filius est? Gratias nanque agere gratiuit beneficij est memorem esse. Sed non exultet hæc reticus. Sequitur enim: Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti, iccirco inquit, gratias ago, ut te testificante per subsequens opus, me tibi gratum & beneplicitum esse, cognoscat & credat populus qui circumstat, quod non iniuriose, sed gratiose dixim superius, ego & pater unum sumus, Non ago gratias, quod tuus meruerim esse filius, sed quod hoc ipsum nescientibus notum fieri uolueris hominibus, ut ipsi salui sint, iuxta quod alibi, confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea par uulis. Semper inquit audis me, id est, non in tempore uel hora, sicut participes meos, iustos homines, quorum in nullo mansit spiritus gratiæ, quorum nullus sicut potestatem habens, sed sicut donum accipiens, operatur opus gloriæ tuæ. Nulli enim semper adest manifestatio spiritus ad utilitatem, nec semper se audiri uel semper sibi adesse sentit uirtutem. Igitur singulariter sum ego, in eo, quod semper me audis. Hoc sciebam & non propter me, sed propter populum qui circumstat, opus erat, ut hoc dicerem gratias agens. ¶ Hæc cum dixisset, uoce magna clama uit: Lazare ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes in stritis, & facies illius sudario erat ligata. ¶ Ecce nunc iudæi, si uerbis non creditis, operibus dicit, ut cognoscatis, inquit, & credatis, quia in me est pater & ego in patre. Hoc dudum uerbis dixit, & uos illum lapidare uolulistis, nunc operibus astruit, & paulo post eū crucifixisset. ¶ Magna inquit, uoce clamauit. Recte magna uoce clamauit, ut Lazarus foras ueniret: magna quippe cælorum fragore, magna celestium uirtutum commotione, dormientes in sepulchris concutiet. Nam deus noster (inquit Psalmista) manifeste ueniet, deus noster & non filebit. ¶ Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocabit cælum deorum suum, & terram discernere populum suum. Magna ergo uoce opportune in hac significatio, ne uisus est. ¶ Et prodijt, inquit, qui fuerat mortuus. Quali autem prodijt habitu? Ligatus, ait, pedes & manus in stritis, & facies eius sudario erat ligata. Mira res! Sic enim ligatus, nec pedibus ambulare, nec saltem manibus reptare, sed nec oculis, quo prodiret, potuit uidere. Quid ergo nobis euangelista hac prodeuntis descriptione innuit, nisi magna fuisse fortitudinem uocis uel clamoris, qui mortuū ligatū ad uiuos excussit, & excutiendo de mortuo uiuū fecit? Quod si magnū & incōprehensibile est, quantum erit illud, cuius hoc præconiū est: Quomodo exilient mortui de sepulchris ad rugitū uel fremitū leonis immortaliter regnantis, si ita nūc

* eum.

expositulatio cōtra ludgos p filio dei. Iohan. 10 Num. 16 Reg. 16 Iaco. 4

Cur grasage bat pri Chris

Mat. 11 Spaudis me.

Iohan. 10 Cur magna uoce clama uit.

P salm. 49

Mirus inces sus Lazarus p deuncis.

Sapientia

Vulpes & uolucres caeli

1. Timotheus

Cur Christus ad tps abiit, & fecerit in Effrem

Lucas 22

Mar. 7

Exo. 12

Iudaeus tunc delis hyena

Mat. 21

Christus ut agnus paschalis, de cima die mensis intravit

Psalmo 16

quicquam. Vos inquam impij homicidæ, insipientes & maligni thesaurizatores mortis, quos malitia excæcauit, nescitis sacramenta dei, neq; cogitatis, quia expedit unum hominem mori pro gente, & non tantum pro electa patriarcharum, uel prophetarum gente, sed & ut filios dei de cunctis gentibus, qui dispersi erant, & longe disiecti, nomen domini nō audierant, congregaret in unum, in unum populum, in unam Ecclesiam, in unum corpus suum. Hoc nescitis, neq; cogitatis uos. ¶ Sed nec ipse uulpes, quæ in uobis foueas habent, neq; uolucres caeli, quæ in uobis nidifican: uulpes inquam & uolucres, scilicet maligni spiritus, quos in cordibus & conuenticulis uestris confouetis, neq; per astutiam, neq; per agilitatem suam comprehendere poterunt hoc magnum pietatis sacramentum, quod per mortem suam filius dei fratres suos dispersos congregaturus esset in unum. Nescitis ergo istud, neq; cogitatis. Etenim istud consilium dei, sanctis patribus & prophetis reuelatum, uos scire indigni estis. Sequitur. **L**Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Ergo inquit, quia conspirationem suam, quasi rationabiliter autoritate concilij confirmauerant, ab illo die præfinito concilio cogitauerunt ut eum, quem ante lapidare uoluerant per turbam & tumultum, nunc interficerent quasi per iudicij ordinem legitimum. Iesus ergo iam non ambulabat palam apud Iudæos, sed abiit in regionem, iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. ¶ Non metu occasus sui uerus iste sol in nube se abscondit, non palam ambulando apud Iudæos, præsertim cum postmodum ad eundem occasum suum tam rutilo aspectu peruenerit, ut claritatem gloriæ eius in uidorum ferre non possent oculis, sed hoc & iacta factio & utilia fidelibus suis præmittit exempla, & diuina more suo signat mysteria. Hoc enim eius exemplo, licet eius discipulis humiliter declinare instantiam persecutionis & itidem mystice datur intelligi, quod Iudæis iam debeat domus sua deserta relinquere. Ab eodem namq; in regionem iuxta desertum, & ibi morando cum discipulis suis, per desertum inuitt desertionem Iudæorum, per ipsam regionem, quæ est iuxta desertum, electam habitationem gentium, apud quas mansurerat, in ciuitate Effrem, id est, in Ecclesia faciente fructum multiplicem. Effrem quippe interpretatur frugifer, siue crescens. Proximū autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent se ipsos. ¶ Nam non palam inquit ambulabat Iesus apud Iudæos, sed non diu delituit. Proximū enim erat pascha Iudæorum, quod tempus suum esse nouerat, quo pati cupiebat, quod desyderabat, sicut testatur ipse: **D**e syderio (inquit) desyderauit hoc pascha manducare uobiscum anteq; patiar. Porro Iudæorum hoc pascha fuit ultimum. Quicquid enim extunc Iudæi sanctificant, pollutum est: quicquid benedicunt sacerdotes eorum, male dictum est: Deus enim benedictionibus eorum male dicit, sicut per prophetam prædixit: **E**t ex tunc stercus solennitatum ipsorum super uultus eorum profecit. ¶ Ut sanctificarent inquit se ipsos, ascenderunt ante pascha. Sanctificatio Iudæorum tota in cibis & in potibus, & uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis, ante pascha solenniter agebat, id est, ab initio mensis primi, cuius die de clama quarra ad uesperas facer agnus immolabatur, & ex lege præceptū erat, ut immundus ex eo non uelceretur. ¶ **Q**uerebāt ergo Iesum, & colloquebant adinuicem in templo stantes: **Q**uid putatis, quia nō uenit ad diem festum? **E**cce crudelis hyena, hæreditatis illius habitatrix, in qua deus quondā habitauit, quō sitit, quomodo anhelat, & linguā eijcit, festinans & impatienter sitiens effundere sanguinem Christi. Nondū uenerat dies festus, & iam insidiantes in illa spelunca sua, in illa domo patris, quam fecerant speluncam latronū, cum deberet esse domus orationis, dicebant: **Q**uid putatis, quia non uenit ad diem festū? **V**idelicet, quia primus non uenerat, uel inter primos, quod ut prædictū est, ascendeabant hierosolymam, ut sanctificarent se ipsos, male solliciti, & propitii uidentes perdere homicidium: **Q**uid putatis (inquiunt) quia nō uenit ad diem festum? ¶ **O**mnipij quid putarem, nisi quia iste est agnus paschalis, & decimus dies mensis huius nondum aduenit? **N**on enim iubet lex, ut festo die neomenia cum clangore tubarū, sed ut decima die mensis tollatur agnus, qui immolandus est in domo filiorum israel. **I**ccirco ergo non iam uenit ad diem festū, quia tempus expectat, & diē suū legitimum, ut legitima, id est, decima die mensis domū filiorū israel, id est templum dei, paschalis agnus introeat, & extunc circa illud salubria doctrinæ coelestis pabula, circa uel intra eiuscē templi uiridarium, suis auditoribus diuidat, uobis nihil audentibus, neq; cultū uestrum in hincere ualentibus, donec quarta decima dies ueniat, cuius ad uesperam seipse immolaturus est suis manibus, & tunc demū seā uobis dē cruciatilantæ trucidari permittet. **T**unc illum suscipietis, sicut leo paratus ad prædā, & sicut carulus leonis habitans in abditijs. **T**am malam intentionē uestrā Euangelista significans, ita subiungit. **L**ederant autem pontifices & pharisæi mandatū, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum. ¶ **N**on inquit bene quærebant eum, neq; pro bono festinabant uidere uenientē ad diem festū, sed quia pontifices & pharisæi dederant mandatū, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum: **S**olliciti erant ne forte propter hoc ipsum non ueniret ad diem festum, Ergo intentus quisq; erat, illorum habiturus gratiam, cum indicasset illum, quippe

quippe cum & premium dare prompti essent, quod & discipulo eius dederūt indicenti, quādo uel in quo loco sine turbis possent cōprehendere illum. ¶ **I**esus ergo ante sex dies paschæ uenit bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit. ¶ Ergo inquit, quia tale principes pharisæi mandatū dederant, Iesus non ante quatuordecim aut duodecim, sed tardius id est, ante sex dies paschæ, uenit in uiciniam hierosolymæ, scilicet in bethaniā, hoc exemplo prægnans, ne quis persecutoribus se ingerat, anteq; diuina illum gratia uocet, cum ipse tempus illud, uel diem obseruare curauerit, qui per scripturas olim præordinatus est. **S**extus namq; dies ante quartamdecimam mensis, cuius in uespera agnus immolāndus erat, nonus dies iulidē mensis est. **C**um ergo nono die mensis in bethaniam uenit, & sicut paulo post sequitur, qui in crastinū, qui profecto decimus dies mensis est, ciuitatem hierusalem ingreditur, plane in hoc quoq; legem, quæ de agno paschali scripta est, hic uerus agnus dei sustinere probatur: **V**enit inquit in bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit, uidelicet in crastinum; **U**nde dicitur (est) sanctam ciuitatem ingressurus. **F**ecerunt autem ei cenam ibi, & martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex recumbentibus. **M**aria ergo accepit libram ungenti nardi pisticæ, preciosi, & nixit pedes Iesu, & exterisit capillis suis, & domus impleta est ex odore ungenti. ¶ **C**enam hanc in domo simonis quondam leprosi factam esse, ex matthæo & marco manifeste habemus. **S**ecundum lucam quoq; domus illa eiusdem simonis est, in qua primū hæc eadem maria peccatrix, eadem inquam, sicut a diligentioribus tractatoribus ueraciter asserunt, ad domino suscepta, lachrymis lauit pedes eius, & multa illi peccata dimissa sunt, quæ dilexit multum. ¶ **V**nde ergo est, quod tot uiris presentibus, in domo alterius, mulier martha ministrabat? **I**llud nempe non esset mirum, si in domo sua ministraret, sicut tunc, quando intrauit ipse Iesus in quoddam castellum, & hæc eadem mulier excepit illum in domum suam, & satagebat circa frequens ministeriū. **V**erum quacumq; necessitate martha simoni coniuncta fuerat, ut in domo eius ministraret, quoniam scriptura tacet, nos iam in hac cena diligentius speculemur ea, quæ domino nostro exhibitā sunt, sancta & mystica magnæ pietatis ministeria. **F**ecerunt (inquit) ei cenam ibi. **D**omus (ut prædictū est) simonis est, martha ministrat, Lazarus unus est ex recumbentibus, maria preciosum super caput, & pedes domini effudit ungentum. **N**am hoc loco hic quomodo euangelista super pedes effusum ungentum narrat, matthæus & marcus super caput quoq; eius effusum esse non tacent. ¶ **V**erbius ergo nunc inistente passione domini, in hac cena sanctæ ecclesiæ oblequiū præsignatum est, quod tunc cum in domo eiusdem simonis hæc eadem maria peccatrix, ab eodem domino nostro suscepta est. **T**unc enim super conuiuantes illam pharisæi domum famosa peccatrix ingressa, & murmurante illo dignam poenitentiam offerendo iustificata, conuersionem gentilitatis præfigurabat. **H**ęc gentilitas enim post ascensionem domini, ad diuitias Iudæorum, ex quibus salus est, ueniens, & ad magnum conuiuium scripturarū iniussa prorumpens, quæ fuerat meretrix, id est pluribus dijs, quasi multis prostituta uiris, retro secus pedes domini accubuit, quia uidelicet eius quem secundū carnem non nouerat, uel fugiis adhæsit, flens & erroris pristini poenitentiam agens, murmurantibus eis, qui ex circumscriptione erant, eoq; gentiles gratia christi in dignos iudicarent. ¶ **N**unc autē mulier eadem iam iustificata, simul cū martha forore sua unā eandēq; christi ecclesiā significat, quæ diuersis uiribusq; actus, scilicet & contemplatiuæ uitæ obsequiis eidē dño in bethania, id est in domo obedientiæ ministrat, Lazarus uero qui fuerat mortuus, quē suscitauit Iesus, unus est ex recumbentibus, quæ profecto sine fide resurrectionis, in nullo ordine ecclesiæ christo ministratur. ¶ **D**omus autē ipsa simonis est leprosi, quia uidelicet iudæos (inquit apostolus) adoptio est filiorū, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequiū & promissa, & eorū patres, ex quibus christus secundū carnē. **N**os autē scilicet ecclesiæ de gentibus, eramus quondā sine christo, alienari a conuersione israel, hospites testamentos, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. **C**ū ergo admisi sumus, ut iam nō simus hospites & aduē, sed simus ciues sanctorū & domesticus dei, profecto in domo pharisæica gentiū ecclesiæ christo deseruit, licet in uiderit synagoga, & detraxerit poenitentia agenti. ¶ **F**acta igitur cena martha ministrat, & maria ungentū super dominū effudit, quod ipsum quoq; quoddā nō leue ministeriū fuit, differat autē a ministerio marthæ, quia uidelicet martha cibos corporis ministrat, maria uero multū quiddē est quod obsequitur, ueruntamē tali eius obsequio corpus non reficitur. **M**ystice quidem capilli eius quibus domini pedes extergit, superbam diuitū abundantiam exprimit, quæ sic absq; penuria sui pauperū inopia suppleat, quō capillos absq; dolore capitis deponere possunt ueruntamen carnaliter, sicut iā dictū est, maria dominū per tale nō pascat obsequiū. **I**gitur per marthæ ministeriū, illoꝝ sedulitas exprimit, qui in uita actiua christo deseruiunt per marthæ uero ungentū, cuius ex odore domus impleta est, eorū religiositas figuratur, qui contemplatiuæ uitæ sanctiis laboribus attritis, bonum deo & hominibus odorem effundunt. ¶ **Q**uorum perfectionis illud quoq; congruit quod dictū est: **A**cepit libram ungenti nardi pisticæ preciosi, libram inquam ungenti, id est, bonam & perfe-

Mat. 26 CAP. XI

Aut sex dies paschæ, id est, nono die mensis

Quia in domo simonis, leprosi

Lucas 7

Mythica illius cenæ

Maria peccatrix gentilitatis præfigurabat

Act. 1

Quid hic deus signat? Marthæ, Maria, & Lazarus

Quid designat domus simonis? Rom. 9 Ephe. 4

Drina inter Marthæ & Mariæ ministeriū

Capilli diuitiū abundantia significat

Vnguentum nardi pisticæ

trucidauerunt, cui prophetae in scripturis suis, non solum Iudaici, sed etiam totius mundi regnum promittebantur. Quia non solum sibi, sed etiam Romanis principibus, eo modo illi conlulisse Augusti Caesaris aures libenter accipiebant. In crastinum turba multa, quae conue-
nerat ad diem festum, cum audissent quia Iesus uenit Hierosolimam, acceperunt ramos palma-
rum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: O sanna, benedictus qui uenit in nomine domini
rex Israel. Die illo sabbatum erat, quo Bethaniam facta sunt, ea quae nunc Euangelista nar-
rauit, uidelicet sextus dies ante solennem uesperam paschae, id est, sequentem uesperam
decimae quartae lunae, quae nunc secundum Euangelium in quintam feriam obuenit. Hic autem
dies crastinus prima sabbathi est, quo dominus Iesus Hierosolimam intravit, octauus autem
lum quo arat resurrecturus a mortuis, qui ipse sine dubio prima sabbathi extitit. Non ergo
casu, sed secreta dispositione diuinitatis actum est, ut cum tali honore uel apparatu laudis, hac
die ciuitatem intraret, & ut superius iam dictum est, luna decima uerus dei agnus ad immola-
tionem sui decima quarta luna peragendum accederet. Quid enim iocunditas ista, nisi praeconi-
um fuit octaua deinceps die futurae eius resurrectionis? Ipsam ergo seriem diligentius contem-
plamur Euangelice narrationis. Turba inquit multa, quae conueuerat ad diem festum, cum audissent
quia Iesus uenit Hierosolimam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt ei obuiam. Rami
palmarum insignia uictoriae, magnum & mirabile spectaculum. Nunc primum parabatur bellum, nec
dum certamen iniri, & iam triumphum celebrabant turbae populorum. Nunquam sine dubio illud
iam sciebant, quod iste sine dubio perfecturus esset uictoriae? Imo nec istud nouerant, quod ad pra-
liandum uenit rex Israel. Absconditum erat cunctis uiuentibus, & ab ipsis Apostolis hoc diu-
nitatis consilium, quod per passionem & mortem suam iste rex gloriae destructurus esset eum, quia
bebat mortis imperium, id est diabolum, uel quod oportere eum pati, & resurgere a mortuis, &
ita intrare in gloria suam. Ergo illi tantae laudis concitores, secundum intellectum eius rei,
quam agebant, in fantes erant & lactentes, id est hoc ipsum quod exterius praesignabant my-
sterium nesciebant. Vnde iuxta alium Euangelistam, cum dicerent domino scribae & pharisaei:
Audis quid isti loquuntur? Respondit: Vtique. Nunquam legis, quia ex ore infantium & lac-
tentium proficit laus? Igitur ipse qui pati ueniebat, nunc uoluntate sua tales infantes & lac-
tentes in comparatione scribae & pharisaeorum, penes quos erat ubertas facundiae, solidusque
cibus legalis & propheticae scientiae inquam suo tales infantes & lactentes commouit, ut
eo modo sibi occurrerent, ut eiusmodi ramos attollerent, ut sic sibi acclamarent, & ita ex ore
illos, eius quae nesciebant uictoriae suae perficiebat laudem. Quid enim acclamantes dice-
bant: O sanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. O sanna, uerbum Hebraei, co-
positum est ex duobus, corrupto & integro, salua namque apud Latinos heu interiectio est dolentis,
at uero ana interiectio est deprecantis, quomodo apud Latinos heu interiectio est dolentis,
& interiectio admirantis pape. Denique in psalmo centesimo decimo septimo, ubi scriptum est:
O domine saluum me fac, & in Hebraeo scriptum est, anna, adonay, o sanna, O sanna itaque, salua, ob-
secro significat, consumpta uocali litera i, qua uerbum prius terminatur, quod profecto dicit
osi, per uirtutem litterae uocalis, a qua uerbum sequens incipit anna, quod metrici ueribus sine
Iscpham uocant, quis illi scriptam litteram scandens transileant: in hoc autem uerbo ofanna, illi-
tera nec saltem scribitur, sed sensu loquentium saluo, funditus intermittitur. Benedictus qui
uenit in nomine domini rex Israel. Hunc uersiculum cum uerbo ofanna, pro quo ut praedi-
ctum est, in Hebraeo scriptum est anna, adonay, o sanna, id est o domine saluum me fac. De psal-
mo centesimo decimo septimo, nutu instigantis eos supernae uoluntatis, arripuerunt, ubi sic
scriptum est: Benedictus qui uenit in nomine domini. Propheta, quantum ad statum
illum, in quo erat ipse, posuit, uenturus est. Hi autem fatentes hunc illum, qui ubi praenuncia-
tus est, non qui uenturus est, sed qui uenit (inquit) in nomine domini. In nomine domini
inquam, id est gloriam quaerens patris, non suam, uel hoc nomen habens quod dominus sit, sicut
ipse dominus pater loquens ad Moysen, de magno consilii angelo, scilicet de hoc filio suo: &
est (inquit) nomen meum in illo. Ita uadens ad bellum contra diabolum rex Israel, id est rex
omnium uideatur deum, uel quod deum uidere digni sunt, iam in hoc praefigurauit illud tripu-
dium, quod de uictoria eius habitura erat superna ciuitas Hierusalem. Illo namque resurgente
a mortuis, & ascendente in caelum, cantare habebant supernorum ciuium chori, ramos uicto-
riae subleuando, & regem suum debita cum laude & honore suscipiendo. Nam sicut occiso a
puero David Goliath Philistaeo, cum reuerteretur, & ferret caput eius in Hierusalem, egressae
mulieres de urbibus uniuersis in occursum eius caneant in tympanis leuitice & sistris, sic supe-
rato diabolo per passionem Christi, exiturae erant animae sanctorum cum beatis angelis, laudan-
tes & gloriam regi suo canentes, uiuentium quoque fidelium multitudine uictoriae eius per
rorum mundum praedicantes, sequitur. Et inuenit Iesus a sellum, & sedit super eum, sicut scri-
ptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinae. Breuiter hic
attingit, quod ceteri Euangelistae latius iam dixerant. Sed quale uerbum iam ista breuitas
sonuit.

Dies crastinus
dies dicitur de
sima mensis

Turba ut dicitur
Christi signa
ra palmas in
ferebat

Luca 24

Turba erat,
uelut fantes
& lactentes

Psalm

O sanna, uox
composita ex
uerbo & in-
teriectione

Benedictus
dixerat, quod
turus est

In nomine dñi

Exo 17

Rex Israel,
rex deū uide-
tium

1. Rego 7

o glorificatus
regis suum
Zacha. 7

sonuit: Inuenit inquit a sellum, Magnifice dixit, proprie locutus est, rem ualenter Euangelista
diuinus expressit, Quid enim illa, quam latius ceteri (ut dictum est) Euangelistae narant alli-
gatio a selli, nisi perditionem & captiuitatem significat generis humani, maxime autem gentilis
populi? E contra quid solutio illius, quam duobus discipulis imperat, nisi inuentionem
uel acquisitionem nostri designat? Pulchre ergo & breuiter quidem, sed proprie secundum re-
dixit, quia inuenit Iesus a sellum, & sedit super eum: quia uidelicet per passionis suae mysterium,
saluator perditum inuenit genus humanum, & abacto fessore diabolo, quem a sellum signobilis
& stultus, magno dedecore suo nimis patienter portabat, capistro stultitiae infrenatus, & in
stabilium mortis agebatur: ascendit super eum nobilis eques, & inclutus rex, ut suae nobilita-
tatis eum participem faceret, & in supernam ciuitatem Hierusalem equitatus sui saluationem per-
duceret. Sed inquam super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tri-
bifedens super pullum asinae. Hoc in Zacharia propheta scriptum est, quia de passione eius,
ad quam nunc tali schemate ueniebat, confestim subiunxit: Tu quoque in sanguine testamenti
aeterni eduxisti uinctos de lacu, in quo non est aqua. sane filia Sion, hebraea gens dicitur, qua
hic pro parte electorum spiritus sanctus in hoc propheta consolatur, ut non timeat, sed potius
gratuletur, quia rex suus adductis gentibus implet domum, & multiplicat filios eius, sicut per
talem eius aduentum figuratur. Haec non cognouerunt discipuli eius primū, sed quando
glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia haec erant scripta de eo, & haec fecerunt ei. Pri-
mum inquit, quod resurrexisset, recordati sunt, quia aperuisset illis sensum, ut intelligerent scripturas, non co-
gnouerunt haec: sed quando glorificatus est Iesus, uidelicet gloria resurrectionis, & ascen-
sionis, & effusionis spiritus sancti, tunc recordati sunt, quia haec erant scripta de eo, scilicet sugge-
rente illis omnia spiritu sancto. Et hoc inquit recordati sunt, quia haec fecerunt ei. Quae fece-
runt ei: haec utique, ut inueniret a sellum, in quo uideret super eum, sic enim manifeste Matthaeus
exprimit quia imposuerunt super eum uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Etenim
ipse quidem a sellum, ubi esset, indicauit, & eum sibi adduci iussit, sed certi ordine mysterij, quod
uis ea intentione hoc iusserit, ut desuper federet, & sic iam dictam prophetiam impleteret, ta-
men non nisi roganibus, & uestimenta sua discipulis imponentibus super eum sedere uoluit
Hoc ergo fecerit tunc non cognoscentes, sed reuera illud quod tunc significatum est per eos
nescientes, postmodum ipsi fecere scienter. Etenim missi a domino per mundum, ut gentiles sol-
uerent populum cum labore praedicationis, addiderunt instantiam orationis, ut super addu-
ctum sederent a sellum, id est, eundem in se dominus dignaretur protegere gentilem popu-
lum, si quo minus id faceret, lugebant & flebant infelicis a selli causa, sicut Apostolus ueneri-
re quibusdam Corinthiis metuerebat, cum diceret inter cetera: Timeo enim ne forte cum uenero
non quales uolo, inueniam uos, & ego inueniar a uobis, qualem non uultis, & subinde: Ne ite-
rum (inquit) cum uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos in his, quae ante pecca-
uerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam
gesserunt. Sequitur. Testimonium ergo perhibebat turba, quae erat cum eo, quando Lazarum
uocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia
audierant eum fecisse hoc signum. Eorum quae iam dicta sunt, ista complexio est, quia uide-
licet quod turbae processerunt obuiam ei taliter conclamando, magnū & uerū testimonium fuit
fili dei. Ergo (inquit) hoc modo testimonium perhibebat turba, quae erat cum eo, quando La-
zarum suscitauit, & propterea obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum.
Turba autem a turba distincta, turba uidelicet, quae interfuerat illi signo mirabili, a turba quae
non quidem interfuerat, sed audierat, & ita cum illis qui uiderunt concurrentibus eis, quibus re-
ferentibus audierunt, aucta est turba, creuit concursus, multiplicata est laus dei, multiplicata
est gloria filii dei, in tanta frequentia, tali tempore, in illa paschalis festi praeparatione: quan-
do (ut supra dictum est) ascenderant multi Hierosolimam de regione. Pharisei ergo dixe-
runt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Ma-
gno tormento congemuerunt, graui dolore suam adiuuicem inuidiam anhelauerunt: Vide-
tis inquit, quia nihil proficimus? O infelix stipula, hic deus noster ignis consumens est, &
tu illum opprimendo proficeres? Desicis potius & consumeris, quam non stipula ignem, sed
contra stipulam ignis consumit. Quanto illum pertinacius incubendo presseris, tantum hoc
plus flammam suae claritatis cum tui detrimento dilatabit. Nihil proficimus aiunt. Vnde hoc
malum: Vnde hi gemitus: Ecce inquit, mundus totus post eum abiit. Non dixerunt tota
turba, sed totus mundus post eum, uidelicet quia & caneant pueri Hebraeorum, & quae erant
lesum primitiae gentilium. Nam sequitur. Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant,
ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilaeae, &
rogabant eum dicentes: Domine, uolumus lesum uidere. Hoc illos deterius habebat, quod de
domino Iesu Hebraei iam acclamabant, & eundem gentiles quaerebant: quippe qui longe su-
perius, praesago tortiliore dixerant: Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum, nunquid
sonuit.

Inuenit a sellum

A sellum, ppfs
gentilium

Zacha. 8

Filia Sion

Luca 24

Mar. 21
Mysterij
quod discipuli
lesum super
a sellum sedere
fecerunt

2. Cor. 12

Duplex ibi
turba.

Pharisei ut
stipula contra
ignem diuini.

Ioh. 7

Humilitas
tulum
Mar. 15

in dispersionem gentium iturus est; docturus gentes: Gentiles (inquit) erant, & ascende-
rant ut adorarent in die festo. ¶ Ut vere pauperes ad magnam magnorum diuitum ianua
accesserant, cupientes saturari de micis, quæ de mensa illorum cadebant, imò & tanq̃ carelli sub
mensa dominorum, residua fragmenta colligere uenerant. Quam enim re dolet humilita-
tem quod dicitur quasi stantes à longe? Domine uolumus Iesum uidere: Quomodo contra-
ctum cor habeat erga dominu dominorum, cum intercessorem ambientes, seruum domini
uocarent dominum? Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. ¶ Profecto non leue erat,
pro consuetudine hospites testamentorū, promissionis spem non habentes, in circuncisos ho-
mines admitti, saltem ad uidentium dominum Iesum, cuius aspectus uel præsentia naueanti-
bus Israelitis uenerant in fastidium: quippe qui meminere se audisse ex ore domini dicen-
tis: In uiam gentium ne abieritis. Quid ergo pauperibus, id est, humilibus istis micis & humi-
lis corde responderit audiamus. ¶ Respondit eis Iesus dicens: Venit hora, ut clarificetur filius
hominis. ¶ Venit hora inquit, qua ut gentes uidere possint filium hominis, clarificetur ipse fi-
lius hominis, clarificatione uidelicet resurrectionis & ascensionis, necnon effusionis spiritus
sancti. Ex tunc enim, id est, postq̃ iuxta Psalmistam exultans ut gigas percurrerit uiam suam,
& sicut à summo cælo egressus uisus, nec erit qui se abscondat à calore eius, tunc inci-
pient gentiles isti uidere me, scilicet illuminati fide, implebiturq̃ illud quod scriptum est:

Psal. 18

Esa. 67

Discipuli q̃
deydera-
bāt regnū ter-
renū Chro

Mar. 9

Vade retro
Satana

Granum fru-
menti

Mors Chri
fructificatio

Gen. 5
1. Per. 2

Quid odisse
animam suam

Psal. 10

Quæ fuerunt me qui ante non interrogabant me, inuenerunt me, uel iuxta septuaginta inter-
pretes, palam apparui his qui non quæsierunt me. Sed quisnam erit modulus clarificandi, uel
quæ causa effectiua tantæ claritatis? Ait. Amen amen dico uobis: Nisi granum frumenti ca-
dens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fru-
ctum afferet. ¶ Jam ad hanc uocē, qua dixit: Venit hora ut glorificetur filius hominis, exultare
poterant desyderatores regni eius, sicut Apostoli, multū desyderantes gloriam magistris ex-
ultare (inquam) poterant, tanq̃ confessuri ad dexteram & ad sinistram magni regis in illo ter-
reno solio Dauid, præsertim quia nunc fuerat rex Israel acclamatus à turbis, ignorantes q̃ hic
necessarius esset modus uel ordo clarificationis, ut altitudinem claritatis præcederet humili-
tas passionis. In circo congruam similitudinem confestim intulit. Doctrinæ filiorū suorū sapi-
entia dei, uolens ostendere nihil incarnationē mundo profuisse, nisi per passionem suam redem-
ptionem eius acquisierit. Interpositæ autē affirmationis causa, qua dicit: Amen amē dico uo-
bis, eorundē discipulorū tarditas est, quam manifestus ex cæteris Euangelistis agnoscimus,
apud quos dicente domino, q̃ oportet eum occidi, & tertia die resurgere, assumens eū petrus
in crepabat illum dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Etenim hic & illic eandem de
dilectione animæ, & de perfecto eius odio dat sententiam, cum dicit illic: Qui enim uoluerit
animam suā saluam facere, perdet eam, & qui odit animā suā in hoc mundo, in uitā æternā cu-
stodit eam. Habebant enim domini & magistris sui dilectionē quidem, sed non secundū scien-
tiam. ¶ Propter quod eidem Petro, cū ut prædictū est, consiliū dare uelit sapientia dei contra
salutem suā & nostram: Vade inquit, post me satanas, non enim sapias quæ dei sunt, Satana, id
est aduersariū uocans illum, eo q̃ uoluntati diuinæ carnali aduersaretur uoluntate. Igitur pro-
pter discipulorū sensum eatenus carnalem, hanc edixit cū firmamento ueritatis similitudinē
Amen amen dico uobis, nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum ma-
net. ¶ O granū frumenti nostræ spei residuū, nostræ inopiæ solatiū, de terra tua, quam bene-
dixit domine feliciter exortum. Etenim secundū naturam, qua de terra sumpsit uirginea, re-
cte grano frumenti se assimilauit is qui de cælo uenit filius dei, qui beatos angelos immorta-
liter pascit. Vnde aurem sibi necessitatē testatur esse cadendi in terrā, uel moriendi: inde uide-
licet, quia nisi cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autē mortuū fuerit, multū
fructum afferet. ¶ Ergo non iccirco moriturus est filius hominis, quia peccati uel mortis debi-
tor est, sed ob hoc, ut una mors eius multorū uitā fructificet: sicut granū frumenti non iccirco
proicitur in terrā, quia uitiosum est, sed quia sic proiectū, cum fuerit mortuū, id est à solido ui-
gore suo per humorē terræ defectū, rursus germinando resurget, & multa secū grana referet.
Eat igitur hoc frumenti granū, & mortificetur infidelitate iudæorū, ut proiectū in sepulchro
reuirescat, & multiplicet fide populorū, sicq̃ multam in horrea cæli messem referat: quos
mori noluisse, solum se recipere potuerat, quippe qui præter ueritatem carnis nihil commu-
ne habebat cum spinis & tribullis, quas terra in opere Adæ maledicta germinauit. Hoc enim
fecit, inquit, Apostolus Petrus, nobis relinquens exemplū, ut sequamur uestigia eius. Hæc
enim uestigia sequentē, uita æternæ: sequi contemnent, perditio consecutura est. Hoc est q̃d
sequitur. ¶ Qui amat animā suam, perdet eam: & qui odit animā suam in hoc mundo, in uitā
æternā custodit eam. ¶ Prius diffiniendū est secundū uerba, uel intentionē domini, quid sit
odisse animā suam, quia uidelicet longe distare oportet ab illo odio, de quo sanctus ipse spiri-
tus dicit per os Dauid: Qui autē diligit iniquitatē, odit animā suam. Discipulis Christi odisse
animam

animam suam est, sic se habere inter eos qui se angustiant, ut habeantur in derisum & in simi-
litudinem improperij, ut insensati uitam eorum æstiment insaniam, & finem illorum sine ho-
nore. Apud sensum namq̃ illoꝝ odium animæ esse uidetur, dulcedinem uitæ præsentis non
amare, in pace propter deum asperam uitam eligere, in persecutione propter eundem cruen-
tam mortem appetere. Item eisdem odium patris uel matris filiorumq̃ uidetur esse, naturalē
illorum affectū deo postponere: cum discipuli Christi non omnino careant bono naturæ a-
more, sed negligant eum melioris comparatione. Itaq̃ secundū sensum talium, qui amat ani-
mam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitā æternā custodit eā.
¶ Ecce primum illud granum frumenti, quod cecidit illo tempore in terram, & mortuum est,
multum fructū attulit, quia uidelicet tot de radice fidei suæ grana protulit, quorū animas per
baptisum in mortem sibi consueptas in nouitate uitæ germinauit. Cuius germinis gratiam
longe ante Isaac propheticō nare præsenferat, cum diceret: Ecce odor filij mei, sicut odor a-
gri pleni, quem benedixit dominus. ¶ Sed uide ne cum granum esse debueris, palea sis. Quo
modo inquis: Vtiq̃ male amando animam tuam, eo uidelicet amore, quem culpans Aposto-
lus, & erunt, inquit, homines seipsos amantes. Tempus belli est, tempus persecutionis urget,
& in hoc tota contentio est, ut aut pro Christo animam tuam quasi uilem & odiosam effun-
das, aut retinendo illam, deum tuum, Christum tuum saluatorem perdas. Ait ergo: Qui ani-
mam suam, id est, qui dulcedine uitæ præsentis illectus, data optione ut aut eandem uitam a-
mittat, aut Christum deneger, adeo pretiosam habet animam suam, ut eam Christo præpo-
nat, magis eligens offenso Christo uiuere, q̃ dilectio mori: hic utiq̃ sic amando animam suam
perdet, id est, in æternam perditionem mittet. Et qui odit animam suam in hoc mundo, id est,
cui odibile est negationis Christi, hoc habere pretiū, ut uiuere sibi liceat in hoc mundo: qui,
inquā animam suam sic odit, & pro amissione auri (quod Christus est) uilius argentum, imò
miserum lutum, quod in cōparatione Christi anima sua est, retinere abhorret: hic utiq̃ in ui-
tam æternam custodit eam, custodia Christi sempiterna, qui sibi huiusce odij causa est. For-
te dicitis: iste uitæ durū sunt. Quo iure uel qua lege hoc exigit, ut ego animam meam odierim?
Ad hæc, inquit, si quis, mihi ministrat, me sequatur. ¶ Cum inquit, ego in hora quæ nunc ue-
nit, ea uia uel ordine clarificandus sim, ut prius ponam animā meam pro salute multorum, si
cut granum frumenti cadit in terrā & moritur, ut multū afferat fructū: non æquum est, ut is
qui meū se profiterur ministrū, & ad hoc tendit, quo particeps meæ sit clarificationis, animā
suam inuidū diligens, à proximoꝝ utilitate abscondat, & illuc puenire uelit sterili otio, quo la-
boriosa fructificatione peruenturus sum ego. Nō ita fiat, sed qui mihi ministrat, me sequatur.
Quis autē mihi ministrat, nisi qui meū in fronte uexillū, qui meū in ore uerbu porrat, qui
mea manibus & ore conficit uel tractat sacramenta? Ille ergo quisquis est, me sequatur, id est
me imitetur, in quo: In eo uidelicet, ut si talis illi hora ingruerit, qualis nūc mihi, de qua & pau-
lo ante dixi, uenit hora ut clarificetur filius hominis, malit propter me cadere in terrā & emo-
ri, sicut seminatur granum frumenti, ut bono exemplo sit proximis suis, q̃ negando fidē mi-
nistrari sui, cedere persecutori, & sic palea potius esse, q̃ granū, & leui uento citè uoluet. Si autē
desuerit tempestas persecutionis, tunc quoq̃ oderit animam suam, abneget uoluntatē pro-
pria, abhorreat & suffocet concupiscentiā suā, talēq̃ se, qualē fuisse meminit, odio habeat, & in
profunda pœnitentiæ fossa abscondat. ¶ Iubet namq̃ dominus in lege, ut cū egreditur quis
ad requisita naturæ, mittat pax illū in baltheū & fossa humo abscondat quæ egesta fuerint.
Quid enim illa egestio defossa, mystice, nisi ueteris uitæ abrenunciatiōē significat? Vtiq̃ in
castris Israel militanti, id est, iuxta alios euangelistas, prælata cruce Christi sequenti, egestio
nē suā abhorrire, & eam ne alijs puteat defodere, est præteritas animæ suæ concupiscentias
odisse, & eas super ducta uitæ melioris honestate, dei & hominū oculis abscondere. ¶ Igitur nō
sicut putauerunt quidā maligni atq̃ peruersi, & in semetipsis crudeliores & sceleratiores ho-
micidæ, à semetipso debet occidi, qui sequitur uestigia Christi, sed in persecutione quidē uio-
lentiam mortis ab alio perpeti, in pace autē ecclesiæ carnē suā crucifigere cū uitijs & concupi-
scentijs, & hoc modo Christum ministrare, id est Christū sequi. ¶ Attēde nūc utrū sint cōdignæ
passiones huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in huiusmodi ministris. Ait enim:
¶ Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. ¶ Sed quid magnū uideri poterat eis qui hæc au-
diebant, esse cū illo. Vbi enim erat cū hæc diceret? Vtiq̃ in spinoso agro huius mundi, unum
erat & nudū granū frumenti, iāā casurū in terrā & moriturū: sicut paulo ante dixit, Audi ergo
quod sequitur: ¶ Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus. Hæc sententia susce-
pta cū eo, quod paulo ante dixit, uenit hora ut clarificetur filius hominis, & quod postmodū
dicitur, pater clarificauit nomē tuū &c. nō leue intelligitur esse cū eo, non paruū esse honorē
intimatur, esse cū filio dei, nō uile esse clarificari cū æterni patris unigenito. ¶ Sed hoc sensu
inquis, uidebatur ita debuisse dici, ubi ero ego, illic & minister meus erit. Ad hæc inquit, Quā-
do quidē hæc loqueretur, adhuc in angustio erat & turbabatur, sicut & paulo post dicitur ē,

Sapient. 7
Multi fructū
granum mortui
Rom. 6
Gen. 27
De grano pa-
leæ heri qd ē
1. Tim. 5
Amare ani-
mam suam,
Qui mihi mi-
nistrat,
In persecutio-
ne
In pace,
Deut. 25
Myst. xiiij de
egestione de
fodienda in
terra.
Quid est seq̃
Christum,
Gala. 5
Rom. 8
Præmiū eiꝝ
q̃ sequit Chri-
stum,
Vbi ego sum
ubi mor ero

quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit, quasi post hunc filium hominis occideritis, nemo post illum abiturus sit: Exaltate quocumque illi in terra, & palam fiet uobis quantum proficeritis, illo dicente, palamque faciente per signa sequentia: Quia data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Hoc utique non ignorans, iamque praenuntiatis: Et ego inquit, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. L. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: quomodo ergo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Nonne ergo sicut claudi, ita & monocoli estis in Iudaei, & in una sola parte uidetis? Nunquid enim hoc solum dixit, quod exaltandus esset a terra, & non addidit quod omnia traheret ad seipsum? Quare ergo hoc solum aduertistis, quod significaret se esse mortuum, & contulistis cum eo quod testificatur lex, Christum manere in aeternum? Nempe quod est: exaltari Christum a terra, & omnia trahere ad seipsum, hoc est, & mori Christum, & manere in aeternum. sed & unde nunc uel hoc ipsum tam cito aduertistis, quomodo dixisset: Oportet exaltari filium hominis? Denique alio tempore cum ite dixisset: Cum exaltaueritis filii hominis a terra, tunc cognoscetis quia ego sum, nihil tale, quale nunc obiecistis, sed nec ullo modo quid diceret, uos intellexisse significastis. Vnde ergo, nisi quia paulo ante collectio concilio pontificis & pharisaei consilium uobiscum definerant, non solum ut interficerent, sed hoc etiam ut exaltatione crucis in terficerent eum? Itaque non misere uos illud in uerbis eius intellexisse, quod in sidiantes in abscondito conscientiae cubili cogitabatis facere. L. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebre uos comprehendant. I. Iste (ingit) filius hominis Christus est, & sicut audistis ex lege, manet quidem in aeternum, sed nondum peruenit illuc, ubi immortaliter atque impassibiliter manet in aeternum. Adhuc modicum lumen in uobis est, & hoc non uidetis, quod ipsa exaltatio quam dixi, transitus Christi est in regnum aeternum. Vos ergo dum lucem habetis, dum lumine ueritatis licet uti, ambulate, ut uos quoque ad Christi aeternitatem perueniatis, uenient enim tenebrae mortis, in quibus iam nemo ambulare possit, sicut alio loco dixi: Veniet nox in qua nemo possit operari. Per hanc moram lucis, id est uitae praesentis, uacat querere ex lege totam ueritatem Christi, uidelicet quia aeternum quidem maneat, ueruntamen ad ipsam aeternitatem non nisi per uiam passionis & mortis ascendet. Ambulate in quam currite, & perficite, antequam tenebrae exteriores uos comprehendant. Na post cursum uitae praesentis, nulli accendat lucerna scripturas, unde peruenire possit ad Christum manentem in aeternum. Hoc est quod sequitur. L. Et ambulat in tenebris, nescit quo uadat. I. Tenebrae namque sempiternae sunt apud inferos, de quibus dixerat: Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae uos comprehendant, quae uidelicet remissas manus, & genua comprehendant dissoluta, in quibus tenebris quisquis ambulat, nescit quo uadat. Vnde dicit Ecclesiastes: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. Cui simile est quod dominus subiungit. L. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. I. Quid aliud clamat propheta cum dicit: querite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est: Dum lucem inquit habetis, id est, dum in hac uita estis, ubi legalem ac propheticum sermonem, tanquam lucernam in caliginoso loco locum habetis, per quam ueram lucem, Christum inuenire potestis: credite in lucem, ut filii lucis sitis, id est credite in Christum, ut illic, ubi (sicut audistis ex lege, Christus manet in aeternum) adoptionem filios dei habentes, uos quoque cum illo in aeternum maneat. Hec locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. I. In caeteris Euangelistis manifeste habemus, quod post iam dictum ingressum suum in ciuitatem, erat docens quotidie in templo, hic autem quasi diuersus ab illis abiit (inquit) & abscondit se ab eis. Quid igitur nisi mystice excaecationem illorum innuit. Etenim absconditio eiusmodi, id est excaecatione illorum se significasse, sequenti sauis declarat serie lectionis. Sequitur enim. L. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo impleretur Esaias, quem dixit: Domine quis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? I. Quid namque est non reuelatum illis esse brachium domini, nisi hoc ipsum, quod manifeste exprimit Euangelista, cum dicit: abscondit se ab eis. Hoc prophetae querulosum uaticinium, congruo satis tempore ab euangelista sumptum est. Cum enim haec diceret propheta, clarificatione filii hominis, qua clarificatione erant in gentibus, ut supra dictum est, & incredulitatem Iudaeorum, de qua nunc dictum est, quia cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, spiritali oculo praeuidebat, sicut totus prophetae locus aperte indicat: Dixerat enim. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est annuntiatum de eo, uidebunt: & quibus non est annuntiatum, contemplati sunt. Haec de supra dicta fructificatione gentium, sequitur de excaecatione Iudaeorum, quod hic positum est testimonium: quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Brachium domini appellat hic filium dei, quia uidelicet sicut operatur quis uel praeliat in brachio suo, sic cuncta fecit, & diabolum debellauit deus in filio suo, in uerbo suo. Quod si quaeras ab eodem propheta, in quo non fuerit reuelatum, uel in quo fuerit absconditum

seonditum, statim subiungit: Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neque decor, &c. Quibus uerbis flebiliter declamata passione domini, uersus gentilem, ad quam fructus peruenturus erat eiusdem passionis, beatificat dicens ita: Letare sterilis quae non parit, &c. Ite euangelista subiungit. L. Propterea non poterant credere, quia ite dixit Esaias: Excaecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & intelligant corde & conuertantur & sanentur eos. I. Ius in qua subiunctis propheticae scripturae testimonij, satis euidenter demonstrat euangelista, cor ita dixerit: et abscondit se ab eis. Illud autem non potest educi, quanta feueritate habitator huius Iohannis spiritus sapientie dicta sua digesserit. Quia enim ista ratio uel causa est, quod quasi quereres, cur se abscondit dominus in Iudaeis, uel quare non credebant in eum in Iudaei, ita subiungit, ut impleretur sermo Esaias, quem dixit: Amplius autem cum adhuc addidit: Propterea non poterant credere, quia ite dixit Esaias: Excaecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Nunquid eandem quaestionem quam ipse mouit, satis absolutam esse putauit? Vere enim cum memo quaereret ab eo, cur in dominum non credidissent Iudaei, quaestione ingentem ipse ultro commouit. Nam usque hodie non cessant homines disputare de praescientia in praedestinatione dei, nec de sunt peccatores, qui se ipsos excusare audent, dicant se iccirco bonos esse non posse, quia deus malos fore praesciuit & praedestinauit. Quibus ita se excusantibus, deumque accusantibus, istud insipientiae suae patrocinium placet, quod in presenti loco Euangelicae auctoritatis scriptum est: Nisi praescientia uel praedestinatio dei (inquunt) uoluntatibus hominum uim faceret, tantus Euangelista, sic & sic non dixisset. Sed talibus tamque praesumptuosis discussoribus iudiciorum dei & uiray eius, nihil aliud respondere dignum arbitrat Paulus Apostolus quod hoc: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid potest figulus dicere ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Etenim talibus hoc loco hic Euangelista eodem spiritu respondit cum praemisisset: Non credebant in eum, ita subiungens, ut sermo prophetae impleretur, itemque propterea non credere, quia ite dixit Esaias. Ipsi enim qui sunt qui respondeant deo, uel quibus de diuinis iudicijs reddatur ulla ratio: Verum eis qui mites sunt, & spiritu pietatis bene dispositi ad audiendum, & Apostolus praedicto loco subsecutus, profundam rationem incipiens uolens (inquit) deus notam facere iram, & ostendere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa irae apta in interitum, &c. & ipse dominus in alio Euangelista: Confiteor inquit tibi pater domine coeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater, quia sic placitum fuit ante te. Causam effectiuam caecitatis Israeliticae reddens Apostolus, appellauit eos uasa irae, dominus autem sapientes & prudentes eosdem dixit, quibus pater absconderat haec, scilicet mysteria sua, quae paruulis dignatus est reuelare. Vtraque sententia superbiae caecitatis causam esse significatum est. Vnde enim a domino sapientes & prudentes dicti sunt, nisi ex eo quod superbi sunt: quod maxime liquet ab opposito paruulorum, id est humilium, qui reuelatione patris digni sunt. Vnde uero ab Apostolo dicti sunt uasa irae, nisi ex eo, quod sunt filii superbiae: Psalmista quippe cum dixisset: Terribilis es, & quis resistet tibi, extimuitulit, ex tunc ira tua. Nam reuera ex quo deo resistitur, ex tunc ira eius. Etenim quod per infirmitatem uel ignorantiam peccatur, dissimiliter peccata hominum, & parcens illis, praenitentiam praestolat. Ergo & Apostolus quos appellat uasa irae, dignis auditoribus tali denotatione indicat, deo resistisse, & iccirco retributionem superbiae iustum deum uoluisse illos, sicut Pharaonem in durare, uel corda illorum, ne Christum agnoscerent, excaecare, & ipse dominus, dum eosdem uocat sapientes & prudentes, ex opposito paruulorum, id est, humilium, & paulo post eiusdem paruulis dicit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, causam absconditiois, pro qua confitetur patri, demonstrat superbiae esse. Itaque & hoc loco, cum dicit Euangelista: Excaecauit oculos eorum, & indurauit corda eorum, subauditur dicens, ne uideant oculis, & intelligant corde, profecto cordatis auditoribus non dubium fore putauit, quia ob causam deus hoc fecerit, qui neque diabolum, neque hominem quempiam absque praecedente peccato superbiae excaecauit unquam, aut indurauit. Igitur innocens & sancta praescientia dei, nullam malis hominum necessitatem importat, quomodo nec uisus meus ei, quem ambulare uideo, ullam ambulandi necessitatem irrogat, quomodo apud quosdam philosophos Christianos disputans ualidissime, argumentatur sana & uera philosophia. Sed de his haecenus, iam nunc ad ipsa lectionis uerba redeamus. Primo quaerendum est, quae distantia sit inter hoc quod dictum est: Excaecauit oculos eorum, & hoc quod sequitur: indurauit cor eorum, siue inter hoc quod ait: Ne uideant oculis, & quod subiungit, & intelligant corde. Quid enim? Nunquid non idem uidetur esse, non uidere oculis, quod est non intelligere corde: uel idem esse excaecatos oculos, quod est, induratum habere cor? Cur igitur utrunque dictum est: uidelicet quia eorum, qui conuerti, & sanari non merentur, aliqui nec uident quidem scripturarum sensum, aliqui uident quidem, sed sequi nolunt. Eorum itaque qui non uident: Excaecauit (inquit) oculos, ne uideant oculis. Eorum autem qui uident, & sequi non uolunt: indurauit (inquit) cor, ne intelligant corde, id est, ne sapiat eis per dilectionem, quod

Esaia 55
Esaia 6
Esaia 7
Esaia 8
Esaia 9
Esaia 10
Esaia 11
Esaia 12
Esaia 13
Esaia 14
Esaia 15
Esaia 16
Esaia 17
Esaia 18
Esaia 19
Esaia 20
Esaia 21
Esaia 22
Esaia 23
Esaia 24
Esaia 25
Esaia 26
Esaia 27
Esaia 28
Esaia 29
Esaia 30
Esaia 31
Esaia 32
Esaia 33
Esaia 34
Esaia 35
Esaia 36
Esaia 37
Esaia 38
Esaia 39
Esaia 40
Esaia 41
Esaia 42
Esaia 43
Esaia 44
Esaia 45
Esaia 46
Esaia 47
Esaia 48
Esaia 49
Esaia 50
Esaia 51
Esaia 52
Esaia 53
Esaia 54
Esaia 55
Esaia 56
Esaia 57
Esaia 58
Esaia 59
Esaia 60
Esaia 61
Esaia 62
Esaia 63
Esaia 64
Esaia 65
Esaia 66
Esaia 67
Esaia 68
Esaia 69
Esaia 70
Esaia 71
Esaia 72
Esaia 73
Esaia 74
Esaia 75
Esaia 76
Esaia 77
Esaia 78
Esaia 79
Esaia 80
Esaia 81
Esaia 82
Esaia 83
Esaia 84
Esaia 85
Esaia 86
Esaia 87
Esaia 88
Esaia 89
Esaia 90
Esaia 91
Esaia 92
Esaia 93
Esaia 94
Esaia 95
Esaia 96
Esaia 97
Esaia 98
Esaia 99
Esaia 100

vident per manifesta litera cognitionem. De praedicto propheta testimonio protinus Eu- gelista subsecutus ait. Hoc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Ac si diceret. Visto prophetica, in qua dixit haec Esaias, gloriam eius praemonstrabat, illam uti- que gloriam, quam nunc in stare ipse dominus praedicabat his verbis. Venit hora ut clarificetur filius hominis, caeteris quoque quae haec tenus differunt. ¶ Est autem illa visio, quam idem propheta sic incipit: In anno quo mortuus est Ozias, Vidi dominum sedentem super solum excelsum & elevatum, & ea quae sub ipso erant, replebant templum, Seraphim stabant super illud, sex alae uni, & sex alae alteri. Et clamabat alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Igitur ille habitus sedentis domini, circumstantibus officialibus, vel administris spiritibus sanctis (qui in hoc solo scripturae loco inveniuntur appellati seraphim) mystice praedicat istam clarificationem filij dei, qua peracta, praedi- cantibus ministris eius per totum orbem fide sanctae trinitatis, & hoc modo clamantibus Seraphim: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, impleta est domus fumo, scilicet illo incredulitatis fumo, quo (ut iam dictum est) excecavit Iudaeorum oculos. Sequitur. L. Veruntamen & ex principibus multi crederunt in eum, sed propter phariseos non constabantur, ut de synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam dei. Ergo nec vere credebant, qui claritatem ab hominibus accipientes, gloriam illorum glorie dei praerebant. Dixit etenim ipse alio loco: Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab iniuicem queritis, & gloriam quae a solo deo est non queritis? Non solum (inquit) ex turba multa, quae cum ramis palmarum processit obviam ei, sed & ex principibus, id est primoribus Iudaeorum, multi crederunt in eum, sed quia pharisei, id est clerici Iudaeorum iam dum conspirauerant, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam facerent eum, non constabantur, ut de synagoga non eijcerentur. Veruntamen inquit, id est licet supra dixerim, quia cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Multi ex principibus crederunt, sed male erubescerent, non constabantur. I. Iesus autem clamavit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, vidit eum qui misit me. Magna perseverantiae fortis exemplum, magnus & laboriosus clamor, si perpendas non solum quia nunc usque clamauerit, sed & quid, & qualis adhuc ipse, vel inter quales clamauerit. Quid enim clamavit? Qui credit in me (inquit) non credit in me, sed in eu qui misit me. Quod est dicere: O homines magis gloriae hominum quam gloriae dei diligentes, quid in me credere erubescitis, vel quid confundimini de me confiteri quod creditis? Nunquid finem fidei, vel confessionis vestrae in eo constituit, quoniam me carnalibus oculis uidetis? Non, sed magis in eo quod pater misit, quod est uerbum patris, quod est principium: Principium enim ego sum, qui & loquor uobis. Itaque non in glo- riam aut contemptibile est, credere in me. Etenim credere in me nemo potest, nisi credendo in eum qui misit me: neque credere quis potest in eu, qui me misit, nisi credendo & in me. Siqui- dem & qui uidet me, uidet eu qui me misit: nec aliter uidere vel scire quis potest, cuius substantiae, uel quantus sit, quid ualeat, uel quid sapiat is qui me misit, nisi uiderit me. Hoc est quod clamavit, & iam diu laborauerat clamans, iamque raucae facte fuerant fauces eius, ita ut postmo- dum obmutesceret, sicut agnus coram rudente fide, & non aperiret os suum, & propter eius- modi clamorem multiplicati iam erant, qui inuidia caecati oderant eu. ¶ Qualis enim ipse erat, & inter quales hoc declamabat? Vtique non solum mortalis & passibilis, & in nullo secundum naturam a caeteris distans, inter quos ambulabat, hominibus: sed & egenus, & pauper, nihil de regno uel honoribus huius mundi amplexus, hoc dicebat apud carnales & superbos, hu- manae gloriae uento tumentes, & quod amplius, quos (ut supra dictum est) deus ex caecauerat oculos, & indurauerat cor, intantum ut non solum non crederent deis eius & factis, sed & insu- per blasphemarent, dicentes: Daemonium habet, & insanit, quid eu auditis? Igitur fortiter qui- dem, quippe in quo totus erat spiritus fortitudinis, ueruntamen & passibiliter clamavit, nec enim perdidit frontem mitis & humilis corde, aut nullam patiebatur humani pudoris angustiam, cum dicat ipse in psalmo: Quonia propter te sustinui obprobrium, operuit confusio faciem meam. Sequentia clamoris eius de audiamus. L. Ego lux in mundum ueni, ut qui credit in me, in tenebris non maneat. Dicat ad haec homo rationalis, Si lux, imo qui lux, & uera lux est Christus, & ad hoc uenit in mundum, ut in tenebris non maneat qui credit in eu, ergo de seipso non debuit perhibere testimonium? Nonne frustra uenisset in mundum, si taceret, & non ostenderet seipsum? Quis uero fur & latro uelit lucernam accessam mitti in abscondito, uel sub modio, & non potius poni super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt? Igitur oportune, importune, non suae gloriae cupiditate, sed nostrorum oculorum necessitate clamet lux: Qui credit in me, cre- dit in eu qui misit me: itaque qui uidet me, uidet eu qui misit me; & hoc modo seipsum ostendens oculorum nequam non curet inuidiam, dummodo simplicium latificet beneuolentiam: Ego inquit lux in mundum ueni. Quae ab causa? Ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. ¶ Ergo contra legem credendi faciebant hi, qui (ut supra dictum est) credebant in eu, sed non conste-

Visto Esaias Esaias 6

Ioh. 1

Clamor Christi de credendo in se

Psal. 6

Esaias 53 Laboriosus clamor Christi inter superbos Iudaeos

Ioh. 10

Psal. 45

Clamor Christi non propter gloriam suam, sed propter nos

Quid est in tenebris manere

bantur, diligentes hominum magis quam dei gloriam. Hoc enim modo credentes, in tenebris manebant. Sequitur ergo. L. Sed si quis audierit uerba mea, & non custodierit, ego non iudicabo eum. Non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Iudicium damnationis in hoc Euangelista tripliciter iam dictum est. Alia namque significatio est, qua dixit: In iudicium ueni ego in hunc mundum, ut & qui non uident uideant & qui uident caeci fiant, Alia qua dicit nunc: Ego non iudico eum, Alia qua itidem nunc ait: Sermo quem locutus sum uobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et prima quidem atque tertia nota, & per se manifestae significationis sunt: haec autem media, qua dicit: Ego non iudico eum, non enim ueni ut iudicem mundum, ex opposito cognoscitur, quod statim opposuit dicens: sed ut saluificem mundum. Quomodo enim saluificauit mundum? Vtique iudicium. i. damnationem sustinendo, sub iudice Pontio Pilato accusatus, tanquam reus maiestatis, traditusque ad crucifigendum Romani ministri imperii. Igitur ex hoc opposito quo dicit: sed ut saluificem mundum, liquet quid dixerit: ego non iudico eu. Quod idem est ac si diceret: Regnum uel iudicium meum non est hinc, id est de hoc mundo, Quod si esset de hoc mundo, ministri utique mei decerant custodiri uerba mea. Nunc autem regnum uel iudicium meum non est hinc, & proinde nunc ego non iudico eum. Ordo uel textus literae sic se habet. ¶ Sed si quis audierit uerba mea, ego non iudico eum. Dixi (inquit) uobis, quia lux in mundum ueni ad hoc, ut qui credit in me, in tenebris non maneat, sed iccirco negligentius uerba mea homines audiunt iccirco custodire non curant, quia ego non iudico eum qui quis eiusmodi est, quia non sedit rex in solis tyrannorum, quia non exigo gladiis & securibus, ut meum seruet edictum. Non enim ueni ut hoc modo iudicem mundum, sed ad hoc potius, ut hoc modo iudicatus saluificem mundum. Quid tandem? Ergo ne regem caeli contemneres impune abibunt? Nunquid semper tacebo, semper silebo, semper patiens ero, & in nullum eos adducam iudicium? Non est ita, non sic erit, non sic fiet. Qui enim spernit me, habet qui iudicet eum, habet inquam, non dico habebit, sed iam habet iudicem, & si non dum sententiae uel uindictae iudicantis apparent. ¶ Quis tandem ille est iudex? Sermo quem locutus sum uobis, ille iudicabit eu in nouissimo die, ille inquit sermo, quem audierunt, quae uere esse nescire non possunt, utpote magnificis operibus testimonium comprobaturum, ille iudicabit eum, ille arguet, ille conuincet eu. Vbi nam iste talis iudex sedebit? quali de folio suo uoces aut sententias iudicii sui dabit? Prope aderit, intus sedebit, in conscientia cuiusque iustas sententias terribiliter personabit. Sic enim & Apostolus dicit: Quia testimonium reddet illis conscientia ipsorum, & inter se in uicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit deus occulta hominum secundum Euangelium meum. Ergo ille sermo quem locutus sum, iudicabit eu in nouissimo die. Vnde hoc sermone huic: Ait. L. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ille mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Inde (inquit) sermo quem locutus sum, fortitudinem habet iudicandi, quia ego a meipso non loquor, quia non solum iuxta praesumptionem prophetae mendacis, quem lex iubet non timeri, de corde meo non confinxi, sed qui misit me pater, illa uidelicet missione, qua mihi est pater, ipse mihi mandatum dedit, ipse mihi obedienti in mandato incarnationis & passionis, mandauit quid dicam, & quid loquar: quid inquam nunc dicam patienter contradicentibus, & quid in futuro iudicio loquar terribiliter, ubi nemo contradicere audebit. ¶ Si ex me locutus fuissim, i. ex homine uel secundum hominem, quem solum in me uidetis, & quem solum me esse putatis, tunc infirmus, imo & mortuus esset sermo quem locutus sum. Nunc autem uiuus est & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & perstringens usque ad diuisionem animae & spiritus, conpagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo in ueritate, ergo in aequitate iudicabit. Mandatum (inquam) ille mihi dedit qui me misit, & ego ex ipso eiusmodi sermonem loquor. L. Et scio quia mandatum eius uita aeterna est. Mandatum eius sic dicendi, & sic faciendi, non incerta spe exequor, non dubia expectatione perago, sed scio, & bene scio, quia mandatum eius uita aeterna, id est omnibus credentibus uita aeterna effectiua causa est. Non enim incertis euentibus in hoc mandato positus, paulo ante dixit: Venit hora ut clarificetur filius hominis, atque subinde: Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, & his similia. L. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Siquidem sermonis huius utilis prouentus apparet, recte, tanquam non mandatus a patre, contemptibilis esset. Nunc autem fructus eius uita aeterna est, & hoc multis comprobatur testimoniis, dum alii de morte animae per poenitentiam ad uitam redeunt, alii quoque corpore mortui, sermonis eiusdem imperio resurgunt. Ergo uere, ergo itrefragabile est, quia quae loquor, non confingo ut propheta mendax, sed sicut dixit mihi pater, sicut est uoluntas patris, haec loquor.

Iudicij triplex significatio

Vt saluificem mundum

Ego non iudico eum

Sermo iudicabit eum

Rom. 8

Deuter. 18 Pr mandatum mihi dedit

Sermo Christi uiuus & efficax Heb. 4

Mandatum eius uita aeterna & effectiua

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIſtam Commentariorum Liber Vndecimus.



Ditrite hui⁹ euāgelij contra hereticā paupertatē

Recitatio testamenti

Reuerentē autē quoniam

CAP. XIII.

Agno⁹ typic⁹ Exo. 12

Dies paschæ

vetus pascha plenū myste⁹ rjz

Venit hora eius Ioh. 7^a Ibidem. a Cū dilexisset suos

Ioh. 11

EVANGELISTAE huius habitatoris spiritui sancto magnas iam dum Ecclesia catholica gratias agit, quia gratiæ & veritatis diuitias de ore plenitudinis Christi, in profundam eius memoriam transfusas, tanta integritate cōseruauit, tanta fide in tempore opportuno reſedit, ut nihil nobis aduersus hæreticam paupertatem deſit de ſubſtantia ueritatis, ubi cūq; terrarum tanq̄ diues ſuperbire auaſit. Et cuncta quidem, quæ hæcenus dixit, gloria & diuitiæ ſunt domus eius, id eſt, deo ſacrati eius pectoris: Amplius autem quæ deinceps dicturus eſt, pretioſæ opes ſunt, & theſaurus deſyderabilis. ¶ Eorum namq; tota ſeries, huic uſq; ad patibulum crucis, recitatio eſt teſtamenti, quod mortens pater noſter conſcripſit: deſignatio eſt hæreditatis, quam paruulis ſuis in ipſo mortis agone mira caritate delegauit. Aſſiſtant pupilli, qui non erant ibi, & iſto recitante qui præſens interfuit, quicq; uerba teſtamenti, digito morientis ſcribente, in tabulis cordis carnalibus ſuſcepit. Audiant certius, ubi ſuum ſperent hæreditatem, & ad qualem interim paraclæum atq; tutorē. ¶ Igitur uolent pñs & bene amantibus filijs dulciora eſſe, & profundius permanere in memoria uerba, quæ diligentiffimus pater in ipſa morte, ſupremum trahens ſpiritus, locutus eſt, quæ dixit, quæ mandauit, quæ rogauit aut monuit, ſic nobis reuerēti aure, pio corde, & humili ſpiritu ſuſcipienda, ſideli memoria commendanda ſunt ea, quæ deinceps dilectus eius ſolertè audita, fideliter conſeruata, utiliter ualde incipiens, hoc modo reſpondit. **L** Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ¶ Chriſtum domini uerum dei agnum, eſſe pro ſalute mundi totius immolatū, eius ſq; figuram illum prætuliffe agnum, quem in Aegypto iubente domino per Moylem, immolauit omnis multitudo filioꝝ Iſrael ad ueſperam, omnis domus Iſrael, id eſt, uniuerſa quæ carnē comedit, & ſanguinem bibit eius, id eſt ueri agni, ſancta catholica conſeruetur Eccleſia. ¶ Sed & illud non ignorat, diem feſtum paſchæ, quē populus ille ſumma celebritate ſolennē agebat, commemorationem illius diuini fuiſſe beneficii, & ob hoc paſcha dictum, quod eſt tranſitus, & Hebraice dicitur phaſe, quia dominus ſuper tabernacula filioꝝ Iſrael ſanguine agni ſignata tranſiuit, cæciſq; primogenitis Aegypti, fecit eſe tranſire per mare rubrum, Pharaone, qui pſequebatur eos ſubmerso, ſimulq; cunctis Aegyptijs. Igitur perſpicuum eſt, cur cum dixiſſet Euangelista: Ante diem feſtum paſchæ, ſtatim ſubiunxerit ſciens Ieſus quia uenit hora, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, uidelicet ut doceret illi Euangelicæ ueritatis alumno ſignificaret totum illud umbraticum ueteris paſchæ ſacrificium ex eo fuiſſe ſanctū, quia præfigurabat dominū Ieſum pro ſalute mundi per paſſionem mortis fore tranſiturum ex hoc mundo ad patrē, ſiquidem ante diem feſtum paſchæ, id eſt ac ſi dixiſſet, illo die, quem continuo ſubſequitur dies feſtus paſchæ. ¶ Erat autem luna primi menſis decima quarta, cuius diei ſubſequentē ueſpera, quando luna iam pleniffima eſt, & decima quinta nobis incipit haberi, agnus (ut iam dictum eſt) immolabatur, magnis præfulgentibus myſterijs, non ſolum quia luna plena erat, ſed etiam quia nō niſi poſt æquinocitiū uerū ex quo iam dies noctem ſuperare incipit, cum primum occuſiſſet luna plena, agebatur hæc magna ſolennitas. Plena quippe luna, plenitudinem temporis ſignificat, quo iam multiplicata per præteritas generationes Eccleſia, redemptionem de celo mittendam apud inferos expectabat: dies autem longior noctem iam ſuperans, illud deſignat, quia per paſſionem Chriſti myſterium contra tenebras errorum, quæ hæcenus præualuerant, nunc uerſa uice præualere inciperet in cunctis gentibus clara ueritatis notiſſima. Sed de huiusmodi non eſt modo dicendum per ſingula. ſciens ergo (inquit) Ieſus, quia uenit hora, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, illa uidelicet hora, quam intuens hic idem Euangelista ſuperius dicebat: Erne mo in eum miſit manus, quia nondum uenerat hora eius. De qua & ipſe dominus quodā loco dixit: Tempus meū nondū aduenit. ¶ Cum dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mundo, in finē dilexit eos. Hoc multū gratioſe dictū eſt: Cū inquit dilexiſſet ſuos, id eſt, eos quos elegerat, ut ſui eſſent ab initio. Nam ſolos putaremꝰ Apoſtoloſ, uel ſolam gentem Iſrael ſecundū electionē, de qua Cayphas ſupra neſciens prophetauerat, q̄ Ieſus eſſet moriturus pro gente, non ait tantum ſuos, ſed addidit, qui erant in mundo, ſcilicet ut omnes intelligamus electos, quia profecto non tantum moriturus erat pro gente, ſed ut filios dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum. Ergo cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, idem eſt ac ſi dixiſſet, cum opus magnæ dilectionis facere cœpiſſet erga ſuos, qui propter originale peccatum eiecti de paradifo, peregrinabātur in hoc mundo. ¶ Quomodo autem cœperat diligere ſuos, & quem uſq; in finē dilexit eos? Sic utiq; iam dilexerat eos, ut de celo ad terram deſcenderit propter eos, & ut qui erat deus inuiſibilis in ſinu patris, homo uiſibilis de uentre femine factus fuerit. Sed non erat conſummata iſta dilectio. Nihil enim ſuis profuiſſet, q̄ homo fuerat factus, ſi non pro illis etiam pateretur. Siquidem hoc ipſe ſupra dixit: Niſi granū ſtrumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, &c. Igitur ut oportebat in finem dilexit eos, id eſt dilectionem erga illos, eo uſq; perfeicit, ultra quod non poſſet augeri, uidelicet ut animā ſuam poneret pro illis. Sequitur. **L** Et cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Symonis Iſcariotis, ſciens quia omnia de die ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad eum uadit, ſurgit à cœna, & ponit ueſtimenta ſua. Et cum accepiſſet linteū, præcinxit ſe. Et deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipuloꝝ, & extergere linteo, quo erat præcinctus. ¶ Dicta hæc Euangelista diligenter auditorem, facta domini noſtri Ieſu Chriſti auidū poſtulant ſpectatorem: facta enim eius hæc mira ſunt & perpulchra, q̄ à cœna nec dum finita ſurgit, ueſtimenta ſua ponit, linteo ſe præcingit, pedes diſcipuloꝝ lauat, iterumq; recubens, docet in habitu domini & magiſtri, quid fecerit in habitu minoris ac miniſtri. ¶ Dicta autem Euangelista prudentiffima, quia cauſam horū, quæ dominus ſic & ſic fecit, pene expoſuit, & tamen non omnino diuulgauit, dum prædictis quatuor factorum domini clauſalis, quatuor itidem ipſe præmiſit, dum dicit: ſciens Ieſus quia uenit hora, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem, & ſciens quia ad patrem inquam expoſuit, tanq̄ diceret: ſciens quia uenit hora, ut tranſeat, iccirco ſurrexit, inchoata iam cœna, quæ ipſum eius tranſitū ſignificabat, paſcha namq; manducabat: & ſciens quia à deo exiuit, iccirco ponit ueſtimenta ſua: & ſciens quia omnia de die ei pater in manus, iccirco lauat pedes diſcipuloꝝ: & ſciens quia ad deum uadit, iccirco poſtquam lauit pedes eorū, iteꝝ accepit ueſtimenta ſua, & iterum recubuit. Igitur hæc ipla repetentes, latius explicemus. ¶ In finem inquit dilexit eos, & cœna facta, ſubauditur, agere placuit ſibi illud, in quo exprimeret dilectionem ſuam, qualiter incepiſſet, & qualem ad finem uſq; perducitur eſſet. ¶ Hoc inquam non ſolum uerbis edicere, ſed & ſignanter uoluit agere, uidelicet ut & nunc præſenti magnæ humilitatis ſchemate uſcra quoq; ſuoꝝ tangeret, & poſt reſurrectionē ſuā, quādo aperiret illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas, iſtud quoq; factum illi uulnerata memoria recolentes, profundius intelligerent, & eandem dilectionem ipſius, cuius ob ſignificationem talis uel tantus ipſe tali hora uel tempore taliter egiſſet: Et cœna iam facta (inquit) cum diabolus iam miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Symonis Iſcariotis. ¶ Cœna ipſa, quæ facta erat, id eſt agnus paſchalis aſſus cum azymis panibus & lactucis agreſtibus comendendus, ipſi uero agno cauſa eſſe poterat, ut (ſicut poſtmodum dicendū) in ſemet ipſo turbaretur, quia uidelicet paſſionis ſuæ ſignificatio nem per tot retro generationes, ab exitu filioꝝ Iſrael de Aegypto, hoc ritu celebratam, nūc in præſentia morte ſua compleri oportebat. Hoc enim ſciebat cœna facta, ſed & illud non ignorabat, quia diabolus iam miſerat in cor, ut traderet eum Iudas Symonis Iſcariotis, qui & pridie abierat ad phariſæos & dixerat: Quid uultis mihi dare, ego uobis eum tradam: hoc ſciens ipſe, & illud quoq; quia omnia de die ei pater in manus: Omnia (inquam) un de & paulo ante dixerat: Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, & illud ſciens, quia à deo exiuit, uidelicet in eo quod cum in forma dei eſſet, ſemetipſum exinanuit: & quia ad deum uadit, ſcilicet ut ſedeat ad dexteram maiſtatis in excelsis, ſicut dixit Dauid de illo in ſpiritu: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis. Hæc (inquam) & hæc ſciens ſurgit à cœna, uidelicet ut ineffabilis opera dilectionis habitu uel actū ſignificaret admirandæ humilitatis. ¶ Quid enim fecit ſurgens à cœna: Ponit inquit ueſtimenta ſua. Quid deinde? Et cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipuloꝝ, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Magnum quidem & mirum in præſenti expectaculo & angelis & hominibus, quidnam faceret hic & angelorum & hominū dominus: idem homo, idemq; deus idem humilis, idemq; altiffimus. Verum poſtq̄ cognouerunt diſcipuli eius, q̄ ipſe eſſet, id eſt, poſtquam reſurgens à mortuis, aperuit illis ſenſum: unde & paulo poſt dicturus eſt: Ut cum factum fuerit, credatis quia ego ſum: tunc uidentes & intelligentes ſe ammirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, & ibi dolores, ut parturientis, quia uidelicet intellexerunt quid fecerit, imò quid tali factū ſignificauerit eis. Hic præcipue dilectus diſcipulus, qui tunc in eadē cœna ſupra pectus eius recubuit, intellexit quid, uel ad quid fecerit eis, quod & nobis inueniens ſic dixit, ſic prælocutus eſt: ſciens quia à deo exiuit, & ad deū uadit, & quia omnia de die ei pater in manus. ¶ Tunc inquam intellexerūt, & anima eorū uulnerata charitate ſenſit quomodo dilexiſſet ſuos, quō propter eos ſurrexiſſet de accubitu tuo, de ſinu patris æterni, de throno incircumſcriptæ maiſtatis, & depoſitis gloriæ ſuæ ueſtimentis, exinanitus à claritate, quam habuit priuſq̄ mundus fieret, adeo nudus, id eſt, noſtri per omnia ſimilis abſq; peccato, inter homines apparuit, ut quō typum eius ſeruus ſeruorum maledictus

Infinitū dilexit eos
Ioh. 11
Facta Chri.
Dicta Euan gelitæ
* peracturus mirabile ſchema humilitatis Chriſti Lucæ 2. 4
Cur Chri's in cœna turbatus in ſeipſo.
Mat. 26
Ioh. 12
Phil. 2
Pſalmo 109.
Factū Chriſti, ſpectaculo dignum.
Pſal. 47.
Ioēs Euang. præcipua dilectus
Myſterium illius facti
Ioh. 17

Gen. 9

maledictus Cham, patrem suum Noe, nudum iacentem dormite fortis nuntiavit fratribus suis, sic haereticus Cherintus & Marcion, alijque plures eundem dominum nostrum, nullatenus deum deo ante secula natum, sed hominem tantum extitisse, & ex maria coepisse contenderunt maxime pro eo, quia in theatro praecipuus, id est tribulatione passionis afflictus, uera morte, uerus esse homo comprobatus sit. Hoc modo illum suorum pedes lauisse, id est peccata emundasse se intellexerunt. In illa namque uita humilitate passionis suae, sanguinem & aquam de late re suo fudit, unde usque hodie peccata suorum emundare non desinit. Quare autem solos pedes tunc lauit, cum secundum exteriorem hominem simul & interiore, credentes in se lauet in sanguine suo a peccatis eorum? Videlicet quia hora illa rem solummodo significare, non etiam agere debuit. Praeterea in circo pedes potius, quam manus aut caput laurare uoluit, quia uidelicet in lauandis pedibus, & affectuosior est gestus humilitatis, & propinquior significatio charitatis, qua nos lauat in sanguine suo a peccatis nostris. Denique non solum tunc lauit nos in sanguine suo, quando quisque nostrum baptizatur, sed & quotidie lauat ab actualibus peccatis, quando in sancto altari carni eius communicamus & sanguini. Ipsa autem peccata, quae non omnino potest effugere uita humana, quamlibet religio, per puluerem pedum solent significari. Verbi gratia, cum ipse dominus dicat: In quacumque domum intraueritis, & non susceperint uos, ex eunte in plateis eius, dicite: Etiam puluerem quae adhaesit nobis de ciuitate uestra extergerimus in uos. Quod est dicere: Etiam minima peccata, sine quibus non omnino quis sancta mortalitas, uel mortalis sanctitas uitae praesentis transigi potest, quotidianis remedijs palam expurgare, ut non habeant imprudentes homines, ob quam uita nostrae reprehensionem uideantur sibi, quasi rationabiliter praedicationem uestram contemnere. Quas uidelicet peccatorum pene in uitabilium sordes spiritus sanctus significat, dum in Canticis canticorum dicente sponsa: Aperi mihi foror mea, amica mea, colubina mea, immaculata mea, responde illi: Expoliam me tunica mea, quomodo rursus induar illa? Laui pedes meos, quomodo in quinabo illos? Cum enim actiuae uitae tunicam exuerit, & in secreto contemplatiuae uitae lectulo sese anima composuerit, tunc quia minus ea quae agunt in seculo uidet uel audit, quasi iam lotis pedibus, id est praeteritis actuum secularium abiectis sordibus, terram deinceps tangere refugit. Quod si animae utilitas poscit ut exeat, & tanquam uoce sponsi excitata, Euangelio Christi publice inseruiat, rursus puluere aliquantulo se sordidari possent ignorat, & sic cito magis indiget, ut sibi quotidie Christus pedes lauet. Igitur magnum quidem (ut praedictum est) spectaculum fuit in illo coenaculo, ubi domino pascha parauerant discipuli, quod tantus ille dominus & magister surrexit a cena & posuit uestimenta sua, praecipuusque linteo, pedes lauauit, iterumque acceptis uestimentis suis recubuit, & docere coepit: & multo maximum est, quod si cut illic sanctissime ac religiosissime significatur, creator angelorum & hominum semetipsum exinanuit, minoratus paulominus ab angelis, & in forma serui circumdatus est labore & angustia passionis, ut nos in sanguine suo lauaret a peccatis nostris, & iterum resurgendo a mortuis, induus gloria immortalitatis, & honore incorruptionis, recubuit in caelo ad dexteram patris, & dato sancto spiritu fecit nos scire, quidnam fecerit nobis. Sequitur. Venit ergo ad Simonem Petrum. Coepit inquit lauare pedes discipulorum. Erat autem primus a quo incipiendum esset Symon Petrus. Nam & si Andreas auctore Iohannis testimonio dicentis: Ecce agnus dei fecutus prior quam Petrus, uenit & uidit ubi maneret ipse dominus Iesus, attamen in ordine uocationis Apostolorum, quando relictis omnibus secuti sunt eum, Iohanne iam tradito, nec Andream, nec alium prior est Petrus, sed uidit dominus Petrum & Andream fratrem eius primos, & uocauit eos. Ergo pedes discipulorum lauare incipiens, uenit ad Simonem Petrum. Dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu inquit, quem confessus sum Christum filium dei uiui, rex regum, & dominus dominantium, uestimenta tua posuisti, aqua inuadisti, & ut pedes mihi laues coeno procumbes? Expauit enim de domino magistro suo magna, de se uero humilia sentiens, quod & alius quilibet discipulorum extimuisse, si ab eo dominus tantae humilitatis opus inciperet. Si quidem adhuc non plene cognouerant huius magistri sui disciplinam, scilicet quod in schola eius ille maior, qui humilior esset, quam maximum ipse dominus omnium, in summa humilitate arce regnaret. Hoc inquam non bene cognouerant, unde etiam nunc secundum Lucam facta fuerat contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Et quidem uerbis uerae dominationis, & tenenda potestatis ordinem eos docuit, dicens: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur uos autem non sic, sed qui maior est uestrum, fiat sicut iunior: & qui praeflor est, sicut ministrator: ego autem in medio uestri sum sicut qui ministrat, sed praeterea factus illos amplius in seruuens, palam apparerebat inter eos sicut qui ministrat, lauando pedes eorum: simulque (ut praedictum est) significabat qualis ministerij minister foret, uidelicet animam suam redemptionem pro multis daturus esset. Cum ergo sic Petrus expauescet, Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Causam inquit, propter quam hoc facio, tu nescis modo, sed si dicam

Cur pedes potius quam manus aut caput lauit. Apo. 1

Pulueres pedum, sicutiana peccata

Quid est inquinare pedes. Cant. 7

Magni spectaculi drama de mysteriis illis factis Christi. Psal. 8

Petrus primus Apostolorum. Ioh. 1 Mat. 4

Disciplina humilitatis apostolorum non potest esse cognita erat Luc. 22

Mat. 20

Iohan. 16

si dicam tibi, non potes portare modo, scies autem postea, uidelicet cum uenerit spiritus ueritatis, qui uos & huius facti causam & omnem ueritatem docebit. Dicit ei Petrus: Non lauas mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus: Si non laueris te, non habebis partem mecum. Quid inquit expauescit talem humilitatis meae habitum, tale ministerium? Nisi ego adhuc alius praecipuus maiori dispendio laueris te, non habebis partem mecum. Vere enim nisi Christus dilectos suos lauisset a peccatis eorum in sanguine suo, nec Petrus nec quisquam ceterorum hominum partem habuisset cum illo. Hoc ergo nunc opportune Petro dictum est, quia uidelicet & cum expauesceret humilitatem talis magisterij, multo magis abhorrebat contumeliam dominicae passionis, qua & illum & omnem mundum oportebat lauare. Dicit ei Symon Petrus: Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Hoc obediens secundum nomen suum bene locutus est Symon. Symon namque interpretatur obediens. Bene ergo non ut paulo ante dixit Euangelista, dicit ei Petrus, sed dicit ei Symon Petrus. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Hic manifeste datur in religio, quod aliam praeter illam exterioriorem dicit necessariam pedum lauationem. Quis enim lotus est, nisi quem Christus in sanguine suo lauit a peccatis, ut ante iam dictum est? Quid autem ad conferuandam illam spiritualem mundiciam proficit ista corporalis lautio pedum? Nunquid quotidie pro confectione da peccatorum remissione pedes lauare, & non potius sacramenta dominicae passionis opus habemus percipere? Igitur Petrus aliquid intelligit, dominus aliquid postmodum intelligendum insinuat, cum dicenti illi, domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput, ipse respondet, qui lotus est inquit, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Ac si dicat: Qui semel in morte, quae nunc adest, baptizatus est, non est opus amplius ut praeterita ante baptismum peccata siue originalia siue actualia lauet, sed totus mundus est, tantummodo pedes lauet, id est, quotidiana uel communia, sine quibus humana uita transigi non potest, commissa quotidiana remedijs expurgetur: sicut is qui solos ex itinere sordidatos habet pedes, & in reliquo corpore a sordibus liber est, uadens nixum, non indiget nisi ut pedes lauet. Sequitur: Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quoniam esset, qui traderetur eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Vos inquit, qui permanistis mecum in temptationibus meis, mundi estis, scilicet propter sermonem quem locutus sum uobis, quia credidistis, mundi inquam estis ex hoc, quia nunc ego sanctifico me ipsum pro uobis, ut uos in ueritate sancti sitis, dum ego sanctifico, id est, ego me ipsum sacrificium offero pro uobis. Iam enim uia do immolari pro uobis ut mundi sitis, sed non omnes. Nec enim omnibus uobis praesens passionis meae sanctificatio prodest. Sciebat enim (inquit Euangelista) quoniam esset qui traderetur eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum & accepit uestimenta sua, cum recubiuisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Ergo, inquit, quia sciens ea quae supra dicta sunt, sic & sic fecit. Postquam rursus acceptis uestimentis suis iterum recubuit: recubuit dominus & magister os suum aperuit, & ea quae deinceps sequuntur, dulcia super mel & fauam eloquia de ore suo profundit. Etenim postquam resurgens a mortuis, gloriosam immortalitatis & incorruptionis uestem induit: extunc per interpretem suum spiritum sanctum, quem de caelo misit, fecit suos intelligere, quid fecerit eis, iuxta quod ex persona eius per alium dicitur: Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me, non moriar sed uiuam, & narrabo opera domini. Itaque dicit: Scitis quid fecerim uobis? Hac interrogatione excitat, ut attentos reddat auditores suos orator gratiae & ueritatis. Interrogati namque, quod nescimus attentius, quasi manu pulsantis excitati, audire solemus. Attendat nunc edentula teneritudo filiorum, quam suauis argumentatione gratia mater, ex ore eius hoc humilitatis suae comendet exemplum. Ait: Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui uestrum pedes dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quem admodum ego feci uobis, ita & uos faciat. Si possent modo portare serui atque discipuli, poterat hic dominus & magister dicere sic: Si ego, quem uos dominum & magistrum recte uocatis, dinationem, qua cum patre cunctis sum creaturis, non rapinae arbitratus sum, sicut reges gentium & quod potestate habent super eos, sed memetipsum exinanui in forma serui accipiens in similitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo, & humilio magis sum, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: si inquam ego sic feci, ut uos lauam a peccatis uestris, & quod est, ut & uos apostolatus uestrum, non dominationem, sed summe humilitatis ministerium arbitremini, cuius in hoc profecto est, ut ponatis animas pro fratribus uestris. Hoc inquam, dicere poterat, hoc enim uera exempli eius imitatio est. Ceterum pedes corporaliter lauare possunt & illi, qui nullatenus exemplum domini & magistri huius exempli sequuntur: sed nonnullis regibus atrociores, subiectis sibi pedibus, sub religio fopatoz nomine, supbissime dominantur, non solum imparati per illis animas ponere, sed etiam auri rapaciter uideas & pupillos deuorare. Praemissio igitur opis exemplo, unde tota pen de sermone autoritas. Sequitur: Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum, si hęc scitis, beati eritis si feceritis ea. Explicari uerbis nequit, quam sit pon

Lauit nos Christus in sanguine suo.

Apo. 1

Luc. 22. Mundi estis & passionem non instauram.

Psal. 18. Spiritus sanctus interpretatur bonum Christi. Psal. 117

Exemplum de di uobis, ponere de animas pro ouibus. Philip. 2 Luc. 22

Mat. 24

deris, q̄ rē omnibus notā tanta seueritate astruit dicendo: amen dico uobis, cuius sermo etiā absq̄ iuramento prolarus, celo & terra stabilior est, sicut ipse quodā loco: cœli & terra transibunt, uerba autē mea nō transibunt. Cui enim dubiū est, seruū domino suo nō esse

Beati eritis si feceritis ea.

& bene dicitis inquit, sum etenim. Igitur si scitis, imō, quia hęc scitis, nec enim nescire potestis, maiorē, neq; apostolū eo qui misit illū: Vocabāt autem tunc iam apostoli magistrū & dominū, & bene dicitis inquit, sum etenim. Igitur si scitis, imō, quia hęc scitis, nec enim nescire potestis, maiorē, neq; apostolū eo qui misit illū: Vocabāt autem tunc iam apostoli magistrū & dominū. ¶ Beati, in quā, eritis ita ti fueritis sic esse quomodo ego sum, quē magistrū uocatis & dominū. ¶ Beati, in quā, eritis ita ti fueritis sic esse quomodo ego sum, quē magistrū uocatis & dominū. ¶ Beati, in quā, eritis ita ti fueritis sic esse quomodo ego sum, quē magistrū uocatis & dominū. ¶ Beati, in quā, eritis ita ti fueritis sic esse quomodo ego sum, quē magistrū uocatis & dominū.

Fili p̄ditiois Iudas,

reus miserie p̄transierit. L. Non de omnibus uobis dico. Ego scio quos elegerim. ¶ Beati inquit, eritis, sed nō omnes, nō in quā pręparatū in beatitudine locū habebitis omnes. Est enim unus hic inter uos filius p̄ditionis, sermonis huius expersitur, nō minister in sidiator, nō imitator: renebrā, nō lux: diabolus, nō apostolus. Non tamen errore meo factū est, ut inter uos talis ille sit: ego nāq; scio quos elegerim, quos ad gloriā, quos ad flammā, quos ad honorem, quos ad contumeliā. Non in quā nescius, uestro talē numero admisi. L. Sed ut impleatur scriptura, qui māducat panē meū, leuabit cōtra me calcaneū suū. I. Cicirco inquit, sustineo in multa p̄ticiā illud uas irę aptū in interitū, ut quod ab initio de me fuit dispositū, eodē modo quo dispositū fuit, nunc fiat, nullo intercedente nouo consilio non casu, sed ordine certo & antiquitus p̄scito atq; p̄scinito, testante scriptura, quę dicit in mea persona, qui e debet panes meos, magnificauit sup me supplantationē. Sic enim scriptū est secundū hebraicā ueritatē: sed hic Eua gelista gręc scribens sermonem maluit hoc uti exemplū, secundū uulgatā apud gręcos scripturā agnita interpretū ad ditionē. Hęc ergo scriptura manifeste Iudā proditorē attingit. ¶ Quid autē est q̄ ait, magnificauit super me supplantationē? Non enim ait tantū supplantauit me, sed magnificauit super me supplantationē, id est, magnifice supplantauit me. Quid ergo sic dice re maluit, nisi ut excitaret nos ad pensandū solertē modū eius dē supplantationis: Vere enim magnifica, uere mirabilis supplantatio fuit, ubi emptorē, imo redēptorē omnī, hic unus p̄ uerfe supergressus, uenere, p̄sumpsit. Quomodo uel quibus uendidit? Vtiq; faceret dōtib' malo suo p̄chale sacrificiū sic uendidit, quomodo tunc tēporis apud omnes filios Israel solē nimore quarebatur, & uendebatur agnus p̄ singulas domos pascha manducaturus. Oper uerfa magnificentiā, o magnifica supplantatoris peruerfitas, qui uniuersalē nostrę salutis ho stia faciē suā, sic quasi suū peculiū possessorē mundi, solūq; & unum cœli ac terrę uenalem proposuit dominū, multū ergo alte suū cōtra illū leuauit calcaneū, cōtra illū in quā, non ut i psum Christus emeret, sed e contra ipsum Christū uenderet. ¶ Quare autē hic p̄scinitus ue rat ordo dominicę passionis, ut hic agnus nō solum occideretur, sed primo etiā uenderetur? Videlicet q̄a homo, p̄ cui? salute uenerat moriturus, nō solū p̄pter trāsgressionē mortuus, sed in ipsa transgressionē fuerat etiā uenundatus. Non enim nulla spe p̄posita persuasi sunt primi homines, ut mandatū transgredierentur, sed aperientur inquit, oculi uestri, & eritis sicut dñi. Et mendaciter quidē, sed tamen sicut dicitur est, & sic in transgressionis p̄titiū, diuinitatis spes p̄posita est. Vnde propheta: Gratis inquit uenundati estis, sine argento redimemini. Igitur hic ordo nostrę salutis erat necessarius, ut saluator pro uenundatis & mortuis nō solū more retur, sed primo etiā uenderetur. Sequitur: L. Ammodo dico uobis ut cre datis, cum fuerit factū, quia ego sum. ¶ Hactenus inquit, nō dixi uobis, nō designaui, quis ille esset diabolus, qui unus est ex uobis, sed in hac hora dico uobis quis sit, & quid facturus sit, ut cum factū fuerit, id est, cum ille tradendo me, calcaneū suū cōtra me leuauerit, credatis quia ego sum egenus & pauper ille, super quē qui intelligit, beatus erit, sicut illa scriptura dicit, ego in quā, qui & ibidē dico, nunquid qui dormit, nō adiciet ut resurgat, ac deinceps, tu autē domine miserere mei & resuscita me, & retribuā eis. Hoc in quā, ammodo dico uobis, sed primū est ut dicā inquit beati tudinis eius dē, de qua iam dicere cōpetā, quę statim uos incipiet cōsequi, ubi neq; domino ue stro serui, neq; illo qui misit uos apostoli, maiores esse uolueritis. Dico ego, L. Amen amen di co uobis, qui accipit, si quē misero, me accipit. Qui autē me accipit, accipit eū qui me misit. ¶ Hęc uestra o serui & apostoli, q̄ dñm uestrę mittētē uos, nō ut maiores p̄ceditis, sed ut minores subseq̄mini hęc in quā, uestra beatitudo ē. Ecce mitto ante uos uocē p̄coniā, toto mūdo audē dā, ut gme suscipiūt, tūc uere me suscepisse se cōfidāt, si uos susceperint tāq̄ me ipsum. Et ne pat uū in suscipiēdo me putetis esse p̄miū, p̄ eo q̄ snm modo dēspēcō, & nouissimus uirorū, uir do lox & scitis infirmitatē. Ecce & hoc dico uobis, imō & omni mundo, hoc p̄ dico de uobis, qui me accipit, accipit eum qui me misit. Quid uero putatis audito hoc p̄ conio, quomodo sint uos accepturi omnes qui dispersi sunt filij dei, propter quos in unum cōgregandos estis mittendū: Quantū estimatis honorem & gloriā, etiā in hoc mundo fore uestrę beatitu dinis

Mat. 26

Rom. 9

Psal. 40

Magnificauit super me supplantatio nem.

Cur oportuit vendi Ch̄m

Gen. 5

Esa. 7

Beat⁹ q̄ inel ligit sup̄ge nū & paupe rē. Psal. 40

Vox p̄conia p̄ seruis & a postolus Ch̄i Esa. 57

dnis, ubi nō fallitur pietas fidelium, gaudendo me & eum qui me misit, se suscepisse in uobis. ¶ Vere enim qui misit uos, uobiscum & in uobis erit. Proinde omnes filij hominum, qui nascendo ex sanguinibus, & ex uoluntate carnis, atq; ex uoluntate uiri, nascuntur se curidum ue terem Adam, & per illum patrem diabolus contingunt, renascēdo ex aqua & spiritu per ue strum ministerium, nascuntur secundum me nouum Adam, qui misit uos, & per me deū pa trem contingunt, a quo missus sum. L. Cum hęc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protesta tus est, & ait: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. ¶ Postq̄ cum tranquillita te beatitudinem feruorē fideliū, humiliumq; Apostolorū p̄dixit, nunc indigni Apostoli, & mali serui dicturus audaciam, turbatus est Iesus, & non quomodo cunq; sed turbatus est (inquit) spiritu. Quid ergo? Nunquid contrarius sibi est, cum dicit in Marthę o: Spiritus qui dem promptus est, caro autem infirma? Hoc quidem difficiliter solueretur, si ita dictum fuisset Turbatus est spiritu eius. Nunc autem cum dicit: turbatus est spiritu, idem est ac si diceretur turbatus est a seipso, estq; par ei quod alibi dictum est: Fremuit spiritu, & turbauit seipsum, quia uidelicet fremente & turbante spiritu, turbata est infirma caro uel anima Iesu, per quam to ta hominis substantia intelligitur. Nam per spiritum quo fremente anima turbatur, uel quo prompto caro infirmatur, fortitudo diuinitatis intelligitur, quę dum & alibi inferno, & hic traditori fuo comminatur, ex p̄senti fremitus causa, id est, ex uicinia mortis infirmitas ho minis turbatur. Itaq; turbatus protectus est, id est ab ipso effectu comprobauit, quod fecun dum scripturam uere calcaneum suum contra se leuaturus esset, ipse qui e debet panes eius, & ait: Amen dico uobis quia unus uestrum tradet me. L. Aspiciēbant ergo discipuli ad inuicem hęcitantē de quo diceret. ¶ Amiratione attoniti, & de sua quisq; conscientia certi, ad inuicē aspiciēbant & hęcitantē, id est in xta alium Euangelistam, contristati ualde, singulatim interrogabant dicentes: Nunquid ego sum domine? L. Erat autem recubens unus ex disci pulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. ¶ Dilectus iste discipulus, inter dilectos omnes dilectissimus, hoc de semetipso solus cōmemorat, quia dominus Iesus eum diligebat, & quia runc familiari dilectione in sinu eius recumbebat. Cur hoc, nisi ut necessariū nostrę fidei & sa luti testimoniū, id est p̄sēns Euangeliū testificantis, hoc est uimē autoritate cōfirmet? Si quidem & si omnes, scilicet quatuor, q̄s Ecclesia sancta recipit, Euangeliū scriptores testes ido nei sunt, & de alio uis illos testimonio dubitare nephas est, tū uero hic p̄cipue dignus si de testis est, qui adeo ueritati, quā narrat, p̄sēns cognitor interfuit, ut recūberet in sinu eius, familiaris ac dilectus, & illi uerbo p̄ cūctis mortalibus prope admissus, q̄d eruētū de cor de patris, & caro factū alius personare decreuerat per linguā & calamū eius. ¶ Et enim quē ducentē iam uxore de nuptiis uocauerat, recte tanta illum ḡa remunerabat, cuiusq; animam suo tā familiariter uere oblectabat, cuius carnē a coniugio reuocata uirgineo decore accin xerat. Bene ergo, q̄a de uerbo dei magna, & ceteris longe altiora dicit, ne Cherinthus uel ali us quis hęc reticus dubitabile uel esse quod dicit, tacere nō debuit in se cōpletū esse illud Sa pientis dictū: Qui diligit cordis munditiā, propter gratiā labiorū suorū habebit amicū regem ga uidelicet propter excellentē castitatis decore, dignus fuit de ipso sacro dominici p̄ctoris fonte diuinitatē eiusdem uerbi, & a tera potare secreta principij: Erat inquit unus recūbens ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. Veritatē altissimā socia humilitate conde corat, dū nō ait, eram ego recūbens, sed erat recubens unus ex discipulis eius, itemq; dū di cit quē diligebat Iesus, & nullā tantę dilectionis reddit causam, uidelicet solā uolens intelli gi ultroneā diligentis gratiā. L. Innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei: Quis est de quo dicit? Quamuis humiliter nomen suū reticeat, non tamen suā omnino personā dissimulat, dū nō di cit: Innuit ergo illi, sed innuit huic Simon Petrus. Sic enim dicendo, quasi reducto in seipsum digito, demonstrat se illū esse p̄cipue gratiā filium, cui Petrus q̄d a dño quærere nō aude bat, in illa sollicitudine & summa tristitia, innuit ut quæreret ipse, dū caput in sinu dñi reclinat, & fiducia maiori uti potest inter p̄cipuas amoris eius delicias. ¶ Sciendū uero est, q̄a sicut tunc in sinu diligentis domini discipulus iste familiarissime recumbat, sic deinceps in eius dem teneri amoris diligentissima seruatus est custodia, quā & postmodum in sinu eius, cū dixisset Petro: Sequere me, de isto dixit: Sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Ve re enim ter beatus, usq; ad finem suum, in sinu amātis domini suauissime recubuit, quia sicut cor puse eius ab omni pollutione incurrptū, sic eum ab omni quoq; dolore seruauit illa sum. Se quitur. L. Itaq; cum recubisset ille super p̄ctus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Cui respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctū panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudę Simo nis Icariothis. Et post bucellam tunc introiuit in illum satanas. ¶ Vbiq; agnus manufectus & innocens scripturas sanctas ruminat, & omnia sic agit, quatenus & propheticas uoces im pleat, & ea quę in scripturis p̄cepta dedit, prior ipse faciat. Cur enim lupū p̄sēntem, sibi sub ouina pelle imminente tali uoluit designare iudicio, cum eundē & nomine proprio, uel in tento satis posset exprimere digito? Videlicet ut & prophetiā, quā super eius attigit, uerissimā

Ch̄s in ap̄t̄s in Christo p̄ suscipitur

Mat. 26

Turbatus est sp̄s, nō tur batus est sp̄s

Ioh. 4

Ofes 15

Mat. 26

Ioēs fide dig nissimus q̄ ap ceteris Ch̄o magis dile ctus ac fami liaris

Ioānes ygo

Pro. 22

Iohānes tene ro amore sp̄ dilectus Ioh. 21

Cur Ch̄s tu dā nō indica uit note, aut digito Psalmo 40.

Rom. 14

Iudas proditor, homo pacis meae

Iudas non poe dicitur, sed fractus carbonibus combustus est Mar. 14

Iudas non intertulit sacrae communioi corporis & sanguinis Christi

Quousque ecclesia tolerandi sunt mali

Iob. 9 Quid facis, facitius, non im perit, sed permissio est Lucae 22

Iob. 1

Hoc nemo discumbentium scit. Lucae 12 Ioh. 4

Psal. 167

esse ostenderet, homo pacis meae, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem, & illud prior ipse faceret, quod per quemdam sapientem docuerat dicens: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potu da illi: hoc enim faciens carbones ignis colliges super caput eius. Quis namq; patientius suum potest cibare inimicum? Ille homo pacis suae, furioso corde, & ore pacifico, socia manu intingebat eum illo in parapside, & quia recumbentis in sinu eius percontationem, tacitamq; domini responsonem non audierat, buccellam de manu eius ore blando excipiebat familiaris homicida. Ita factus homo pacis suae, si ducialiter panes eius edebat, eadem impudentia, qua illum per pacis osculū mox traditurus erat. Adeo patienter, tanq; puer innocuus initicum suum cibabat, sed velut antiquus dierum carbones ignis super caput eius congerebat. Deniq; & si carbonibus non est actatus poenitentiae, cuius uisionem nostris debemus inimicis cupere, licet contra uoluntatem nostram plerunq; ex beneficio peiores fiant, attamen combustus est ardore iracundiae. Siquidem continuo post buccellam introiuit, quae iam obederat, uinctūq; ad pharisaeos duxerat, ut domini traditionem sponderet pacta sibi pecunia. Videlicet ubi se intellexit hoc signo demonstratum, dixitq; (ut alij Euangelistae referunt) Ego sum Rabbi, responde dente domini: Tu dicis, exiuit continuo cū priori auaritia, furore pariter & odio repletus diabolico quodammodo dicens. Quoniam quidē circumuentus in sperato iudicio p̄ceps agor, incendium meū ruina usq; restinguā. Igitur & hoc a diuina ratione non uacat, quod per buccellam potius, q̄ per aliud si quum suum seruator proditorum demonstrat. Sciendum uero est, quia sicut & ante nos dictum est, si post buccellam continuo Iudas exiuit, sicut paulo post Euangelista dicit proculdubio nequaq; discipulis tunc interfuit, quando dominus nosse sacramentū illis corporis & sanguinis sui distribuit. Nec enim uel ille panis intinctus, quē Iudas porrexit, corpus eius fuit, uel catinus ille, in quo traditor manū cū illo intingebat, calix sanguinis eius extitit, nec ante hanc coenam paschae ueteris sacramentū corporis & sanguinis sui discipulis tradidit, sed postq; cenauit. Quod cum ceteri Euangelistae aperissime dicant, solus Lucas aliter dixisse uisus est, quia uidelicet uerba, quae in priori coena dominus de traditore suo dixit, idē Lucas sic praeposuerat, ut priorem paschae coenam, & sequentem dominici corporis & sanguinis consecrationē narrando coniungeret, & tunc demū uerba, quae in utroq; conuiuii dicta sunt, continuaret. Igitur exemplo domini, tolerare quidem malos boni debent in Ecclesia, donec uentilabro iudicij granum a palea, uel a tritico separentur zizania: ueruntamen non eo usq; indiscreta debet esse patientia, ut indignis, quos non uerunt, sacrosancta Christi tradant mysteria, sed de his alio iam loco dictum est. Sequitur. **LEt dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius.** Hoc nemo autem sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia oculos habebat, quia dixisset ei Iesus: Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Terra (inquit sanctus Iob) data est in manus impij, uel tunc iudicium eius operit. Quid enim? Nunquid Iudas, uel qui in illum introiuit diabolus praecipit accipere, ut faceret quod non faciebat, & non potius permissus est ut citius faceret, id est ad effectū perduceret quod faciebat? Aliud nempe est, dicere facient, citius fac, atq; aliud uacanti praecipere, ut hoc uel illud faciat. Simon, inquit dominus apud Lucā, ecce Satan expetiuit, uos ut cribraret sicut triticum. Nunquid non ipsum dominū peruersum eius expeterat desiderium, sicut tunc quando in typū huius, idem Satan astans corā domino inter filios dei, expetiuit beati Iob, ut tentaret eū? Ergo dum dicit: Quod facis, fac citius, non magis hoc praecipit est, q̄ illud quod cum dixisset satan, iste infelicis Iudas possidet: Pelle pro pelle, & cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua. Alioquin mitte manū tuam, & tange os eius & carnē, Respondeat idem dominus: Ecce in manu tua est. Concedendo utique, non praecipiendo per mittendo, non percussorem mittendo. Igitur sicut tunc, ita & nunc terra, id est, caro de terra sumpta, data est in manus impij, permissio, nō imperio, quia uidelicet impius, id est, tenebrarū princeps diabolus, uultum iudicum eius operuit, ut eandem inuaderent terram, peruersa de illa sentirent, inique iudicarent, impie condemnarent. Hoc autem (inquit Euangelista) nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Nec mirum. Non enim capere aut portare poterant etiam cum diceret eis, quantum pro nostra salute passionis instantis haberet desiderij. Verbi gratia, cum diceret: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur, itemq; Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Itaque nemo discumbentium, nec is ipse dilectus, cui dicitur: Domine quis est qui tradet te? Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero, sciuit, ad quid dixerit ei. Nemo inquam sciuit. Quidam enim adeo inquit nescierunt, ut putarent, quia dixisset ei: Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret, uidelicet quia oculos habebat. Multum longe a re ipsa fuerunt, quia putabant illi mentionem factam esse de cura uel prouidentia egenorum, cum permissio daretur de tradendo ad mortem parte orphanorum, & iudice uiduorum. **LCū ergo accepisset buccellā, exiuit continuo.** Erat autē nox. Iudicatus utiq; exiuit continuo

Pfal. 108

atq; cōdemnatus, relinquens episcopatū suū, ut alter acciperet illū, educente se diabolo q̄ stabat à dextris eius, & os suū peccator & dolosus, quod super dominū & magistrum aperuerat, post buccellā amplius dilatātū ad pharisaeos ferebat: nō quia buccella illa mala fuit, sed quia malus per illā designatus, maius odiū spirabat cōtra illum qui designauerat. Nam & si solo amore lucri scelus proditoris in ceperat, nunc tandē in troeunte in illū Satana, mixtoq; cupidini rati odio, totā crudelitate anhelans, citius faciebat, instantius properabat. Erat autē inquit nox, & nox utiq; illi, qui noctis & tenebrarū filius erat, quiq; uerā lucē fugiens, corporales quoq; tenebras nequitiae magis opportunas libenter accipiebat. Cum ergo exisset ille, dicit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso. Et cōtinuo clarificabit eum. A tempore noctis, q̄ tūc erat, similitudine per contrariū sumpta, clarificationē suam dies aeternitatis & sol iustitiae dñs nosster, iam adesse indicat, qua totum postmodū erat mundū illuminaturus, traditorē suo cūctisq; impijs in nocte peccati remanentibus. Verbo quippe clarificationis toties repetitō, Clarificatio passionis suae claritate apud inferos choruscantē, resurrectionisq; & ascensionis gloriā, necnō & effusionis spiritus sancti gratiā, claro deinceps, & consolatorio sermone incertentibus discipulis praenunciat. Nunc inquit clarificatus est filius hominis. Qua clarificatione, nisi illa, de qua superius dixit, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, & nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manetis autē mortuum fuerit, multū fructū afferet: Hoc enim nondū quidē peractū fuerat, sed nunc agebatur, & sine dubio perficendū erat. Proinde recte uerbo hoc & multis alijs in hoc eodem sermone secundū praeteritū tempus uti uoluit, dicendo nunc clarificatus est filius hominis eodem sensu, quo post multa dicturus est, & iam non sum in mundo. Haec autē clarificatio filij hominis, sine dubio clarificatio dei est. Hoc enim modo non suam (sicut alibi dicit) gloriā quaesuit, sed patris sui honorificauit, uidelicet factus illi obediens usq; ad mortē, mortem autem crucis. Ait ergo: Et deus clarificatus est in eo. Dicit aliquis: Vnde ergo hoc scire quis potest, q̄ morte sua deū clarificauerit iste filius hominis? Ad haec obuians, hoc inquit, experimentū habebitis. Si deus clarificatus est in eo, id est, in morte eius, & deus clarificabit eū in semetipso, scilicet resuscitando eū à mortuis, & constituendo eum ad dexterā suam in caelestibus. Deinde continuo, id est, sine intermissione clarificabit eum, dando spiritū sanctū in nomine eius, q̄ cōstituit notos magna claritate caelos ornabit, & nouae gratiae firmamentū subleuabit, in quo luceat iustitiae sol, scilicet hic filius hominis, ita splendidus, & altus, ut non sit qui se abscondat à calore eius, & tunc enim rationales caeli, scilicet uos apostoli mei, bene caelesti uita perornati, forti praedicatione contonabitis, & crebra miraculorū fulgura mittetis, uestrisq; cōplura imbribus, id est, ex dicta doctrinis, omnis terra, opera iustitiae germinabit, & intenta fide sempiternam in caelo suscipiet claritatē filij hominis. His in initio dictis, latius eiusdem clarificationis suae magnitudinē describere incipiens ait: Filioi adhuc modicū uobiscū sum. Quae retis me, & sicut dixi Iudaeis, q̄ ego uado uos non potestis uenire, & uobis dico modo. Quicūq; uere filij sunt, & à bono patre, animoq; qualitate non degenerant, nequaquā ita successu magna haec reditatis delectantur, ut de morte patris nullo dolore mordeantur, & eos quos extremū trahens spiritū & didit gemitus obliuiohis sinant euanescere auribus. Est autē magna quidē haec reditas, & magnū domini cū mortis emolumentū, scilicet aeterna salus, uita & resurrectio mortuorū, quam nunq; concecuti essent filij, nisi testamentū morte patris fuisset confirmatū. Vbi enim testamentum (inquit Apostolus) mors necesse intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondū ualet dū uiuit qui testatus est. Ergo ut re promissionē acciperent, qui uocati sunt, aeternae haec reditatis, oportebat ut testamentū Christi morte confirmaretur, quia nō aliter in haec reditatis uita introducerentur, sed ipsa mors, qua testamentū confirmatū est, gratiae non necessitatis exitit, & pro nullo debito gratia mater adoptatis filijs acri mortis dolore uel tam parturirit. Igitur si uere filij sumus, cū laetitia nostrae redēptionis, dolore & cōpassionem dominicae mortis habentes, haec & quae sequuntur digno auditu patris nostri dicta percipiamus. Filioi inquit, adhuc modicū uobiscū sum. Vno eodemq; nomine dum dicit, filioi, paternā sui amoris gratiam, & infirmam tunc tēporis apostolorū designat infantiam. Nam ex quo facti sunt, spiritu sancto armati, filij sunt. Nunc autē quia timidi sunt, & patre sequi non ualent, filioi sunt. Vnde autē uel hoc eis, ut iam dicantur filioi? Videlicet ex instantē passione & morte domini, quae illis & nobis omnibus sacramentū regenerationis est, in adptionē filiorū dei. Non enim existimandū est, q̄ iam ante passionē eius renati fuerint baptismo regenerationis, uel q̄ ante mortē ipsum in quo baptizati sumus (ut Apostolus ait) quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, alibi celebratū sit uel celebrari debuerit hoc baptisma, in quo cōsepul ti sumus cū illo in mortē, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Ergo ex hoc tēpore iā filioi, q̄ haec tenus eratis serui tantū siue discipuli. Hoc uobis dico, q̄ modicū uobiscū sum, modicū inquit, id est, tantillum, donec ille qui

Clarificatio Christi p passioem.

Iohan. 2

Iohan. 8

Philip. 2 Et de clarificatōe in eo.

Ephe. 1

Pfal. 118

Rōnales caeli sunt apostoli

Dolendū bonis filijs morte patris licet magna sit haec reditas, Heb. 9

Filij tūc non p baptismū, sed per instantē passionem Christi, Rō. 6

Modicū uobiscū sum.

Quæretisme sicut a iam more languens.

Cant. 7

Nouū māda. ū vt diliga- tis inuicem sicut dilexerit vos

Mat. 25

Mandatū su- um Chrs ipse pfcit nobis i exempli.

Mat. 6 Discipula- Chrsim dile- ctioe cōstitit Rom. 15

Psal. 152 Vnguentū qd descendit in barbā Aarō

Petrus carit- is ardentior in amore.

Iohan. 21 Bonatūnciū Petro volū- tas qd simbe- cilles adhu- humeri.

nunc exiuit, ad pharisæos pueniat, acceptaq; cohorte, & a principibus & pharisæis deducēdo ministris, re deat. Extunc enim cōprehensus, irrisus, iudicatus atq; flagellatus, tandemq; interē- ptus, iam uobiscū nō ero, nisi qd ad horā iteꝝ uidebo uos, ueruntamē nequaquā ut nūc uobiscū ero, peregrinus præsentis, sed princeps & pater factus futuri seculi. ¶ Quæretis ergo me, & si cut dixi iudæis, quo ego uado uos nō potestis uenire, quāq; illi lōge alia mente me quærituri sint, ita & uobis dico modo. Neq; enim sic remotus ero, ut ubi ego sum uenire non possint im- pī psequentes, & uenire possint pī diligentes; sed nunq; illi siue uiuentes siue mortui, nec uos q; diu mortaliter uiuistis; quo ego uado uel ubi sum ego uenire potestis. Itaq; & uos quæretis me, & qui p uerbū uestꝝ credituri sunt in me, plangentes ut turtures, gemētes ut colūbæ; ita ut fiat quod scriptū est in Canticis, singulatim uno quoq; uestꝝ dicente: Anima mea liquefa- cta est, ut dilēctus locutus est, quæsiui & non inueni illū, uocauī & non respondit mihi: Inue- nerunt me uigiles, qui custodiebant ciuitatē, percusserunt me & uulnerauerunt me, tulerunt pallium meū custodes muroꝝ. Filij Hierusalē, nunciate dilectō quia amore languēo. Quid tā- dem faciendū est, ut quo ego uado & uos uenire possitis, & totam hæreditatē consequamini? Audite iam! Mandatum nouum douobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos di- ligatis inuicem. Hoc nouum accipite mandatū, nouum inquam, in omni cōparatione ueteri mandato præferendum. Quod enim uetus est mandatū? Diliges inquit, proximum tuum, Ego autem dico uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Quomodo ergo dilexi uos? Dile- xi uos utiq; immeritos, cum effectis natura filij iræ, sicut & cæteri, & ecce morior pro impijs, mortem sustineo pro inimicis, ut uos deo reconciliemini. Hoc uere nouum est. Vix enim pro- iusto quis moritur, nedū pro impijs & inimicis. Igitur inquit, mandatū uos uō do uobis, cum hoc mando uobis, ut diligatis inuicē, non quomodocūq; sed sicut dilexi uos. Sane iterata præ- ceptio est, & hic ordo uerborum. Sicut dilexi uos, ut diligatis inuicē; ita & mandatū nouū do uobis, ut diligatis inuicem. Non enim facio sicut faciunt scribæ & pharisæi, qui alligant o- nera grauiā & importabilia, & imponunt super humeros hominum, digito autem suo nolūt ea mouere; sed prior ipse facio quod doceam, dum prius diligo uos, ut diligatis inuicē, & tūc plenū mandatū do uobis ut diligatis inuicem. ¶ Itaq; non ut de regibus gentium, & eis qui po- testatem habent super eos, nonnunq; recte quæri possunt milites sui, qd dura imperia subiectis imponant, & illis in sudore & puluere sanguinem fundentibus, ipsi in delictijs molliter subsi- stant, non (inquam) ita & uos iustam in me habetis quærelam. Prior enim ego dilexi uos, quippe qui de quietissimo sinu patris in huius seculi campum pugnaturus descendī propter uos; & pro uobis animam meam pono. Proinde facti huius autoritate præeunte, mandatū hoc do uobis, ut & uos quietem & uitam quoq; uestꝝram cōmuni utilitati postponentes, pro fratribus, si oportuerit, salute moriamini. L. in hoc cognoscet omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. ¶ Non inquit, in hoc cognoscet, si exterminaueritis fa- cies uestꝝras, uel si longas orationes feceritis, aut certe si tuba præcinente multam elemosy- nam dederitis, quæ & omnia his similia facere possunt hypocritæ, conscientia sinistra; sed in hoc cognoscet, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Quod profecto non nisi bono potest corde fieri, nec enim ali quod malum, uel alicuius uolatio præcepti po- test in eodem corde cohabitare dilectioni. Qui diligit proximum (inquit Apostolus) legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furum facies, non falsum testimonium di- ces, non concupisces, & si quod est aliud mādatū in hoc uerbo instauratur: Diliges proximi- tum sicut teipsum. Igitur uerū erit experimentū, uerum certūq; discipulatus mei testimoni- um si dilectionem habueritis ad inuicē; ita, ut qui in circuitu uestꝝro sunt bono odore delecta- tidicā: Ecce q; bonū & q; iucundū habitare fratres in unū, sicut ungetū in capite, quod descē- dit in barbā, barbā Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Vno nāq; ungento spiritū sancti tunc & caput & barba simulq; ora uestis Aarō, bonū ubiq; odorem spirabunt in a diffi- cationē uel acquisitionē multoꝝ, cum & uos, tanq; barba, capiti, scilicet mihi dño, & uestꝝræ di- lectionis magistro, uicinijus adhærentes, barbati, id est, fortes fueritis ad ponendas animas p fratribus uestꝝris, totamq; ecclesiā quæ hūc inferius religioſis conuentibus subornantem, exemplo uestꝝro eadem dilectione imbueritis. Licit ei Symon Petrus: Domine quo uadis? Inchoatū de dilectione sermonem, iste ardentior cæteris domini & magistrī sui amator, impa- tientī dolore attonitus, primus interrupit, uidelicet quia dixerat: filioli, adhuc modicum uo- biscum sum, quæretis me, & sicut dixi iudæis, quo ego uado, uos non potestis uenire, & uobis dico modo. At ergo: Domine quo uadis? Respondit Iesus: Quo ego uado non potes me in modo sequi, sequeris autem postea. Hoc postmodum palam rei probauit euentus, quia tunc in firmus, dominum sequi nō poterat Petrus, negauit enim tertio, ne illum pariter moriendo sequi cogeret; sicutus est autem postea, tunc scilicet quando iam senior extēdit manus su- as, & dignus magistro discipulus exēplo eius cruci affixus ē. ¶ Sed tūc suā ipse infirmitatē nō uidēs, uolūtate cupidissimā sequē dñm, suisq; uiribus maiore præ oculis habebat, nondum expertus

expertus quid ferre recusarent, & quid ferre ualere languidi, humane imbecillitatis hume- ri, nisi spiritu sancto, q non dū datus erat, firmaretur, supra petrā Christū fundati. Vere etenim uolens sequi, dixit: Domine quō uadis? & proinde longe aliter huic respondendū erat, q illi, cui dicitur: Domine sequar te quocunq; ieris. Respondens ipse: Vulpes inquit foueas habent & uolucres cœli nidōs, filius aut hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Itaq; dicit quōd ego uado, nō potes me modo sequi, sequeris autē postea. Tanq; diceret: Circo interrogas, qa le- qui optas, sed modo non potes, timore nāq; deficiet fides tua ueruntamen tu aliquando con- uerſus, me sequendo confirma fratres tuos. L. Dicit ei Petrus: Quare non possum te modo se- qui? Animam meā pro te ponā. ¶ Verū quidem est, quod ait Petrus, dum futuro tempore fic enuntiat: Animā meam pro te ponam, etenim futurū erat, & dominus sic dixerat: sequeris aut postea. Veruntamen quoniam præſens periculū, de quo tunc agebatur, intendebat cum hæc di- ceret Petrus, & in illo durare sibi posse uidebatur, dominus aut & præſens infirmitatis huma- nę, & futurę præuidebat tempus fortitudinis eius, impleri oportebat in cōparatione dñi & magistrī de seruo ac discipulo quod ait scriptura: Omnis homo mendax. Dñs nāq; conscius uoluntatis, & cognitor infirmitatis dixerat: Non potes me modo sequi, affirmabat se posse cō- fidens de uiribus suis. Itaq; experimento concludendus, & sibi ostendendus erat, ut nulla deinceps de statu suo præsumat tabula, cū tam fortis lapſa sit columna. L. Respondit Iesus: Ani- mam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit hac nocte gallus, donec ter me neges. ¶ Sic dictū, & sic deinde factum, nullus ta ceter Euangelistaz, quia uidelicet multū utile non frustra uisum est, ad reprimen dū humanę infirmitatis ausum. Alio nāq; diuinitatis con- silio factum est, ut in illa perturbationis nocte omnibus Apostolis scandalū patientibus, ma- xime princeps Petrus sic ad tempus in experta infirmitate relinqueretur, trinaq; negatione lapsus, & ipse experto crederet, & nos scire faceret, q nisi auxilium a domino ueniat, noſter cū- to pes moueatur, & si ille dormitauerit, qui solus nouit & potest custodire, tam sole per diem q luna per noctem urimur, id est, tam diuinitatis q humanitatis Christi fidē in tentatione per- dimus. ¶ Sed de huiusmodi perturbationibus Psalmita cum diceret, mystice loquens: Super montes stabunt aquę, ab increpatione tua fugient, a uoce conſtrui tui formidabunt, securus adiunxit: Terminum posuisti, quem non transgredientur, neq; conuertentur optere terrā. Ergo & hoc recte sapientia dei prouidit, ut huic Petri A postoli negationi, quę totius Ecclesię tentationes præcurrat, terminū poneret, scilicet gallicantum, post quem ille tam ultra non ne- garet, sed negationis præteritę maculā amare flendo dilueret. ¶ Quid aut hoc sibi uult, q Pe- trus & ter negare permittitur, & tali potius q alio termino præfixo, eius negatio finira corri- gitur? Non enim a mysterio uacare credendū est, quod ei, sine cuius prouidentia factum non est, sic fieri cōm placuit est. Quid ergo terminus iste, scilicet gallicantus, mystice significat? Vtiq; bonū dominicę resurrectionis nuntiū præfiguratur, quia post media nocte resurgēs dominus noſter, angeloz ora in laudem excitauit, & per eos bonū uitę & uictorię suę nū- cium, ad contristatos & tristitia caligantes nubilo Apostolorū misit. Sed ante hunc tantę feli- citatis auditū tres continuas noctes perſeuerat eorundem Apostolorū scandalum, scilicet ab hora, qua eo relicto omnes fugerunt. Ergo trina negatione peracta, gallus cecinit, & sicut Lu- cas refert, dominus petrus respexit, quia uidelicet tertiā scādali nocte transacta, nuntium illud fauustimum insonuit, q propheta ut cunq; exprimere gestiens, dominicū hominem, in perſo- na patris allocutus: Exurge (inquit) gloria mea, exurge psalteriū & cythara, & confestim in persona filij respondentis: Exurgam diluculo inquit. Hoc inquā consolationis nuntiū ad tri- stes Apostolos, tertiā scādali nocte transacta perlātū, Petrus ex nomine attingit, dicente ange- lo: Dicit discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galileam, ibi eum uidebitis. Sequitur. L. Et ait discipulis suis: Non turbetur cor uestꝝrum. Creditis in deum, & in me credite. ¶ Diligē- ter hoc animaduertendum est, maxime quia non ait, non turbemini, sed non turbetur inquit cor uestꝝrum. Nunquid enim pater continuo moriturus, hanc a pupillis suis fortitudinem exi- git, ut secum pariter ad morē duci non uerentur? Aut nunquid hoc ipsum, quod paulo ante futūz esse firmabat, modo contraria uice persuadet, ut non fiat, uidelicet ut percusso pastore non dispergantur oues, aut ut Petrus contra suę ueritatis assertionem fortis fiat, & non neget eum ter anteq; gallus cante: Ergo q ait, non turbetur cor uestꝝrum, idem est ac si dixisset, non deficiat fides uestꝝra, & est sensus: Quoniam (inquit) satanas expetuit uos, ut cribraret sicut triticum, & tanta tritura uis erit, ut dispergamini omnes, & me solum relinquantis, hoc unum restat xerſuadere, ut corporaliter dispersi, salte corde in perturbato pmaneatiscum in tē- tationibus meis. Hoc enim est, unde rogauī pro te Petre, ut dum uocē negas, saltem in corde fides tua non deficiat. Et de hoc ipso q offendit in uerbo, aliquando conuēſus confirmes fra- tres tuos. ¶ Itaq; non turbetur cor uestꝝrum, sed credentes in deum, credite & in me, neq; neg- tationum mearū euentu turbati, erasse uos arbitremini in eo, q hætenus credidistis in me. Credite inquā in me, Et si nunc ingruentis asperitas hyemis extrinsecus uirentia cōfessionis

Mat. 8

Luc. 22

Petr. 7 sic me- da: q animū de suis uiribꝝ confidebat

Psalmo 117

Cur oſe euan- gelistaz nar- rant negatio- nem Petri

Psalmo 102

Tætationem minū ponit dominus.

Quid desig- nat gallicā? p Petri trina negationē

Luc. 22

Psal. 76: 107

Mat. 6

CAP. XIII

Cur ait: Non turbetur cor ue- ſtrū, totiusq; nō turbemini Zach. 13,

Luc. 22

Creditis i de- um, & in me credite

Cant. 2
Roma. 10

Masib⁹ ce
H p Adg cul-
pam priuati
fumus
Ioh. 11

An passionē
dñi oēs erant
in peccatis

Esa. 46

Apo. 4 & 15

Ioh. 20
Ite venio et
accipia vos
ad me

Male ergone
gant merita
sanctos Lut-
therani
1 Cor. 15

Chrs est via
ad patrem

uestre folia detrit ac dispergit, uiuat saltem intrinsecus radix bonæ arboris, ut post quã hæc
hyems transferit, postq̃ hic imber abierit & recessit de radice credulitatis, quæ uiget in cor-
de ad iustitiã, reflouescat oris confessio ad salutē, atq; ita animæ uestre rursus uinæ floren-
tes, & dantes odorem, suæ pulchritudinis testimonio palam faciant, quia uox rediuiui tur-
tus audita est in terra nostra, dicentis ad illam, quæ per uos adducenda est de cunctis genti-
bus Ecclesiam surge propera amica mea, speciosa mea, columba mea, & ueni, ueni de libano
ueni coronaberis. Vultis tandem audire quid sibi uelint, ea quæ mox uisuri estis, & quorū metu
dispergemini, uel cur ego illuc uadam, quo abeuntē uos non potestis me modo sequi? Ecce
dico uobis. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus, dixissem uobis, quia ua-
do parare uobis locum. Iccirco inquit uado quod non potestis me modo sequi, quia in domo
patris mei mansiones multe sunt, & mansiones earum omnes filios dei, qui ab initio dispersi
sunt pro culpa primi parentis eorum (quia desertorem diabolum secutus, priuauit seipsum,
& omne genus suum illis mansionibus) oportet per mortem meam tam de uiuis q̃ de mortu-
is, tam de iudeis q̃ de gentibus congregari in unum. Ista est causa cur uadam, cur per passio-
nem mortis transeam ex hoc mūdo ad patrem, quia in domo patris mei mansiones multe sunt.
Si quo minus mansiones illæ iam essent, iam dixissem uobis, quia uado parare uobis locum.
Et si abiero & præparauero uobis locum, iterum uenio & accipiam uos ad meipsum, ut ubi
sum ego, & uos sitis. Hoc totū dixissem uobis, si quo minus mansiones illæ in domo patris mei
multæ iam essent. Nunc autem mansiones quidem iam ab origine mundi paratæ, mansiones
autem imparatæ sunt. Adhuc enim estis in peccatis uestris omnes filij Adæ, quod etiam non
diffidentes magni & electi fidelis Abraham filij facti sumus (inquit) ut immūdi omnes nos,
sicut pannus menstruatus omnes iustitiæ nostræ. Igitur dixissem quidem uobis, quia uado pa-
rare uobis locum, si quo minus mansiones illæ in domo patris mei paratæ essent nunc autē di-
co uobis, quia uado parare uos ipsos locis uel mansionibus illis, id est lauare uos à peccatis uest-
ris in sanguine meo, ut digni sitis introire in illas sydereas mansiones, in illa cœlestia sancta
sanctorum, ut sitis regnum & sacerdotes, quia non aliter uos suscipient illæ mansiones, iuste
& legitime hæc tenus ex hæredatos pro communis patris uestri uitio, nisi per me alij patrem
per me in quã in morte mea uos regenerantē introducamini, ordine iustitiæ seruato. Et si ab-
iero, uosq; sic præparauero, iterum uenio ad uos, scilicet resurgendo à mortuis, pace inter deū
& uos reformata legatus fidelis uos in quã uenio, pacē & remissionē peccatorū uobis annun-
tians, dicens: Pax uobis. Deinde accipia uos ad meipsum. Notate ordinem uerborū, per-
pendite distinctiōes temporū. Non dico uobis quia uenio & accipio uos ad meipsum: nec em-
uō eodemq; tempore & à mortuis resurgo, & uos accipiendo ad meipsum tollo de hoc mū-
do: sed nunc quidem præsentī tempore uenio, quia cito resurgo: uos autē non statim accipio,
sed tandem accipia, postq̃ & alios ad easdem mansiones per uos inuitauero, ut ubi sum ego &
uos sitis, simulq; omnes quoscunq; uobiscū adducetis, ut mansiones impleantur, quæ in domo
patris mei multe sunt. Quare autē multe sunt? Videlicet quia diuersa sunt merita uenientū, di-
uersa dona gratiæ, quæ uobis & illis distributa uel distribuenda sunt. Itaq; sicut alia clari-
tas solis, alia claritas lunæ, atq; alia claritas stellæ: stella quoq; differt à stella in claritate, sic
ipsæ mansiones multe sunt, & in gloria differunt. Veruntamen omnes in firmamento immor-
talitatis & incorruptionis stabilitæ sunt. Hæc illa causa est, propter quã tanta in me fieri per-
mittam, ut uos uidentes timeatis, & omnes in hac nocte scandalum in me patiamini, ita ut qui
uestrum fidētissimus est (sicut dixi) ter me neget anteq̃ gallus cantet: postea uero confirma-
tos accipiam uos ad meipsum, quia uidelicet tunc sequemini, qui, sicut paulo ante Petro dixi,
non potestis me modo sequi. Ecce ad quid uadam dixi uobis. Et quo ego uado scitis, & uia
scitis. Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Mira
cœlestis magister docendi arte paruulos adhuc alumnos suos ad quærendum excitat,
ut attentione factos melius introducat, dum dicit: Et quo ego uado scitis, & uiam scitis. Vtq;
Petro dicenti: Domine quo uadis non dixi statim: Ego ex hoc mundo transeo, uel ad patrem
uado, sed hoc tantum: Quod ego uado inquit, non potes me modo sequi, sequeris autē postea.
Proinde adhuc omnibus suspensis, & quo abire se nescire arbitrantibus: Domine inquit Tho-
mas, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Cum inquit, necdum dixeris no-
bis, quo uadis, quomodo tu dicis nobis: & uiam scitis? Consequitur enim, ut si quis aliquā igno-
ret patriam, multo magis uiam nesciat, quæ ducit ad istam patriam. Itaq; magis ac magis omni-
bus intentis ad audiendum, tandem illis uiam indicat, quæ se nescire putabant. Nam sequitur.
Dicit ei Iesus: Ego sum uia, ueritas, & uita. Me inquit scitis, in me credidistis, me Christum
filium dei uiui confessi estis. Ego autē, ego ipse quæ ita scitis, uia sum, per quã illuc eundū uobis
est, quo ego uado: uia in quã sum, quod & uos ipsi pene fatemini, dum prompta uoluntate uul-
tis me sequi, quod tamen modo facere non potestis. Ecce ego dico uobis, qualis uia sum.
Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Quid est? Nemo uenit ad patrem, nisi per me: quid in quã
est, nisi

est, nisi nemo credit in patrem, si non credit in me? Propterea dixi uobis, creditis in deum,
& in me credite. Nam siue Iudæus, siue hereticus sit, nihil proficit, confitendo deū cœli & ter-
ræ, & omnis ornatus eorū creator esse, nec em̄ peruenit ad patrem tali confessione, quia non
credit in me. Iccirco quocunq; pater ad se attrahere dignatur, attrahit ad me, ut conformis fa-
ctus imaginis filij, ad optionē accipiat per spiritū adoptionis, fiatq; hæres, cohæres autē quidē
filij. Quare autē non solum dixi: ego sum uia, sed addidi, & ueritas & uita? Videlicet quia cū
corde credatur ad iustitiã, ore autē confessio fiat ad salutē: sicut bene diligo credentē, sic & ue-
racem facio ore confitentē, sic & nihilominus me ipsum ostendendo æternaliter uiuifico qua-
rentem atq; confitentē. Itaq; quia nemo recte ambulat, nisi credendo in me, uia sum: & que-
rentem uerax est, nisi confitendo me, ueritas sum: & quia nemo uiuit nisi qui habet me, uita sum.
Etenim nemo habet patrem, nisi qui habet me: nemo uenit ad patrem, nisi qui uidet me. Via
sum per quæ credendo itur, ueritas per quã confitendo peruenitur, uita qua beate ac sempiter-
ne uiuitur. Igitur (ut ita dixi) & quo ego uado scitis, & uia scitis, quia uidelicet & patrem meū,
ad quem uado scitis, & me filij eiusdem dei uiui confitentes scitis. Scitis inquam, sed tamen
nondum cognouistis. Non em̄ scire idem omnino est quod cognouisse. Siquidē & mulier, an-
teq̃ ducatur uir, scit quem ducere uelit, ueruntamen non recte uel proprie dicitur cognouisse,
nisi priusq̃ duxerit, & ei naturali more copulata fuerit. Itaq; & uos nunc quidem iam me scitis
sed spiritum amoris nondū accepistis, quo uestre animæ de gustato substantiã uel naturã uiri
sui, scilicet filij dei, ab uniuersis quæcunq; condita sunt, discernere norint. Si cognouissetis
me, & patrem meum utiq; cognouissetis. Si inquam sicut personam meam scitis, & creditis
me esse Christum filium dei uiui, si ita substantiam uel naturam meam cognouissetis, & patrem
meum utiq; cognouissetis. Non enim alia patris, atq; alia filij substantia uel natura est, sed qua-
lis pater, talis & filius est. Etenim sicut dixi Iudæis: Ego & pater unum sumus. Igitur si cogno-
uissetis me, si quod reuelante non carne & sanguine, sed patre meo qui est in cœlis, adhuc in-
trinsecus quasi à longe prospexissetis, illud intra uos accepissetis dilatata anima, & aperto sen-
su ad intelligendum scripturas, quæ omnes de me loquuntur, & patrem meum utiq; cogno-
uissetis, ut pote ambulantes in uia eius, stantes in ueritate eius, uiuentes uita, quæ ab condita
est in illo cum Christo filio eius, non ignorantes sed optime per legem & prophetas & psal-
mos agnoscentes, qualiter de me fieri uoluerit, quale mihi mandatum dederit: qualiter & uo-
bis ad illū uestigia mea sequendo accedendum sit. Ita patrem meum cognouissetis. Et amo-
do cognoscetis eum, & uidistis eum. Postq̃ enim abiero, & præparauero uobis locum, dum
iterum uenio ad uos, reconciliationē factã annuntians, dicens: Pax uobis, accipite spiritum
sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, & aperio uobis sensum, ut intelligatis scri-
pturas, extunc & me & patrem meum cognoscetis. Et proinde iam non dico uos seruos, sed
amicos meos, quia omnia quæcunq; aui a patre, id est omnia in quibuscunq; obaudiui pa-
tri meo, nota facio uobis. Amplius autē ex quo ite spiritū sanctū de cœlo do uobis, ut facundij
atq; fortes sitis ad prædicandū cunctis gentibus me & patrem meū, sicut cognouistis, & nul-
lo aduersantiū errore ullatenus inuoluamini, extunc patris cognitione illustrati eritis. Ita co-
gnoscetis, iam uidistis eum. Sic enim cognouisse, uidisse est. Itaq; extunc iam uidistis eū, non
dum tamen facie ad faciem, sed quasi per speculum in ænigmate, donec accipiam uos ad me-
ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis, ex parte cognoscetis, extunc autem uidentes sicuti est, simi-
les ei eritis. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quasi filij
iam uidisset sicuti est, sic Philippus locutus est: Domine (inquit) ostende nobis patrem, &
sufficit nobis. Tanq̃ diceret: Te magister & domine Christe fili dei uiui, te inquam iam uidi-
mus, & agnouimus, dileximus & confessi sumus, & beatos esse fatemur oculos nostros, quia te
uidere meruimus. Iam nihil superest, nisi ut patrem ostendas, nam de te sufficit nobis. Hæc
dicens, profecto filium se non cognoscere confirmabat, quia uidelicet in homine uisibili, inui-
sibiles diuinitatis diuitias quærere, uel esse nesciebat, ad quas illos & paulo ante inuitauerat,
dicens: Ego sum uia, & ueritas, & uita sequitur ergo. Dicit ei Iesus: Tanto tempore uobiscum
sum, & non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Quid hoc loco
habet admirationis quod ait Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, ut
tantopere miretur maiestatis sapientia, & dicat: Tanto tempore uobiscum sum, & non cogno-
uistis me? Nonne paulo ante ignorantiam discipulorum sine admiratione significauit, di-
cendo: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Ergo ne minoris est igno-
rantia: siue erroris, neque patrem adhuc, neque filium cognouisset, quam putare filium sine
patre, uel facilius quam patrem, sicuti est, uideri posse? Ita plane sentiem dum est. Nam qui ne-
que patrem adhuc neque filium cognoscit, sicut eatenus non cognoscebant Apostoli, puer
uel infans est, cui lacte non folio cibo opus sit qui uero post aduentum spiritus sancti, ex
quo apertis sensibus scripturas oportet intelligi, filium magis q̃ patrem uisibilem esse asserit,
hæreticus est, quia dissimilem uel inæqualem patri filium facit. Igitur aduersus Chærinti &
Arrii

Rom. 8

Via, ueritas
& uita.
Rom. 10

Quo dicit scire
& cogno-
scere

Iohan. 10
Mar. 15

Coloss. 3
Luc. 24

Ioh. 20
Luc. 24
Ioh. 15

1 Cor. 13

1. Ioh. 5

Luc. 14

Melius est in
fante esse, q̃
hæreticum

Arrii

Arrh blasphemias, ceterorumque qui consubstantialiter patris & filij negare ausi sunt, nos quoque ammirantes hanc opportune audiamus admiratione dicentis: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Tanto inquit tempore, tam ueri sermonis, tamque admirandos operum testimonio instructi, adhuc & uos sine intellectu estis, neque cognoscitis me non solum uisibilem hominem, sed & inuisibilem deum esse? Quomodo enim cognoscitis, qui uidentis me hominem, totum illud quod est Christus filius dei uiui, uos uidisse putatis, & dicitis: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis: ¶ Philippe qui uidet me, uidet & patrem. Non enim aliud sum ego, & aliud pater: non aliud inquam licet alius, quia non dissimilis qualitate, sed æ qualis quantitate: non diuersus habitu, non remotus loco, non tempore posterior, sed omne quod pater, hoc & filius est, nisi hoc tantum quod ille solum pater & non filius est: ego autem solum filius & non pater. Igitur qui me uidet, uidet & patrem, & contra qui me non uidet, non potest uidere patrem. ¶ Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? ¶ Quomodo inquit tu dicis, ostende nobis patrem, uidelicet addendo, & sufficit nobis, quasi filium sicuti est, iam uideris? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? id est, quod tota natura patris in filio, tota nihilominus natura filij in patre est, ita ut ego & pater unum simus, & alter sine altero nunquam uideatur, nihil loquatur, nihil operetur? Hoc ergo rectius dixisses, ostende nobis deum, & sufficit nobis: deum inquam, unum patrem, & filium, & spiritum sanctum, qui est sine ulla differentia deus inuisibilis, qui habitat lucem inaccessibilem, quem uidit mortalium nemo, nec uisibilem uidere potest: Nec enim uidebit me homo (inquit ad Moysem) & uerere potest. Hoc profecto recte dicat homo fidelis, qui tædium patitur præsentis, & amorem habet futuri seculi, qui diligit deum, & hoc nequam fastidit seculum, dicat inquam talis: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quæ admodum enim (inquit Psalmista) desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus: Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuæ, quando ueniam & apparebo ante faciem dei: Deum enim (inquit Iohannes Baptistam) uero uidit unquam, unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Hoc autem de reprehensibilis ignorantie est, quod si dicitis: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, nescientes & non credentes, quia ego in patre, & pater in me est. Proinde sicut dixi Iudæis, quod si uerbis meis non creditis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre meo, & uobis dico modo. ¶ Verba que ego loquor uobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. ¶ Hic & illic duo testimonia compono, alterum dictorum, & alterum factorum. Dignum hoc in sermone meo testimonium est, quia sicut scitis, sicut per omnia experti estis, uerba que ego loquor uobis, à meipso non loquor, id est, non de corde meo, sicut propheta mendax confingit. Verum namque habent effectum uerba quecumque loquor. Dicit namque lex: Hoc habebis signum, quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit. Ergo uerba & dignum est in sermone meo testimonium, quod secundum legem saltem uobis amicis meis satisfacere debuerat ad credendum, uerum istud quoque esse, quod & uobis dicentibus, & Iudæis aduersantibus persæpe dico, quia in me est pater, & ego in patre meo. Ecce autem cum hoc testimonio dictorum, palam oibus decernat aliud testimonium factorum. Nam pater in me manens, ipse facit opera, Nunquid si mentiret in sermone, pater mecum esset in tantorum operum exhibitione? Nunquid maneret, uel tam diu permansisset in me mirabilem effectum spiritus eius, qui à superbis uobis solet recedere, sicut recessit à Saul? Igitur quia & in lege scriptum est, quod duorum hominum testimonium uerum sit, quid ultra hæretis? ¶ Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? ¶ Siquidem scripturam legalem sequimini, credite propter ueritatis & sapientie sermonem, quem ex me iugiter audistis. ¶ Alioquin propter opera ipsa credite. ¶ Alioquin, id est & si uos potius signa petitis, neque sapientia & ueritate contenti estis, propter opera ipsa credite, quæ ex patre meo multa uobis ostendi. Nunquid uero solus ego testimonium eorum quæ dico opera cælestia facio? ¶ Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego uado ad patrem. ¶ Ecce hæc ipsa uerba quæ nunc loquor dicens: Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, postmodum uisuri estis, utrum à meipso loquor, id est de proprio corde confingam effectum caritatis, an permanente patre in me, palam fiant omni mundo teste, omni mundo, quasi ad spectaculum lætis animarum suarum cursibus, in unam fidem nominis mei concurrente. ¶ Dicat aliquis: Quomodo, uel in quo maiora, qui credit in te faciet opera? Quænam possunt esse maiora? Ad hæc inquit: Ecce ego, ut taceam cetera, quæ facturus est qui credit in me, forte dubitabili maiori operibus meis præferenda, Verbi gratia, quale est in plateis poni infirmos in lectulis ut ueniente illo qui credit in me, saltem umbra illius obumbrat quenquam illorum, & liberentur ab infirmitatibus suis, ut inquam de huiusmodi taceam, ecce dico uobis: Ego salutaris doctoris sermone una tantum lingua, Hebræa scilicet, in una tantum gente ista non ualde magna prædico, & paucissimos ex eis conuerto, uos autem qui creditis in me, postmodum sancto spiritu

Mat. 13

Qui uidet me uidet et patrem

Ego in patre pater in me

1 Timo. 6

Exodi 33

Psalm. 41 Ioh. 1

Ioh. 10

A meipso non loquor

Deu. 18

1 Reg. 16 Deu. 17 & 19

Quo apostolorum fecerunt Christus

Act. 7

ritu accepto, linguis omnibus, omnium quippe in ore uestro nascuntur genera linguarum, omnibus inquam linguis celestis sapientia sermonem cunctis gentibus loquemini, qui eratis homines idiotæ, & sine literis, & innumerabilem cunctis gentibus multitudinem fructuoso labore in æternam salutem acquireretis. Ergo qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. ¶ Unde uero hoc illi, qui credit in me, ut tanta faciat? Videlicet quia ad patrem uado. Per hoc enim quod transeo ex hoc mundo ad patrem, factus pro uobis illi obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: per hoc inquam fiet, ut uos remissionem peccatorum accipientes, aliorum quoque peccata remittere possitis. In ipsa quippe morte, qua uado ad patrem, uos eidem patri deo reconciliabimini, & tunc in diuinitate uirtute ex alto, ut fiat quod scriptum est: Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Hæc profecto maiora sunt horum, que nunc ego per me facio, & hæc paulo post facietis, quia ego ad patrem uado. ¶ Let quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. ¶ Modo petitis dicentes: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: petitis inquam, sed non in nomine meo, nec enim cognouistis me adhuc, cum tanto tempore uobiscum sim. Non inquam cognouistis, quia ego in patre, & pater in me est, & quia nemo uenit ad patrem, nisi per me, neque accipit quisquam ad patrem, nisi per me, & ideo usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Tunc sancto spiritu edocti ueritatis petitis dicentes: Domine ostende nobis patrem in teipso, & teipsum in patre tuo, & quodcumque sic petieritis, quodcumque postulaueritis in confessione nominis mei, scilicet filij dei, & saluatoris uestri (hoc enim nomen meum est, & in hoc nomine petitis, quoties ea que salutis sunt, petitis) hoc faciam, ut pater glorificetur in filio, ut ostendatur uobis pater in meipso. Tunc etenim uos, qui modo dicitis: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, filium cognoscetis, & cognoscendo filium, patrem quoque cognoscetis. ¶ Ita ergo glorificabitur, ita uobis gloriosus ostendetur pater in filio, & uidebitis eum, nunc quidem dum adhuc in mundo estis, per speculum & in ænigmate & cognoscetis ex parte, postea uero cognoscetis sicut & cogniti estis, & facte ad faciem desideratum in filio patrem uidebitis. Hoc (inquam) faciam, si petieritis patrem in nomine meo. Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Non uos, neque illorum quenquam, qui per uos credituri sunt, hic error inuoluat, ut putet sic omnem orationem dirigendam esse ad patrem, per me Christum filium eius, ut ad personam filij nullam debere dirigi suspicetur. Nam & quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. ¶ Et si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. ¶ Hæc de consubstantialitate patris & filij dixit ipse filius dei, ad corrigendum sensum illum, quo dixerat Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nunc ad inceptum reuertitur, & sermonem de dilectione, quem in ruperant Petrus, Thomas, & Philippus, ille dicens: Domine quo uadis, hic autem: Domine nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire, iste uero: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Sermonem (inquam) de dilectione sic inchoatur: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem, hoc modo profequitur. ¶ Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego dilexi patrem, & alium paraclætum dabit uobis, ut maneant uobiscum in æternum. ¶ Quoniam (inquit) ego (ut supra dixi) dilexi uos, & pro magna uestri dilectione uado parare uobis locum, imò uos ipsos parare, & dignos facere mansionibus illis, que in domo patris multæ sunt, si uos non ingrati & qua uicissitudine diligitis me, mandata me seruate, illa uidelicet, quæ iam dare uobis cœperam, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Mandatum quippe dilectionis, & unum mandatum, & multa mandata sunt. Nam non ad alterabis, non occides, non furum facies, non falsum testimonium dices, & cætera mandata in hoc uno instaurantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc ergo mandata mea seruate, & sic inuicem diligite, sicut dilexi uos. Ecce ego ipse qui uobis hoc dilectionis mandatum do, prior ipse faciens quod iubeo, uos que in finem, id est, usque ad mortem diligens, ecce in ara crucis rogabo patrem meum, ecce in die passionis meæ, preces supplicationesque ad eum, qui in me saluum facere possit à morte, cum clamore ualido, ac multis lachrymis offeram, & exaudiendus sum pro mea reuerentia. Ita rogando patrem (sicut ait Philippus) ostendam uobis. Patrem (inquam) in meipso, & meipsum in patre meo ostendam uobis: Cuius ostensionis principium hoc erit, quia pater & alium paraclætum dabit uobis, scilicet spiritum ueritatis. Erratis enim nescientes scripturas, dum opatis quod uobis non expetit, uidelicet ut non uadam, & tamen dicitis: Ostende nobis patrem, ignorantes parietem inimicitiarum stare inter deum & homines, non aliter soluendum, nisi ego uadam, nisi ego per passionem mortis transeam ex hoc mundo ad patrem. ¶ Me ergo rogante, & meipsum in cruce sacrificium offerente, fiet ut patrem ostendam uobis, & ille me assumpto, uobis per absentiam corporis ablato, alium paraclætum det uobis, spiritum ueritatis. Paraclætus

Act. 4

Quia uado ad patrem Phil. 2

Luce 24 Psalmo 18

In nomine meo

1 Cor. 15

Sermo de dilectione

Mandatum nouum do uobis. Rom. 13

rogabo patrem meum in ara crucis. Heb. 5

Eph. 2 Alii paraclætum dabit uobis

Græce

Lucæ. 24
Paracletus dicitur
propter remissionem
peccatorum

Heb. 9
Dicitur de corona
Christi in cruce
Psalmo. 17

Esa. 55
Ut maneat
vobiscum in
æternum

Mundus quæ
gaudet præ
sentem, non acci
pit paracletum
Propter
Psalmo 119
Psalmo 41

Quia non videt
cum nec
scit eum
2. Cor. 4

Sap. 5

Apud uos manebit
duplex

Ioh. 1

4. Reg. 17

Mirabile
testamentum
Christi

Orphani qui
dici debent

Græce, Latine consolator dicitur. Idcirco autem hic spiritus ueritatis recte paracletus uel consolator dicitur, quia uidelicet filios sponsi de morte uel absentia patris consolatur uero scripturarum sensu, dicendo quod sic oportuit pati Christum, & resurgere ad mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum. ¶ Quo nomine nusquam antehac appellatus inuenitur, quia uidelicet quis ueteribus sanctis, & ipsis ante passionem Christi a postulis datus fuerit, non sic ulli datus erat, ut deberet appellari paracletus, nec enim in remissionem peccatorum fuerat datus, antequam glorificaretur Iesus. In eo quippe tota est consolatio paracleti, quia luctum antiquum per sacramentum passionis Christi abstergit, dum de deo patre per mortem filij sui propitio facto, noua regeneratione de filiis ire, filios reddit gratiæ de seruis peccati, filios iustitiæ de filiis mortis & perditionis, filios uitæ & acquisitionis. Extunc dicitur: In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati: & ex tunc repletum est gaudium os nostrum, & lingua nostra exultatione. Principium igitur nobis patrem ostendens paracletus est spiritus sancti, in remissionem peccatorum datus, ex quo summus pontifex noster, qui hæc loquitur, per suum sanguinem ad rogandum patrem in sancta sanctorum introiens, æternam redemptionem inuenit. ¶ Quam eius rogatu longe ante propheta spiritali oculo intuens, affectuosa imprecatione sic ait: Exaudi te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te, memor sit omnium sacrificiorum, & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Impleat dominus omnes petitiones tuas, & cætera usque ad finem psalmi. Igitur pupillis suis coram positus, sponsus iste continuo auferendus, tutor è magnum prouidens: & ego inquit rogabo patrem meum, & ille me (sicut Esaias dixit) pro transgressoribus exorantem, ut non pereant exaudiens, alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, ut perducatur uos ad uidentium patrem facie ad faciem, ut ostendat uobis in filio patrem, & filium in patre manentem, & ipse in uobis manens, & commanere faciant intra uos gloriosam & æternam patris & filij, suamque inseparabilem & unam maiestatem. Sequitur, & dicit de eodem paracletu ueritatis spiritu. ¶ Quem mundus non potest accipere, quia non uidit eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. ¶ Mundum hic appellat amatores mundi. Quare autem paracletum hunc spiritum ueritatis non possunt accipere immundi amatores mundi? Videlicet quia consolationem suam habent, quia non lugent, quia de peccatis suis, quos hic paracletus remittit, non dolent. Paracletus namque, id est consolator gaudenibus importuna & superuacua est. Igitur amatoribus mundi huius, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, non datur paracletus hic, sed eis qui lugentes dicunt: Hei mihi qui in colatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Item: Fuerunt mihi lachrymarum panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus, & his similia. ¶ Itaque paracletum hunc mundus non potest accipere. Quare? Quia non uidit eum, nec scit eum. Quod non uidit, infidelitatis est: quod non scit eum, superbiæ est. Infidelitatis namque est, non respicere uel non curare, nisi præsentia que uidentur, & in illis intentum uel contentum esse, ut non cogitet æterna que non uidentur. Item superbiæ est, non scire, id est non approbare talem paracletum, imò & uitam eorum, qui consolationes eius exquirunt, æstimare insaniam, & finem illorum sine honore: Vos autem inquit, qui mundo gaudente inde ploratis & fletis, unde gaudet ille uos inquam cognoscetis eum. Et unde cognoscetis eum? Quia apud uos manebit, & in uobis erit. Duobus modis appropinquabit, quia paracletum suam, scilicet remissionem peccatorum uisibilibus operando sacramentis, apud uos manebit, id est nunquam ecclesiastico conuenit derit, & priuatam uel propriam infundendo gratiam, in uobis erit, & si non semper manebit, quia uidelicet præter eum, de quo dictum est: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, præter eum inquam in nullo semper manet, sed nonnunquam de sua quam libet sancta mansio se subtrahit, iteque oratione uel dei laude in ueritate redit. Quod cum ex multis liquidò constet sanctæ scripturæ locis, manifestus in Heligeo propheta gestus sacranarrat historica. Qui cum consuleretur à rege Israel, diceret: Quare cōgregauit nos dominus reges, ut traderet in manu Moab, adducite mihi inquit psalmi, cum caneret psalmes facta est super eum manus domini, &c. Igitur apud uos manebit inquit, quia sacramentorum uirtute uel effectu nunquam deerit: in uobis autem gratia quidem semper erit, non tamen eiusdem gratiæ semper actum manebit. Sequitur. ¶ Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. ¶ O ammirabilis testator, ubi eadem morte patris, qua se putant orphanos fieri, nascuntur, & hæreditatem capiunt filij, & eodem patre resurgente à mortuis, simul cum eo tutor paracletus uenit, testificatus de illo quia uiuit, totamque illis in omni prætorio uel concilio defensoris hæreditatem paternam restituere dicitur: Quia de acquirendo inquit, alio consolatore audistis, idcirco uos orphanos fore arbitrantur contristamini. Non ita erit. Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. ¶ Potius si non abirem, uos orphani essetis, illa uidelicet orphanitate, quam deplorans propheta dicit

Recordate

Recordate domine & uide quid acciderit nobis, intueri & respice opprobrium nostrum. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi uiduæ. Patres nostri peccauerunt & non sunt nos autem iniquitates eorum portauimus. Quid enim acciderit uobis, unde sitis orphani, nisi quia patres uestri peccauerunt, & non sunt, uos autem iniquitates eorum portastis. Quid est aliud opprobrium uestrum, nisi humani generis originale peccatum? Nempe propter illud pupilli facti estis absque deo patre, & hereditas uestra uersa est ad alienos, domus uestra ad extraneos. Quia qui debueratis filij gratiæ dei, & coloni esse paradisi, nunc filij ita sicut & cæteri, ad alienam hæreditatem mortis, & extraneam domum tenebrarum deturbati estis. Igitur nunc usque orphani à deo pro culpa ueteris Adam, renascituri iam estis eidem deo per me nouum Adā. Non enim relinquit uos orphanos, sed uadam, & iterum uos per mortem meam parturiam deo, & hoc factio resurgens iteque ueniam ad uos. Quando fiet hoc? Ait. La dhuc modicum, & mundus me iam non uidet: uos autem uidetis me, quia ego uiuo & uos uiuetis. Modicum inquit superest. ¶ Quantum enim est hinc usque in horam sequentis diei non iam, tantillum uidet me mundus iste in maligno positus, & ab hora nona iam me non uidet, neque in hoc seculo, neque in futuro, nisi die illa qua iudicabitur. Tunc enim isti impij amatores mundi uidebunt: uidebunt inquam in quem transiuerunt. Vos autem, qui de hoc mundo non estis, quos ego de hoc mundo delegi, item post hoc modicum uidebitis me, quia ego uiuo, & uiuentis uobis appareo: Vio inquam, & uos in æternū uiuetis, propter hoc ipsum quod uiuo, mortuus pro uobis. Prius tamen uestigia mortis meæ sequemini. Et proinde non dixi, quia eodem tempore quo ego uiuo, & uos uiuetis: sed ego nunc quidem, id est præsentem tempore uiuo, quia cito resurgo. Vos autem omnes in nouissimo die resurgetis, mecumque in sempiternū uiuetis. ¶ In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. ¶ Illo inquit die, in nomine magnæ solennitatis, die magni & ueri luminis, cuius intuitu Psalmista cantandum post captiuitatem in ædificatione domus, canticū præcinit dicens: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: illo inquam die uos cognoscetis, quia ego in patre meo, & pater in me est, quod non modo cognoscetis dicitis: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, & annuntiabitis de die in diem, id est, de patre in filij, uel de filio euntes in patrem, prædicabitis hoc salutare dei, scilicet quomodo ego patrem rogaueri, & alium paracletum dederit uobis. Ita iuxta prophetici prædicti psalmi titulum, ædificabitis domum post captiuitatem, id est, Ecclesiam nouam de gentibus, post peccati & mortis destructionem. Et iam tunc quidem, dum ego uiuo, primus uel princeps in gloria resurrectionis fulgeo, uos cognoscetis quia ego in patre meo, & pater in me est: Amplius autem dum uos uiuetis, cum uos quoque resurrexeritis, hoc ipsum cognoscetis, quia non iam ex patre, non per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem uidebitis. Sequitur. ¶ Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, & quem usque in finem suos diligit ipse, quomodo prior mox facturus sit quod præcipit ipse, non diligendo uerbo neque lingua, sed opere ueritate: deinceps quo sine & ea nobis dilectio sit obseruanda, latius incipit exponere. ¶ Qui habet inquit mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Ac si dicatur: Idcirco supra dixi, si diligitis me, mandata mea seruate: quia uidelicet dignitas dilectionis non in uocis superficie, sed in ueritate consistit, & in opere. Igitur qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Alioquin si habeat & non seruet, hoc signo cognoscat seipsum, quia non est de forte diligentium me, sed de gente ista peccatrice, de hypocritis istis, de quibus bene prophetauit Esaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Hic inquam comparabitur uiro, consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem habet, & seruat ea, huius anima comparabitur filio regis, cuius omnis gloria ab intus, quantum & foris eadem gloria non nihil resurgat in simbris aureis, quapropter & concupiscet rex speciem eius. Venit de & sequitur. ¶ Qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. ¶ Iam quæ beata dilectio, quæ non ut seruilis timor dubiam liberationem, sed certam gratiam, iamque præsentem ex parte habet remunerationem. Seruum quippe timor poenitentis subigit, atque ad audiendam domini præcepta plagarum comminatione compellit, & idcirco nondum meretur diligere, non dum admitti consilij, uel secreta domini sui nosse dignus existit. ¶ Amicus autem dilectio sic dilatauit, ut cum præceptum acceptauerit, placitum quoque non recuset consilium uerbi gratia, non sit contentus cauisse adulterium, se detiam ualeat meliori amore occupatus, licitum contemnere coniugium. Hic (ut ait propheta) in excelis habitabit, munimenta faxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo uidebunt oculi eius. Ait ergo: Qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Qui (inquit) diligit me, propter hoc ipsum quia diligitur, & cuncta etiam licita dilectioni meæ postponit, diligitur familiariter à patre meo, qui communitur omnes prior dilexit, sicut iam alio loco dixi, quia sic dilexit deus mundum, ut filij sui unigenitum daret: diligitur inquam familiariter, & panis scripturarum, panis utique uitæ & intellectus

Hæreditas non
ita uersa ad
alienos

Zach. 12

annuntiabitis
de die in die.

1. Cor. 15

1. Joh. 5
Dilectio in
opere consistit,
non in uerbo.

Mar. 15
Esa. 29

Iacob. 1.

Psalmo. 44

Timor seru
illis

Dilectio amici.
Esa. 33

Diliget a patre
meo

Ioh. 5.

Y tellectus

Velle dicitur illi ad manducandū, & aquę fideles sapientię salutaris ad bibendū, sicq; e-
 baratusq; potatus, dū spaciatur amplum cōtēplationis cāpum, regē in decore suo vidēbit
 interioribus oculis suis, quę (ut paulo ante dixi) uos nō cognouistis, cum tanto tempore uo-
 bis cum sim. Videbunt inquā oculi eius, imō nunc uidere incipient regem in decore suo, nā in
 futura uita perficiet hęc beata uisio. L. Dicit ei Iudas, nō ille Iherosolimitanus, quoniam
 gā manifestaturus es teipsum nobis, & nō mundo. I. Iudas iste cognominis eius qui fuit pro-
 ditor, quis sit, iam alio loco dictum est, uidelicet frater Iacobi minoris, qui & Thaddęus dicitur.
 Domine inquit quid factum, subauditur, si tu non dū nobis manifestatus es: si enim teipsum
 nobis & non mundo manifesturus es, ergo nec nobis adhuc manifestatus es. Nam te quō nos
 uidimus, sic uidit & mundus uidit inquam te, uidit opera tua mirifica mundus, quę & nos ui-
 dimus. Quid ergo factum est, si non in omnibus his manifestatio tui facta est: L. Respondit ei
 Iesus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et pater meus diligit eum, & ad eum ue-
 niemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et
 sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hęc locutus sum uobis,
 apud uos manens. L. Responsum hanc ad percontationē p̄dicti discipuli dicentis: Domi-
 ne quid factū est, quia manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo, reddere se tandem in-
 nuens. Hęc inquit locutus sum uobis, apud uos manens. Ac si dicere et Apud uos manens p̄-
 sentia corporali, nō meipsum uobis adhuc manifestauit, sed tantū annuntiāuit, & locutus sum,
 & sermonem feci, quem si quis seruauerit, hoc magnum recipiet p̄miū, q̄ ego manifestabo
 ei meipsum. Hoc est quod ait: si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diligit
 eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Quibus dictis & idē confirmat,
 q̄ iam dixerat: qui autē diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo
 ei meipsum, simulq; & eisdē manifestationis melius exprimit modū. Quis em̄ modus erit eius
 manifestationis? Erat eū inquit ueniet, & mansionē apud eū faciemus. ¶ Non ergo putā-
 dum est hoc esse manifestari dei filiū diligentibus eum, q̄ ueniet cū nubibus, ut uideat eū ois
 oculus, quanq; & hoc sine dubio futurū sit, quo uidelicet mō eum uidebunt, & eum pepage-
 runt. Et quidē aduentus ille sicut fulgur patens ab oriente usq; in occidentē, sic oibus conspi-
 cuus expectantiū, iustōq; erit letitia: quia cū apparuerit (inqt Apōst.) Chrs̄ uita uestra, tūc &
 uos apparebitis cū illo in gloria, sed expressa est magnificentiushęc manifestatio, de qua nūc
 agitur: quia ueniet inquit ad eū, & mansionē apud eū faciemus. Igit̄ intus diligētibus dei
 filium, intus inquā, in interioribus animę, dilectus ipse filius cū p̄re manifestat. Et hoc p̄fecto
 magnū dilectionis est p̄miū, q̄ pater & filius per spiritū sc̄m̄ deus unus, dilectę animę intrin-
 secus mira & ineffabilis charitatis uoluptate copulat. ¶ Sed quomodo inquis dictū est hic &
 mansionē apud eum faciemus, cum alibi propriū hoc fuerit signū, quo sanctus sanctōq; foret
 agnoscendus, scilicet mansio sancti spiritus, qui alterius nature nō est, q̄ pater & filius, quibus
 de personis hic enuntiat: & ad eum ueniet, & mansionē apud eū faciemus. Ergo q̄d̄ in
 hoc mortali corpore uiuit, manet quidē in animabus sanctis per manifestationē filij, pater &
 filius, nihilominus & sanctus (sicut superius iam dictū est) utriusq; spiritus, per infusionē autē
 proprię substantię, ut mansio eterna maneat, hoc in remuneratione uēturū seculi adimplen-
 dum feliciter expectatur. Nam nunc quidem dilectus mittit manū suam per foramen, & uen-
 ter humanę infirmitatis in tremiscit ad tactum illius, uel tanq; sibilus aurę tenuis, raptum si-
 gens oculum, fugit idē dilectus, in illa autē beata uita, amicus amicę plena & permanente
 uoluptate copulabitur: Et gaudebit (inquit propheta) sponsus super sponfam, & gaudebit su-
 per te deus tuus. Talis mansio patris & filij & spiritus sancti, p̄sertim dilectionis edificatio-
 ne preparatur. Ait ergo: si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diligit eū,
 & ad eum ueniet, & mansionē apud eum faciemus. Ecce Euāgelica uoce dominus demon-
 strat cur Psalmista dixerit: Omnis consummationis uidi finē, latū mādatum tuū nimis. Quid
 enim latius hoc mandato dilectionis, quo sic mens humana dilatat, ut in tra substantię suę
 palatū, maiestatem capere possit patris, & filij, & spiritus sancti? Sapiat hoc, & suauis gustu ui-
 deat is, qui in terris uitā cęlicā ducens, & bene eruditus magisterio diuini amoris, agere nouit
 in templo cordis sui solennitatē deliciose contemplationis. Nā qui laborant & non erati sunt
 q̄d̄ sua ferunt onera, refectionem huius dulcedinis sapere nequeunt. Sequitur. Qui non di-
 ligit me, sermones meos non seruat: & qui sermos meos non seruat, nō diligit me. Non ergo
 credat aliquis, quicqd̄ sibi animus de dilectione dei sine operis attestacione responderit, ope-
 ratur etem̄ magna, si est si uero operari renuerit, amor non est. Ne uero leue quis putet quod
 ait dominus: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Ne inquā parua cuiq; uideatur
 in dignitas, non seruare sermones ab eo dictos, ecce iterū dicit: ¶ Et sermonem quem audistis
 non est meus, sed eius qui misit me patris. Nā & hoc paulo ante dixit: Verba quę ego loquor
 uobis, a meipso non loquor. Certe qui sermonem suū loquitur, mendaciū loquitur, & autho-
 ritate legis iam se p̄ dicta contemnendus est, quia mendax est. Scribo autem quem audistis
 impletur

Iudas Thad-
deus.

Ad eum uen-
niemus
Apōst.

Coloss.

Mansionem
apud eum fa-
ciemus

Cant. 5
Reg. 19

Esa. 62

Psal. 28
Latū manda-
tū tuū nimis

Dilectio sine
operacione
nihil est

Sermonē quē
audistis, non
est meus
Deut. 8

impletur, & ab effectibus suis uerax esse cōprobatur. Ergo meus inquit nō est, ergo a meipso
 de p̄rio corde cōfictus nō ē, sed ē eius q̄ misit me patris, testantibus opibus quę uidentis, quę
 uisuri, quęq; in noie meo facturi estis. Proinde q̄ sermones meos nō seruat, non leue hoc est pu-
 tet spernendo q̄pe sermonē quē audistis, spernit eū cuius sermo ē, scy patrē q̄ misit me. Hęc
 locutus sum uobis apud uos manens. Querēbatur inquit, dñe quid factū ē, quia manifestaturus
 es teipsum nobis, & nō mundo: ecce dico uobis quid factū sit: Manens apud uos mysterio re-
 gni dei in parabolis & puerbis locutus sum uobis, & quasi paruulis sentis, lac uobis potū dedi,
 nō escā. Nō dū em̄ poteratis, sed ne nunc quidē potestis, hoc haec tenus factū ē. L. Paracletus au-
 tē sp̄s sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia & suggeret uobis oia
 quęcūq; dixerō uobis. Igitur haec tenus dicēdo uos extertis, ut pote homo uisibilis, ego plā-
 rationē nouā plantauit atq; rigauit, sp̄s autē sc̄s, qui paracletus, i. cōsolator dicitur, & est pro-
 causa quā superius dixi, ille incrementū dabit, docendo uos omnia & suggerēdo intrinsecus
 omnia quęcūq; dixerō uobis. Omnia inquā, docebit uos quęcūq; haec tenus dixi, & omnia quę
 cūq; dixerō uobis suggeret uobis, & scribet in tabulis carnalibus cordis uestri. Ego enim
 qui haec tenus locutus sum uobis uisibilis homo uoce elementari, ego inquā, idē ipse, deinceps
 loquar uobis interna locutione iā dicti spiritus sancti. Sic enim ueniet, & sic mittetur in nomi-
 ne meo, ut paracletus sit, id ē, expectatā ab omnibus sanctis cōsolationē Israel afferat uobis &
 illis uobis inquā, qui me loquentē audistis & credidistis: & eis, qui p̄ uerbū uestrum credituri
 sunt in me. Extunc incipiet illa manifestatio, quā p̄misi dicens, qui autē diligit me diligitur a
 patre meo, & ego diligā eū, & ad eum ueniet, & mansionē apud eum faciemus, quā nesci-
 tes dicitis, dñe ostende nobis patrē, & sufficit nobis, itemq; domine quid factū est, quia mani-
 festaturus es teipsum nobis & nō mundo. Hoc interim deposcit necessarius ordo uestra salu-
 tis, ut per mortē meā deo reconciliamini. Dico ergo: Pax meam relinquo uobis, pacē me
 am do uobis. ¶ Pax amicitie fructus est, sicut econtrario bellū inimicitie opus est. Quę uide-
 licet pax, tanto gratior & desiderabilior uenit, quanto grauiori dispendio eius, qui minor &
 infirmior est, inimicitie geruntur: uerbi gratia, ubi uictor uictis reseruatis solummodo tributa, quanq; diffi-
 cilia indiceret. Erant autem inter deum & homines inimicitie nimis graues, nec dubium erat,
 quin in p̄lio iudicij deus omnino superior foret. Nam & si qui erant homines fideles & iusti,
 uidelicet quales fuerunt Abraham, Isaac & Iacob, & quicq; similes illis tanta erat illorum iustitia
 cōparatione debiti, quāta est fortitudo regis occurrentis cum decem milibus, ei qui cū uigin-
 ti milibus aduersum se uenit. Ergo quanto maiori malo generis humani p̄re dicitur inimicitie
 gerebantur, tanto magis necessaria pax hominibus erat. ¶ Sed quā nos legationē misisset
 ea quę pacis sunt rogaturi, nisi ultero obtulisset pax nostra Christus filius dei, qui pro eo
 quod solus erat innocens, solus & poterat rationes perorare nostrę pacis? Ipse est enim (in-
 quit Apōstolus) pax nostra, qui fecit utraq; unam, & medinm̄ parietem maceris: soluens
 inimicitias in carne sua, legem mandatorum suorū decretis euacuans, ut duos cōdat in semet
 ipsum, in unū nouum hominē, faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore deo, p̄ cru-
 cē, interficiens inimicitias in semetipso, & ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fui-
 stis, & pacem his qui prope, quoniā per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad pa-
 trem. Igitur interrogatus dominus a discipulo, dicente: Domine quid factum est, quia ma-
 nifestaturus es teipsum nobis & nō mundo, cum dixisset, hęc locutus sum uobis apud uos
 manens, paracletus autem spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit
 omnia, & suggeret uobis omnia quęcūq; dixerō uobis, adhuc altius eorū quę facta sunt, sum-
 mā exprimens, pacē inquit, relinquo uobis, pacē meam do uobis. Ac si diceret: hoc factum est
 quod dico, per me, in quo cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare, reconciliantur & pacificā-
 tur omnia, siue quę in terris, siue q̄ in cœlis sunt. Pacis autē nomen ego uocem est. Proinde q̄d̄
 dixerat, pacem relinquo uobis, repetens signanter, pacem inquit, meā do uobis. Et adiecit, L. Nō
 quomodo mūdus dat, ego do uobis. ¶ Pax etenim, quā mundus dat, paci quā dat Christus, con-
 traria est. Quid nanq; mundus agit in largitione suę pacis? Venite inquit, & fruamur bonis
 quę sunt, & utamur creatura tanq; in iuuentute celeriter, uino & ungento nos impleamus, &
 non p̄tereat nos flos temporis &c. Eiusmodi pacem nolite (inqt Christus) putare, q̄ uen-
 tim pacē mittere in terram. Non ueni pacem mittere in terram, sed gladū. ¶ Quid autē de pa-
 ce quā dat Christus, scriptura dicit: Quam speciosi super montes pedes euāgelizanti pacē,
 annūciantis bonū, p̄dicantis salutē, dicentis: Syon regnauit deus tuus, in eo q̄pe pax Chri-
 sti est, quā ipse dat nobis, q̄ principē mūdi huius foras eiecit, o. syon, regnauit ipse deus tuus,
 regnūq; peccati & mortis destruxit, & cessauit exactor, quē uirtutū, cōtruit dominus ba-
 culū impiorū, uirgam dominantū, cædem gentes in indignatione, plaga infanabili, sub-
 ſcientem in furore gentes, persequente crudeliter. Veram ergo, dū uado, inquit, pacem relin-
 quo uobis, pacem uetam meam, meam inquā, id est, per me acq̄sitam, dum redeo, dū a mor-
 tuis

Mar. 4
1. Cor. 5
Heb. 5

Chrs̄ plāta-
uit, paraclet-
ū incrementū
dedit.

1. Cor. 5

Erant inimi-
citię inter deū
& homines.

Luc. 14

Chrs̄ pax no-
stra

Eph. 2

Coloss.

Duplex est
pax, vnā mū-
di, altera Chri-
sti.

Sapientia
Mat. 10

Psal. 52

Iohan. 13
1. Cor. 15
Heb. 2
Esa. 47

quis refurgo do uobis, dicendo: Pax uobis. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Non turbetur cor uestrum neque formidet, audistis quia ego dixi, uado & uenio ad uos. Igitur inquit, sicut supra dixi, non turbetur cor uestrum, creditis in deum, & in me creditis, & nunc repetens dico, non turbetur cor uestrum, neque formidet, uidelicet data ratione digna, cur nequaquam cor uestrum turbari aut formidari debeat. Audistis enim, nam ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Vado inquam, parare uobis locum, & si abiero & preparauero uobis locum, iteque uenio & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Sed & hoc audistis, quia dixi uobis, pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Ergo & si necessario praeter infirmitate caro uestra dum ego uado turbatur, saltem non turbetur cor uestrum, neque formidet, a spe sua se esse deceptum, quasi frustrata crediderit, me esse Christum dei filium, sed in ipsa trepidatione qua disparet exterior pulchritudo confessionis, uiuat intrinsecus radix fidelitatis. Si diligetis me, gauderetis utique, quia ad patrem uado, quia pater maior me est. Diligitis quidem me nunc interim tanquam proximum, sed non dum tanquam deum. Si enim sic diligetis me, si cognoueritis me, si crederetis quia ego in patre, & pater in me est, gauderetis utique, quia ad patrem uado. Quanta enim in hoc diligentibus me gaudendi causa est? Magna plane & ineffabilis, namque diu mortalis homo sum, pater maior me est. Minuisti enim eum (inquit Psalmista) paulo minus ab angelis. Sequitur autem: Gloria & honore coronasti eum domine, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item in alio psalmo: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteris meis. Ac deinceps: De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput. Hoc, propter id ipsum quia uado, moriturus est. Videbitis enim me dominum & saluatorem uestrum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Igitur si dilexeritis me, uidelicet credendo & cognoscendo, quia ego in patre, & pater in me est, sine qua cognitione, non potestis digne diligere me, gauderetis utique, transire me ab exilio mundi, & uenialiter secessu: ad dexteram patris, intrare in gloriam regni mei, quia uidelicet haec tenus, ex quo carne indui, pater maior me est, & ego secundum mortalitatem non solum pater, sed etiam immortalibus paulo minor sum angelis. Et nunc dixi uobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Valet namque ad testimonium praesentium, memoria praeteritorum. Idcirco nunc dixi uobis priusquam fiat, dixi in qua, quia uado & iteque uenio, ut cum factum fuerit, credatis. Item uenero, uos praeteritis dictis simul & praesentibus factis confirmari, credatis scilicet, quia ego in patre, & pater in me est, haec & antequam facerem praedixi, & postquam praedixi, facere potui. Nam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quodquam. Notandum in primis quod non dixerit, iam non multa loquar uobis, sed non multum loquar uobiscum inquit. Uobiscum enim cum dicit, subaudiendum est, manens praesentia corporali. Multa quippe & illis tunc locutus est, & nobis nunc loquitur, sed neque cum illis manens, multa locutus est, neque uobiscum corporaliter manens nunc loquitur, uidelicet praesentia locali, uel conuersatione uisibili. Unde & post aliqua dicturus est: Pater, cum essem cum eis, ego seruaui eos quos dedisti mihi. Igitur tam non multa inquit, loquar uobiscum, subauditur, corporaliter manens. Quam ob causam? Venit enim princeps mundi huius. Princeps mundi huius, mundi scilicet damnati, qui nunc me odit, & mihi aduersatur, uidelicet diabolus nunc uenit: qui inde princeps mundi dicitur, quia mundi amatoribus principatur. Quomodo uenit hic princeps malignus, princeps uel praepositus mortis, & peccator antiquus, nisi quia contentione mortis mecum congregatur? Sic inquam uenit, & in me non habet quicquam. Non ideo uenit, non propter hoc uenire permittitur, quod ego rapuerim uel iuste exoluere debeam quod ille est exacturus. Sed ut cognoscat mundus quia ego diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Idcirco illum admitto mortis generatorem, ut cognoscat mundus, quia ego diligo patrem, & obediens illi per omnia pro omni mundo, sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Igitur quod uenit ille princeps mundi huius, scilicet temeritatis & temerariae stultitiae est: quod autem incursum eius sustinens morior, uoluntarium obediens pro omni mundo sacrificium est. Tenuisti, inquit Psalmista, manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Saluare enim brachium meum dexterum, id est, diuina potentia mea, & indignatio mea mihi auxiliari poterat, ut non morerer, quae mihi auxiliatur ut resurgam, sed mandatum patris, uera & immensa charitas patris, qua habet circa salutem generis humani, tenet manum dexteram meam, ut non me defendam mortem uel transiliam, & in uoluntate sua deducere me, dicentem: Pater non mea uoluntas, sed tua fiat: quia non quod infirma caro appetit, sed agendum mihi censet quod exigit consilium diuinitatis. Itaque uenit qui nunc uenit, princeps mundi huius, ut cum in me nihil inuenit, uictus in certamine per unum hominem iure foras eiciatur: sicut e contra per unum hominem quem uicit, saluitis operum mundi huius iure sibi obtinuisse uidebatur. Hoc factum cognoscat mundus suae salutis experimento, quia ego diligo patrem, & mandatum ipsius subeo mortem, qui per nullam culpam acquisiui mihi ex Adam mortis hereditatem. Surgite eamus hinc. Quoniam, inquit, ecce appropinquabit qui me tradet.

Non turbetur cor uestrum.

Quo apud diligebat Christum ante passionem ut proximum non uidebat.

Psalm. 8

Psalm. 109

Heb.

Pater maior me est.

Iohan. 7

Cur diabolus princeps mundi dicitur.

Psalm. 72 Tenuisti manum dexteram meam.

Mat. 26

CAP. XV.

& turba cum eo cum lateribus, & facibus, & armis, ne in angusto intra parietes cenaculi huius nos comprehendant, uobiscum non sit libera effugiendi facultas: nolo enim quenquam ex uobis perdere, sed uolo ut sinant uos abire, surgite eamus hinc, ne uel iste, cuius diuersorio fructus sumus apud quem pascha fecimus, ullam propter nos inquietudinem patiatur. Ergo sum uitis uera & pater meus agricola est. Omne palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omne qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Ecce per similitudinem nota & uisibilis rei, figuram passionis demonstrat utilitatem, ut iam ex hoc mundus cognoscere incipiat, cur mandatum dedit illi pater, cur ad eum principem mundi huius uenire permittat, in quo princeps ille non habeat quicquam, id est cur illum ad crucifigendum, uel occidendum tradat pater, qui nullam habet mortalitatis causam: Ergo sum uitis uera, & pater meus agricola est. Nonne inquit uitis cum sit nigrum, & hispidum, aridum corticis lignum, ut palmites suos latius extendat, & suauem in tempore suo botrum proferat, uino cor hominis letificatur: nonne inquam propter hoc agricola studio plantatur in terra, prius hylcem horrorem imbricis pastura molestias? Et ego uitis uera sum, uera inquam uitis, scilicet ad distinctionem uitis alienae, id est gentis huius. Sodomiticae, de qua, Moyses in cantico suo: De uinea in quibus sodomorum, uinea eorum, & de suburbis Gomorrae. Uua eorum uua fellis, & botrus amarissimi. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Igitur me uitem adeo ueram, ut is qui uenit princeps mundi huius (sicut paulo ante dixi) non habeat in me quicquam. Idcirco pater meus agricola celestis, in hoc mundo plantare, & sarculo passionis colere dignum duxit, ut palmites meos, quorum primi uos estis, latius extendat, & post horridam, quae nunc instat tribulationis & mortis hyemem, suauem botrum, id est gratiam resurrectionis proferat, quo per fidem pregressurum, sponsa dicat in Canticis: Botrus Cyprum dilectus meis in uineis Engadum. Quomodo autem non nunquam uitis eodem ex stipite, tam steriles quam & fructuosos palmites emittit, sed in tantum agricola sterilem amputat, omnemque fructiferum purgat, sic eadem ex fide uel confessione nominis mei, tam reprobis compluribus, quam electis pullulantibus pater meus, huius agricolae facturus est. Nam omne palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit ut fructum plus afferat. Ecce Iudam filium perditionis palmitem inutilem, imo & damnosum uermem, radici huius uitis imminentem, uidetis qualiter amputauit, traditumque sarculo tanquam in ignem gehennae. Vos palmites relictos, qui haec tenus, qui fructum fertis aliquantulum, euangelizantes & curantes ubique, ueruntamen in una tantum Iudaeorum gente uos inquam fructum plus afferatis, ecce purgat agricola participatione passionis & mortis meae, ut compluti sanguine meo suauem excipiatis austrum, id est, spiritum sanctum, quem dat uobis in remissionem peccatorum. Hoc est quod sequitur. Tam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Sermo quippe quem nunc erat locutus, sermo passionis & resurrectionis eius est, uidelicet dum diceret: Vado parare uobis locum, & si abiero & parauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis, & caetera. Itemque nunc nouissime dixerat: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: quia uidelicet pax uel reconciliatio, qua deo sumus reconciliati, peccatorum remissio est. Hic autem sermo admixtus fidei mundat uos, quae ut illos ab omnibus peccatis, quia profecto sermonis fides praecedens effectiua causa est, ut sanguis filii dei lauet nos a peccatis nostris. Unde Psalmista & ipse lauandus in sanguine Christi: Asperges me (inquit) hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Per hyssopum quippe, quo palmitibus tumore deponitur, fides intelligitur sermonis huius, qua corda purificantur, quo cum primo asperferis me (inquit) tunc demum lauabis me, & super niuem dealbabor. Igitur propter sermonem (inquit) quem locutus sum uobis, iam uos mundi estis, quia uidelicet propter sermonem mortis, quam praenuntiaui uobis, qua transeo ex hoc mundo ad patrem, & iam in mundo non sum, iam uos mundi estis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Quam terribile cum sit praesumptio humanae potestatis inopiam, quam ueram corporis Ecclesiae caput eius Christus dominus, commendat & defendit unitatem: Manete (inquit) in me, & ego in uobis. Quid enim? Videtur sibi nimis assertores liberi arbitrii, non indigere auxiliantibus & miserantibus gratiae dei, tanquam uolentes & currentes, sua uelocitate uitae sempiternae fructum comprehendere possint. Sed dicit: sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ergo praesumptores, & superbi palmites mali, horrida manu agricolae iure tollendi estis: nisi omnem pulchritudinem omnemque fructum uenustate, non ex uobis, sed ex uitis intima radice procedere confessi fueritis. Itemque & uos dicitur scissurati, ab Ecclesiae corpore uos praecedentes, & propriis adiuuentionibus uestrarum sarculis praecisus, nolite putare, quod uitale fructum ferre possitis. Quis enim uitis & palmitum inuis nesciat te praecisus hae unitatem: Quamdiu palmites in uite manent, tamdiu ascendentem per uenas in timas generantur radicis eius humor bibunt, & uiuunt, floresque, & flores fructus parturiunt. At uero si de

CAP. XV. Fructus passionis Christi per similitudinem uitis inuenitur.

Iudaei gentis uitis aliena.

Eccl. 1. Christus uitis uera.

Can. 1

Iudas palmitum inuis mesiuus uitis. Ioh. 15. Luc. 9.

Mundi princeps sermo. Psalmo 70.

Contra Pelagianos.

Palmitum autem praecisus hae uitis sunt.

uite palmes excisus fuerit, iā boni succi eius particeps esse nō potest, ideoq; speciē quidē palmitis habet, sed nec uiuit, nec usum habet aliū, nisi ut in ignē mittat & ardeat. Hæc ergo ipsius dñi & discipulor; eius idonea similitudo data est. Quādiu em̄ per unitatē fidei magistro concordant ueritatis, mandata dilectionis seruantes, idipsum sentiendo omnes in Ch̄so manēt, & singuli de spiritu eius uiuentes, interne ueritatis gratiā habent, uiuitq; in salutē cōmunicantium illis, q̄dcunq; celebrant sacramentū in Ecclesiā Christi, Ch̄s namq; in eis loquit, & q̄cqd ab eis fit, à deo factum, & spiritu eius cōfirmatum esse recte creditur. ¶ At uero ubi dissentientes, scq; per hæreses & schismata ab unitate fidei diuidentes, à Ch̄so præciunt, mortuum est eor; omne uerbū, & sacramentū, & quicqd agere uidentur in festum, quicquid sacrifici putant, pollutum est. De qualibus Apost. dicit: Habentes quidē speciē pietatis, uirtutē autē eius abnegantes, Verbi gratia, baptismū aquę uisibiliter cōferre possunt, quicquid sacrifici putant, pollutum est. De qualibus Apost. dicit: Habentes quidē speciē pietatis, uirtutē autē eius abnegantes, Verbi gratia, baptismū aquę uisibiliter cōferre possunt, quicquid sacrifici putant, pollutum est. De qualibus Apost. dicit: Habentes quidē speciē pietatis, uirtutē autē eius abnegantes, Verbi gratia, baptismū aquę uisibiliter cōferre possunt, quicquid sacrifici putant, pollutum est.

2 Cor. 14
Mat. 10
Oia ap̄hæreticos mortua & polluta
1 Tim. 5

Manedū est pa. m̄tib; in uite, ut ab ea pinguedinē accipiant

In uisione catholica oia uiuunt sacra

Hæretici p̄tata mortis. Sapi. 1

Ignē uitis ad nihil utile nisi ut cōburatur

Ezech. 17

Ioē Pauli de hæreticis lapsum itelle et Nouato Heb. 6

Desperatio p̄nitente in hær. ec. 5 Tit. 3

sect. Et colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Propheta autem: Nunquid ait tolletur de ealignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus? Ecce igni datum est in escam. Deniq; de illo qui nunq; uiuit, id est Christianæ fidei professus est speciē siue decorē, idem quod de agrestiligno sperari potest, scilicet qd aliquod uas fieri, aut paxillus possit fabricari utilis domui dei. ¶ De illo uero, qui insertus est ueræ uitæ, bonū radicis eius succū gustauit, & particeps seculi uenturi, de illo in quā cum præcisus uel prolapsus est. Hoc solum restare putandū est, ut colligatur, & in ignem mittatur, & ardeat, quia uidelicet iuxta alium Euangelii locum, tale præcisus & proprio iudicio condemnatus est, dicitur. Quid econtra de illo uel de illis palmibus qui in uitæ manēt? Ait. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcūq; uolueritis petetis, & fiet uobis. ¶ Paulo ante dixit: Manete in me, & ego in uobis, nunc parua literæ commutatione, non enim ait si manseritis in me, & ego in uobis, sed si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, ita dicendo aperuit, quomodo in suis maneat ipse discipulis. Nam cū Christus uerbu dei & caro nostra sit, si uerba, id est fides uerbi incarnati, in uobis manserint, profecto ipse Christus manet in uobis, sicut Apostolus testatur habitare Christū per fidem in cordibus nostris. Ergo quod dixerat: Manete in me, & ego in uobis, hoc reperiit dicē do: Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, ut huius unitatis, mutæq; in inuicē manseritis præmiū habere daret dicendo: quodcūq; uolueritis petetis, & fiet uobis. ¶ Quæ promissio ne quod scrupulū nobis moueat recogitantibus uel scientibus multa petere fidelibus Christi, quæ tamen non sunt eis, memoriter tenendū est eū dixisse: Ego sum uitis, uos palmites, & iccirco secundū multitudinē uitis & palmitū eius, hoc ut cætera quæ iā dixit esse accipiendum. Quid enim? Nunquid uitis palmitibus suis aliqd suū denegat uel subtrahit? Nonne omnē gratiā sui uitoris, oēm uirtutē suę radicis in eos transfundit, & p̄ singulos distribuit, ut illis fructū suū deperdere facit? Quæ autē gra, quæ uirtus est in radice uitis huius, scilicet Christi filij dei, nisi omnis plenitudo septiformis spūs sancti? Ergo sicut palmites à uite nihil aliud nisi qd habet uitis in se, expectare uel accipere possunt, sic isti palmites rationales, à uera uite que Ch̄s est, nihil nisi qd habet uitis in se, expectare uel accipere possunt. Igitur si manseritis inquit, in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcūq; uolueritis petetis, & fiet uobis, nō in auro & argento, sed in omni uerbo, & in omni scientia diuites eritis, & nō cōcupiscentias carnis, sed omne donū spūs sancti, quia omne datū perfectū, qd de sursum est descendēs à p̄e luminū, petentes, ex me accipietis, scilicet diuini timoris gemulas, pietatis pampinos, scientiæ flores, fortitudinis borros, maturas consilij uas, intellectus torcularia, sapientiæ apothecas. Taliū quicqd petieritis, quia ad me uerā uitē pertinent, quia gratiæ & ueritatis diuinitas sunt, fiet uobis, ita ut fructus gratiæ oim, tanq; borros de m̄gnis palmitibus dependentes, totus mirretur orbis. Quicquid his septē sancti spūs donis abundantius est, fructū uosum nō est, & ad uinum salutis nō pertinet, sed à natura uitis alienū est, & iccirco manentibus in uite palmitibus cupiendū aut petendū nō est, neq; illis fieri debet. Vnde autē tam prona indulgentia, ut quodcūq; nolueritis petatis, palmes boni, & fiat uobis? sequitur. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimū afferatis, & efficiamini mei discipuli. Inde inquit tanta patris largitas, ad faciendū uobis quodcūq; petieritis, quia uidelicet hoc ad laudē & gloriam nominis eius proficit, si uos tanq; palmites boni fructū plurimum afferatis. ¶ Et ad hoc ipsum efficiamini mei discipuli, scilicet imitantū me dominum & magistrum uestrum, qui cum innocēs sim, ita ut nihil in me habeat princeps huius mundi (ut supra dixi) tū morior sicut pater mandatum dedit mihi, ut quia uera sum uitis, morien do fructificē mundo uinum optimum, quo in æternum lætificetur cor hominis. Hoc in quā ad gloriam & laudem patris proficit, ut & uos eodem modo fructū plurimū afferatis. Est autem ipse uoluntarius, & exau dibilis in omni re, quæcūq; petitur ad gloriam nominis sui. Quomodo ergo non facit uobis quodcūq; petieritis hoc intendentibus, ut ad clarificandū eū fructū plurimū afferatis? Plane faciet ita affatim, ut nullum gratiæ uobis desit instrumentū, ad fructificandā salutē mundi, ad dilatandā gloria dei, ad testificandā gratiā & ueritatē filij dei. Vnde hoc? Ait. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Ac si dicat. Sicut per multam dilectionē pater me misit, meq; uerā uitē in hoc mundo plantauit, sic & ego per eandē dilectionē mitto, & expando per mundū uos palmites meos, ut fructum plurimū afferatis. Cuius namq; dilectionis est, qd pater filio mandatu dedit, uenire ad agones passionis, eundēq; obediētē usq; ad mortē, mortē autē crucis, exaltauit & donauit illi nomē qd est sup omē nomē, ut in noīe Iesu oē genu flectat, cœlestiū terrestriūq; infernæ uisus de dilectōis ē, qd idē filius discipulos suos in mūdū uniuersum p̄dicare mittit uel age hū oī creature. Vñ sint aī reges & p̄sides trahēdi, & morte afficiēdi, ut eiusdē spūs dulcedie q̄ plena ē uitis, cōfortes q̄ palmites uniuersati, fructū faciāt æternæ salutis. Ergo sicut dilexit me p̄ ingr, & ego dilexi uos, Manete in dilectōe mea, manete, i. p̄seruate, scs diligēdo inuicē habendo

Ezech. 17

De hæreticis nulla spes

Heb. 6

Eph. 5

Quid sit uolueritis petetis et fiet uobis

Quid nobis a deo petendū ē

laco. 1

Efficiamini mei discipuli

Psalmo 105

Rom. 8

Phila. 2

Mar. ultimo

Mar. ultimo

Luc. 21

Gal. 1 habendo unum spiritum, & unam fidem quae operatur per dilectionem. Dixi enim vobis, quae pater meus agricola, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit eum. Ne ergo tollat vos hic agricola, ferendo fructum, id est diligendo inuicem, manete in dilectione mea, contendite non excidite ad me vite vera. Quid enim? Si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei praecipua seruauit, & maneo in eius dilectione. Praecipua mea quae licet multa sunt, in hoc uerbo instaurantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum, praecipua inquam mea si seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Forte dicat quis: Cum ipsa dilectio praecipuum sit, quomodo nunc dicitur: Si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea? Diuisionem namque omnis iustitiae fecisse uidetur, ut totius pars altera dilectio dei, altera pars praecipua sint. Ad haec inquam, Reuera iustitia quiddam totum est, partes autem eius duae sunt, altera uidelicet dilectio dei, altera dilectio proximi. In his duobus mandatis ita uicem altera lex pendet & propheta, ut uita actiua tota in dilectione proximi, uita contemplatiua in dilectione pendat. Dilectio namque dei contemplationi magis inhaeret, dilectio proximi exterioris uitae actibus incumbit. Deus enim moysi in monte duae tabulae dedit, in quibus duae tabulae lapideae conscriptae erant decem praecipua legis, tria in una tabula, ad deum pertinentia, scilicet non habere deos alienos, non facere idolum, neque ullam similitudinem, non sumere nomen domini in uanum; septem uero in altera tabula, pertinentia ad proximum, quorum primum est: Honora patrem tuum & matrem tuam, secundum non occides, tertium non moechaberis, quartum non furtum facies, quintum non falsum testimonium dices, sextum non concupisces uxorem proximi, septimum non concupisces rem proximi tui. Ita ad primum praecipuum, quod est dilectio dei, tria pertinent, quae & dominus in euangelio sic expressit, dicendo: Diliges deum deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tuam ad alterum praecipuum, id est ad dilectionem proximi, septem respiciunt per docentia quomodo uiuatur inter homines. Igitur si praecipua mea seruaueritis inquit, scilicet quae ad dilectionem proximi pertinent, uitamque actiua perficiant, & ita dilexeritis inuicem, manebitis in dilectione mea, scilicet in dilectione dei, quae uita contemplatiua perficit, ad quam sic non peruenit, nisi per actiua uita, sicut ad dilectionem dei non ascendit, nisi per dilectionem proximi. Itaque si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Operae pretium est ut in ceteris, ita in hoc dicto iustissimam perpendere auctoritate docentis, quia statim subiunxit: Sicut & ego patris mei praecipua seruauit, & maneo in eius dilectione. Dignum quippe & equum est, ut cuius magistri opera iure laudantur, eiusdem dicta quomodo suscipiantur: sicut contrarium cuius uita despicitur, restat ut eius etiam praedicatio contemnatur. Quam uero laudabiliter praecipua patris praecipua iste primus seruauerit, iam dudum totus orbis canit, cum Apostolo dicente: Humiliauit semetipsum, factus pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. De qua obedientia sua, paulo superius cum dixisset ipse: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, statim subiungens: Sed ut cognoscat inquit mundus, quia ego diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Igitur equum est, & ut hunc magistrum de cet, ut praecipiat, quia uidelicet dignitas uel auctoritas praecipua in aperto est, dum facit ipse prior quod iubet. Dicat itaque si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei praecipua seruauit, & maneo in eius dilectione. Notandum uero quod cum dicat, sicut, non equalitas dilectionis uel obedientiae praecipit, quae a se qui cunctis impossibile est hominibus, sed similitudo quantalacumque uel imitatio requiritur. Quo enim in obseruatione praecipua patris illi potest aequari, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quo imitator ementiri ualeat quantitate dilectionis eius, cui dicitur in psalmo: Dilixisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis: Sic nempe dicitur est praefortibus tuis, ut intelligas nullum, obedientiam uel dilectionem filij dei a se qui posse equaliter, qui singulariter & patri dilexit, atque dilectus est, & nos proximos suos prior dilexit, imo pro magna dilectione proximus nobis factus est, sequitur. Haec locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur. Vobis inquit de accessu meo non gaudentibus, sed lugentibus, & flentibus haec locutus sum dicens: si diligeretis me, gauderetis utique, quia ad patrem uado, quia pater maior me est, &c. ut quemadmodum dulcedo uitis in palmitibus est, ita & gaudium meum in uobis sit. Quod est enim gaudium in praesenti tribulatione & tristitia animae uestrae, in hoc agonis mei sanguine sudore: quod inquam gaudium meum, nisi spiritus sanctus? Per spiritum namque sanctum me ipsum offero hostiam immaculatam deo patri, ut sanguis meus emundet uos ab operibus mortuis, ad seruandum deo uiuentem. Et in hac oblatione inenarrabiliter gaudeo, ut merito de hoc gaudio meo dictum sit: Egredimini filiae sion, & uidete regem salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsionis eius, & in die laetitiae cordis eius. Ut ergo hoc gaudium meum in uobis sit, ut mihi & congaudendo compati, & compatiendo congaudere iustitiae. Circum haec locutus sum uobis, ut uitis succi mei laetitiae gestiens effundere palmitibus meis, & ut gaudium uestrum non frustra deceptum sit, sed impleatur in apothecis aeternae iocunditatis, nihil mundi huius deputabitis errore, & gaudio eius dicitis

ecetis, quid frustra deceptis: Vos autem sine errore ridebitis, & gaudium uestrum non deiciet, neque enim tolletur a uobis. Sed quoniam sunt praecipua de quibus dixi uobis: Si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: Ecce dico uobis. Hoc est praecipuum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. In Cantico cantico: sponsa dicit: Introdixit me rex in cellam uinariam, orauit in me charitatem. Quando putas rex iste sponsam suam in cellam uinariam introduxit, nisi quando moriendo torcular calcans, scripturas impleuit, & resurgendo ut easdem scripturas intelligeret, sensum eius aperuit? Ecce idem cum dixisset: Ego sum uitis, & pater meus agricola est, itaque ego sum uitis, uos palmites, miro modo uinum suum bibere uolentibus, charitatem ordinauit. Sunt namque duo praecipua charitatis, uidelicet amor dei, & amor proximi. Sed ut superius iam dictum est, ad amorem dei non peruenitur, nisi per amorem proximi. Dixit ergo paulo supra: si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei praecipua seruauit, & maneo in eius dilectione. Et quasi quare res quae sunt illa praecipua, quorum obseruatio nos efficit manentes in sua, uel patris dilectione, ecce subsecutus ait. Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem. Dilectio namque in inuicem, amor proximi est, per quem peruenitur ad amorem dei, & talis est ordo charitatis, ut diligere non possis deum, nisi diligas proximum. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet quomodo potest diligere? Ergo praecipuum meum inquit, de quo dicebam uobis: Si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, praecipuum inquam meum, hoc est, ut diligatis inuicem. Quare autem illic pluraliter praecipua mea, hic uero singulariter: hoc est inquit praecipuum meum: Videlicet quia, omne mandatum de sola dilectione est, & omnia unum praecipuum sunt. Multa per diuersitatem operis, unum in radice dilectionis. Nam non adulterabis, non furtum facies, non occides, non falsum testimonium dices: Et si quod est aliud mandatum inquit Apostolus. In hoc uerbo instaurantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Igitur sapiens & bene discretus praecipua seruauit, & ite disposito ordine docendi, postquam ita proposuisset: Si praecipua mea seruaueritis, &c. nunc addit quod iure assumas, & dicit: Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Quod deinceps rationabiliter edisserit, tandemque more concludens illaturus est dicens: Hoc mando uobis, ut diligatis inuicem. Primum dilectionem ipsam, quam praecipit, breuiter & copiose, ut oportet, ipse diffinit dicendo: sicut dilexi uos. Nomen quippe dilectionis a quo uocatus est. Est enim quaedam dilectio, qua proximos diligimus iniusti, scilicet per affectionem cognationis & carnis. Quae profecto dilectio, quam uis in illa, sancta nobis eloquia non contradicant, multum tamen ab hac dilectione differit, quia uidelicet aliud est quod sponte impenditur naturae, aliud quod praecipitis dominicis debetur obedientiae. Modum ergo diffiniens deo placita, & merito coronandae dilectionis, a dicit statim: sicut dilexi uos, & quasi digito prorsus suam ostendens dilectionem, de qua dixerat: sicut dilexi uos, ait continuo: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ergo palam faciebat, quomodo uel quantum diligeret nos, tanquam si aperius dixisset: Usque ad mortem diligite inuicem, quae ego usque ad mortem dilexi uos. O fidelem sermonem, & omni acceptione dignum, quae uere multi reges & prophetae uel in se uoluerunt audire, & non audierunt. Quid enim scriptum est in malachia: Dilixi uos dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat es? Iacob dicit dominus, & dilexi iacob, Esau autem odio habuit: Et posui se in monte eius in solitudine, & haereditates eius in dracones deserti. Ecce hic in euangelio suo, dilexi uos inquit idem dominus. Et tanquam iterum diceretur: In quo dilexisti nos? Inquit, ego pro uobis pono animam meam: Hoc enim a quo possunt iterum asseruit, imo & magnificentius atque affectuosius expressit, dicendo: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Igitur hoc magnum & mirabile est, cunctis inauditum seculis, quod magnitudo dilectionis filij dei circa nos extenta, usque ad mortem pertingit, maxime quia cum esset immortalis, illam in qua mori posset naturam, propter nos assumpsit. Veruntamen nec illud praetereundum est, quod cum dicere potuisset, pro inimicis suis, dicere maluit, pro amicis suis, uidelicet ut suauitate locutionis, dulcedinem in auditoribus sensum infunderet eiusdem, quam illis mandabat dilectionis. Vere enim dicere poterat, pro inimicis suis, tunc stante apostolo, qui ait: Commendat autem suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis igitur nunc iustificati in sanguine eius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati nunc salui erimus inuita ipsius. Ergo non quia iam erant amici, sed quia nunc eo patiente stebant amici, dixit pro amicis suis. Nam quasi obijceretur, cur eos dixisset amicos, qui cum homines essent, erant utique filij ire, sicut & ceteri propter Adam, & reconciliatione indigebant, statim intulit. Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio uobis. Si inquit uos sicut supra dixi: tanquam palmites in uita, ita in me manseritis, & ego in uobis, & ita feceritis quae praecipio uobis, iam uos ex hoc amicis mei estis, iam deo reconciliati estis, iam dei filij estis, & omnem seruilem conditionem exuperastis. Amplius autem ad hunc sensum

Ecc. 2
Cant. 7
Esa. 65
Luca. 24
Ordinatio charitatis
Oia pcepta unu pceptu sunt dilectio
Rom. 13
Definitio dilectionis. Nomen dilectionis eque
Maxia dilectio
Chrier-ga nos.
1 Timot. 1
Lucas 1
Malach. 1
Chris p inimicis aia pro fuit, ut eos amicos deo faceret, Rom. 5
Eph. 2

feruus ualeat quod sequitur. **L**am non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Igitur cum propter mansuetudinem dicitur: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis; poterat propter ueritatem & iustitiam dicere: pro inimicis suis. Non enim quia nos amici eramus, iccirco ille animam suam pro nobis posuit, sed quia pro nobis ille animam suam posuit, iccirco nos facti amici dei, id est deo sumus reconciliati. Proinde eum dixisset: Vos amici mei estis, ne nescirent homines, quod gratia, non meritis facti sint amici, ait: non dico uos seruos. Quare? Quia seruus nescit (inquit) quid faciat dominus eius. **N**otandum quia non dixerit: Quia serui mei nesciunt quid faciam ego, sed seruus nescit quid faciat dominus eius. Non enim parua distantia est, cum relative dicitur seruus domini, & cum absolute, uel absque relatione dicitur, seruus in scripturis. Magni quippe tibi est, uocari seruum meum, ait dominus idem cum diceret: Seruus non manet in domo in aeternum, non utique dicit seruus meus. Ergo cum dicit: lam non dico uos seruos, profecto idem est, ac si dixisset, iam non dico uos inimicos, quod maxime ex opposito comprobatur. sequitur enim: Vos autem dixi amicos. **I**gitur cum & superius dixerit: Amen amen dico uobis, non est seruus maior dominum uo, profecto quod nunc ait: Quia seruus nescit quid faciat dominus eius, de illo seruo dicit, qui non manet in domo in aeternum, id est de seruo peccati, qui non potest esse nisi refuga dei, plane iste seruus nescit quid faciat dominus eius, cuius ipse, uelut nolit, dominio permanet subiugatus. Vos autem scitis quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Quid est, quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis? Nunquid cum homines fitis, quis amici, omnia scire potestis, quaecumque scio ego unigenitus filius dei? Non utique hoc putandum est. Nec enim dico omnia quaecumque sciu, sed quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. **H**ae ego a sapientibus & prudentibus abscondi, & reuelau i uobis, quia paruuli estis. Illis namque excaecatis & induratis (sicut praedixit **E**saia) ne uideant oculos, & intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos, uobis ego aperio sensum, ut intelligatis scripturas, notumque sit uobis quod ego audierim a patre meo mandatum sic faciendi, scilicet quod ille posuerit in me iniquitates omnium uestrum, ut languores uestros ferrem, & peccata uestra portarem, & ego audiens, id est obediens illi factus sum propter uos usque ad mortem, mortem autem crucis. Recte igitur iam non dico uos seruos, quia cognouistis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Proinde & hoc uobis dico. **N**on uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut etatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat. **N**on (inquit) iccirco uos dixi amicos, quod uos me elegeritis, sicut reges gentium, & qui potestatem habent super eos, a suis eliguntur amicos, quibus perinde debitores sunt, quia cupitum non nisi per ipsos poterant obtinere imperium. Ego autem prior elegi uos, & in hoc est dilectio, non quasi uos dilexeritis me, sed quia ego prior dilexi, & elegi uos. Quomodo non palmites uitam constituunt, sed uitis palmites emittit, & illud in eos diffundit, unde fructum faciunt: sic uos non me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut etatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat. **H**oc sane quod nunc demum adieci: & fructus uester maneat, supradictam uitis & palmitis eius similitudinem longe exuperat. Fructus enim uitis & palmitum insensibilium non manet, sed cito transit, nec ob aliud in apothecam reconditur, nisi ut uetereascat, & cum suauitate bibendo breui, licet commodiore, usu mortalium transeat, fructus autem uitis huius, & palmitum rationalium profecto manet gloriosus in uitae aeternae. **V**nde gratulabundus quidam palmes & opulentus, scilicet Paulus Apostolus ait mansuris fructibus suis: Quia gloria uestra sumus, sicut & uos nostra, in die domini nostri Iesu Christi. Ergo ne parum esset quod ait: & fructum afferatis, recte adhuc addidit: & fructus uester maneat (inquit) Amplius autem. **L**et quodcumque petieritis patrem in nomine meo det uobis. **S**ummus hic amicitiae usus est uobis amicis, quos iam non dico seruos, sed amicos meos: summus inquam hic fructus uel usus est, ut quodcumque petieritis uos mei palmites, nunc interim dum extendimini pro torcularibus & maturis fructibus, torquemini plorate & gementes, postulante pro uobis spiritu gemitibus inenarrabilibus, id est faciente uos inenarrabiliter gemere in orationibus quodcumque (inquam) petieritis patrem in nomine meo, det uobis abundantius, quod petitis, aut intelligitis, scilicet quod oculus non uidit, & auris non audiuit, quae preparauit diligentiibus me, & manentibus in me palmitibus meis.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

De seruo duplex modus loquendi in scripturis **E**saia 49 **I**oh. 8

Ioh. 15. Seruus pecti

Mat. 11 **I**udaei serui, **A**postoli amici

Esaia 55 **P**hillip. 2 **I**oh. 8

Luca 22

Fructus uester maneat

1 Cor. 1

Rom. 8

1 Cor. 2

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN IOHANNEM EVANGELIUM COMMENTARIVM LIBER DUODECIMVS.



RORVM quae haecenus de dilectione dicta sunt, complexio uel conclusio tandem inferitur, cum dicitur: **L**haec mando uobis ut diligatis inuicem. **Q**uia si praeccepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. **H**oc autem est praecceptum meum, igitur haec mando uobis, ut diligatis inuicem: **I**gitur haec mando uobis ut diligatis inuicem. **E**cce ipsa litera superflua exigit, ut sicut superius dictum est, in uno praeccepto dilectionis omnia simul diliges lector intelligat praeccepta recte uiuendi, nam & supra singulariter, hoc est praecceptum meum, & hic pluraliter de uno eodemque dilectionis praeccepto dicitur. **S**iqui dem hic & illic subiunctum est: ut diligatis inuicem. **S**equitur. **L**si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. **P**remisso dilectionis mandato, de quo plurimum differuit, recte tunc demum praesuras praenuntiat electis & dilectis suis, quas in mundo reprobo & odibili sint habituri. **P**raeposita namque uelut in fundamento, dilectionis firmitas pondus praesuras portat, ita ut euntes a conspectu concilii gaudere possint, quod digni habeantur pro nomine Iesu contumelia pati. **I**taque recte & ordinate post illa, quae iam de dilectione dicta sunt, nunc demum amicis suis, huic mundo exosis, confidentiam atque perseverantiam persuadet in his, quae ab isto inimico suo, scilicet mundo sunt passuri. **S**i (inquit) mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. **M**ira consolantis adhortatio. **Q**uid enim ualeat dilectoribus Christi scientia haec, ut recte pro magno dicatur eis, scitote quia me priorem uobis odio habuit: **M**ultum per omnem modum. **C**onsolantur enim sese serui fideles tanti domini gloriosa conscientia, uerum habentes testimonium, ipsum mundi odium, quod non de mundo, sed ex mundo sunt. **N**am prius subiungitur. **L**si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. **Q**uia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. **P**roinde & si uelit mundus diligere, dilectio eius fugienda, & odium eius amatoribus Christi appetendum est. **O**dium namque mundi, testimonium reddit amicitiae, dei. **V**nde hic idem Iohannes in epistola sua dicit: **S**i quis uoluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. **D**ug namque sunt generationes, una dei, altera mundi: siue duae ciuitates, altera dei, altera diaboli, quae simul exorta ab initio procurunt usque ad finem seculi, semper sibi inuicem aduersantes odio implacabili. **E**arum inimicitiae primum in duobus fratribus Abel & Cain, manifestae factae sunt, & ita pertinaciter sibi aduersantur, ut nullus eodem tempore utriusque amicitiam gerere possit. **Q**uoties Apostolus dicit Corinthiis: **N**olite iugum ducere cum infidelibus. **Q**uae autem participatio iustitiae cum iniquitate: aut quae societas lucis ad tenebras: aut quae pars fidei cum infidelitate? **Q**uae autem conuentio Christi ad Belial? **E**t cetera. **I**gitur si odit uos mundus inquit, hoc scitote, & haec uobis scientia pro testimonio simul, & pro consolatione sit, quia de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo. **H**oc inquam scientes consolamini, quia mundo non semper uos odio habere uacabit, nec ista odij licentia diu constans erit. **S**tabit enim potius uos postmodum in magna constantia aduersus eos, qui uos angustiauerunt. **V**identes turbantur timore, non erit propter re horribili, & mirabuntur in subitanea insperata salutis, & gementes praegustia spiritus dicent intra se, poenitentiam agentes: **S**i sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem impropertii. **N**on insensati aestimabamus uitam ipsorum insaniam, & finem illorum sine honore: quomodo ergo computatis sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? **H**ec scitote, simulque memoriter tenete, quia mundus me priorem uobis odio habuit. **Q**uid hoc ad rem? sequitur. **M**ementote sermonis mei, quem ego dixi uobis: non est seruus maior domini suo. **I**lla namque odij, quod prior ego passus sum, scientia, & ista huius sermonis mei memoria, uestram uos obliuiofam uerberabit impatientiam, & teneras propriae uoluntatis redarguetis delicias. **Q**uid enim? Nunquid scientes uel reminiscentes ea quae dixi, in contumelijs & persecutionibus quae uobis accident admirabimini? **N**unquid de domino spinis coronato, purpuramque irrisoria induto, uos serui mei gemmata diademate, purpuramque seruo uestram apertere audebitis? **N**unquid talis est ordo legitime curae, ut rege colaphizato, confuso & exalapati, serui eius altis eodem in teatro sellis insident, & eisdem manibus, quae dominum sic afficiunt, sibi met applaudi studeant? **N**on ita est? **S**ed quid? **L**si me persecuti sunt, & uos persecutentur: **S**i sermonem meum seruauerint, & uestrum seruabunt. **P**rofecto haec inimicitiae consuetudo est. **Q**ui enim diu persequuntur, quo seruos eius fidelitati studetes non persequantur? **P**ala autem uobis est quae sermonem meum non seruauerunt, quae persequuntur & occidunt me. **S**citote ergo quae nec uos in sermone seruabunt, sed persequunt uos, lapidabunt, crucifigent, & occident uos, & expellent de ciuitatibus suis, & ita fugietis de ciuitate in ciuitatem, fientes & confitentes, quae peregrini fitis & aduenae super terram, non habentes hic manentem ciuitatem, sed futuram inquires uisus etiam parentibus & fratribus

Per dilectionem oia subtrahuntur foretiter **A**postoli **A**ctu. 5

Qui amicus est deo, inimicus est mundo. **1** Ioh. 5

Gen. 4

2 Cor. 6

Odium mundi non est propter uos, sed propter uos. **S**api. 7

Diffo passio, scilicet pati non reculet

fratribus, & cognatis, & amicis incogniti, à quibus ad mortem quoque trademini, & ita propter me talem dominum uestru sibi exosum, omnibus odio eritis. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit. Ecce itaque uenit consolatio centis, sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, id est, propter nominis mei odium, Magna plane & diligentibus ad formandam patientiam sufficiens. Nam dilectorem Christi angunt quidem hominum odia, fatigant opprobria, molestant maledicta, affligunt rerum damna, uel etiam corporis tormenta, sed hæc omnia temperat & leuia reddit festiua præmio securitas, Gloriosa namque nominis Christi dignitas, propter quod hæc patiuntur, opprobria condecorat, maledicta sanctificat, damna in lucra, tormenta in magnæ spei uertit delicias. Recte igitur prænuuntiam persecutoribus, sed hæc omnia (inquit) facient uobis propter nomen meum. Quare autem tantum habent uel habebunt nominis mei odium, ut hæc omnia faciant propter nomen meum? Uidelicet quia nesciunt eum qui me misit. Nesciunt inquam, id est scire nolunt. Nam ne ignorantiam uenialem, siue excusabilem putes, audi quod sequitur. L Si non uenissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Ne inquam istorum, de quibus sermo est, quasi ignorantiam excusandum esse putes, ueluti illos de quibus scriptum est: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Exponens ipse quid dixerit: Nesciunt eum qui me misit, uniuersali sententia illos percussit dicens: Qui me odit, & patrem meum odit, igitur illud nescire, odisse est. De huius execrabilis, horrendi atque diabolici odij peccato, quo & patrè, & ipsum patris oderunt filium, sic dixit: Si non uenissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberet. Quid enim? Nunquid dixit: peccatum nullum haberent? Non utique, sed peccatum utique non haberent, uidelicet ut subaudiatis peccatum odij: odij inquam, quo & filium dei, & patrem deum oderunt. Hoc peccatum non haberent (inquit) si non uenissem, & locutus fuisset eis. Quanti uero reatus est ex eo illos esse peccatum, quia uenit, & locutus est eis, cuius aduentus tulit mundi peccatum. Cuius culpæ est, propter hoc odisse illum, quia pacè & amicitia locutus est. Hoc imitantur peccatum, quicunque de bono peiores fiunt. Tale hoc est, ac si dicas: Nisi Abel placita deo munera obtulisset, Cain iratus non fuisset, neque uultus eius concidisset. Qualis est ista excusatio? Imò non excusatio, sed uehemens peruersitas est accusatio. Paulus apostolus illis propter humilitatem gentium conscientiam, caute condolens cum dicit: Testimonium illis perhibeo, quæ mulatio dei habent, sed non secundum scientiam; nullatenus purandus est eorum excusatio ignorantiam. Quid enim intelligi uoluit in eo, quod cum dixisset: Aemulatione dei habent, statim exceptit dicens: sed non secundum scientiam, nisi idem, ac si dixisset: ueram scientiam non habent, quæ non inflat, id est, dei charitatem? Cõsequitur ergo illos, iuxta eandem apostoli sententiam, dei habere odium. Et sic dixit illum: aemulatione dei habent, sed non secundum scientiam, ac si dixisset: ore quidem siue labijs legem dei defendunt, sed in corde à charitate dei, quæ uera scientia est, inanes sunt. Propheta quoque consonante, per quem dicit deus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Igitur quod ait: Si non uenissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberet: nunc autem excusationem non habent de peccato suo, idem est, ac si dixisset: si non locutus fuisset, si non iustitiam annuntiauissem, & operibus eorum contrarius fuisset, inuidia uel odio cõflagrati non fuissent, quod omnem aufert peccati excusationem. Nam ut intelligas quod de peccato dixerit statim intulit: Qui me odit, & patrem meum odit. Hoc ergo illud est, quod per prophetam prædictum est: Zelus apprehendit populum in eruditum, quia uidelicet eius, cuius cultores esse uidebantur, ueniente & loquente illis filio dei, uitiumque ipsorum dissentiente, zelo malo exarserunt. Sed paræ est quod ait, se uenisse, & locutum fuisse. Loquelam namque eius (sicut iam sepe dictum est) sic erat quasi unius hominis testimonium, quod contemnentis iudei, dicebant: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Ergo sicut & tunc dixerat: Et in lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater, faciẽdo scilicet opera: Opera enim (inquit) quæ dedit mihi pater, ut perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me, quia pater me misit: ita & nunc iterum duo recitat testimonium. Præmissio namque uno testimonio, dum dicit: Si non uenissem, & locutus fuisset eis, &c. statim addidit. L Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum. L Si paræ (inquit) erat, quia locutus sum, quando uerum & sanum sermonem locutus sum, & ex ueritate sermonis lex iubeat illum agnosci, quem deus miserit, ecce per aliud testimonium iustæ addicuntur damnationi: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, &c. Quid enim? Nonne manifeste præuicatoris legis sunt, in qua scriptum est: Quia duorum hominum testimonium uerum est, cum odio habentes testimonia dictorum scilicet & factorum, impleat scripturam dicentem: Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt: Vbi namque iudicibus deest legis suffragium, damnatio cuiuslibet hominis reputat in homicidium. Quomodo uero intelligendum est illud, quod cum dixisset: Si opera non fecissem in eis, statim addidit

Nomē Chri
oia aduersa
sanctis leuia
reddidit

Thren. 4
Pctmō hā
berēt, scz hō
nefandū dī

Male pctōz
excusationes
Gen. 4

Rom. 10

Vera sciētia
charitas est
1 Cor. 8

Esa. 44

Esa. 43

Ioh. 8
Deu. 17 & 19

Deu. 18

Psal. 98

addidit, quæ nemo alius fecit. Quid inquam est, nemo alius, nisi nemo malus, uidelicet qualis ego ab illis sum iudicatus? Alius quippe ab illo nemo est bonus, præsertim cum per bonos omnes, quicunque talia operantur, non nisi ipse operetur, qui facit mirabilia magna solus. Pote est tamen istud quoque, sicut & alia multa in hoc sermone, licet præterito tempore dictum, de futuro recte intelligi, & sic dixisse dominum, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, ac si dixisset, si non resurrexisset à mortuis, & ascendissem in coelum, quod utique nemo alius fecit. Itaque si non uenisset inquit, & locutus fuisset, si opera non fecissem, peccatum non haberent. Nunc autem opera patris mei, opera coelestia feci, & uiderunt, & uidentes oderunt & me & patrem meum, & in de cauteriatam habent conscientiam, quia per odium magis quod per ignorantiam peccatum in me commiserunt. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Et uiderunt inquit & oderunt, unde & excusationem non habent de peccato suo. Sed hoc ipsum lex eorum fore prædixerat, cuius uidelicet sermo legis, sermo dei est, & solui non potest, quin fiat, sicut scriptum est, seruata in omnibus ueritate sermonis, quæ cõsequitur de me spiritus sanctus prælocutus est. Igitur & uos æquanimitè impugnationes eorum immeritas, & odia mecum fertè gratuita. Notandum quoque hoc loco dominum cum posset de psalmis (cui nihilominus persone eius ascriptum est) simile commemorare exemplum, uerbi gratia, ut est illud: surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me, retribuere mihi mala pro bonis, uel illud, qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, maluit de hoc psalmo, scilicet centesimo octauo sumere ubi ascriptum est, locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me & expugnauerunt me gratis. Quod comode sumptum ex eo comprobatur, quia similiter in primo gradui canticum dicit quicquid imitator eius, per multas tribulationes ad æternam remunerationem ascendere contendens. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Constat enim quia præsentis loco euangelij informat uos discipulos, ut patientiam imitatores sui fiant, dicendo, si mundus uos odit, scitote quia me priorè uobis odio habuit &c. Cõpetenter igitur hunc scripturæ sermonem commemorauit quodammodo dicitis, iuxta sensum quo & cetera superius dixit. Si quicquid uestrum puod mundus odit, sicut & me priorè uobis odio habuit, si inquam quicquid uestrum labijs iniquis & lingua dolosa obfessus plorat & dicit: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, & cum his, qui oderunt pacem erant pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Scitote, quia & super me priorem, os peccatoris & os dolosi aperuit, & locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Sequitur: Cum autem uenerit paracletus, quæ ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Ecce tres sunt qui testimonium dant huic filio hominis, quod uere sit filius dei, ultra quem nemo testimonium secundum legem non oportet, nec fas est exigi. Nam ipsum est & legitimum, ut in ore duorum & trium testimonium stet omne uerbum. Dicebant autem aduersarij eius iudei, sicut iam superius commemoratum est: Tu de teipso testimonium dicitis, testimonium tuum non est uerum. Ecce tra ille: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Hæc sane testimonia paulo ante recapitulabat, dicendo, si non uenissem, & locutus fuisset eis, quod testimonium ipsius filij de seipso est: ac deinceps, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: quod est testimonium patris de filio. Pater enim, inquit, in me manes, ipse facit opera. Ecce nunc tertius testis spiritus sanctus, de quo sic ait: Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Igitur sicut hic idem iohannes in epistola sua dicit: Tres sunt qui testimonium dant in celo, pater & filius & spiritus sanctus. Pater inquam faciens opera, uerbum ipsum quod erat in principio deus apud deum, personans de carne sua dicendo, ego principium qui & loquor uobis, & his similia: spiritus sanctus, consolaturus apostolos inter omnes mundi persecutiones uel odia. Itaque gloriatur fides, exultat spes, gratuletur charitas: quia uidelicet huic filio hominis, in quem credimus, in quo speramus, quem diligimus, non desunt trinitatis testimonia, ne uacet amplius procacitati iudaicæ dicere, tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Nunc ipsa lectio huius eam gelicæ uerba consulamus. Cum autem uenerit, inquit, paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, qui à patre procedit. Tribus distinctionibus hoc loco persona uel maiestas spiritus sancti descripta est, uidelicet quia paracletus, quia spiritus ueritatis est, quia à patre procedit, & interpositum est quem ego mittam uobis à patre. Unde de spiritus ueritatis uel paracletus, id est, consolator appellatus sit, iam superius dictum, uidelicet ubi ait diligitis me, mandata mea seruare, & ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere. Restat deinceps illud conyderare, quod nunc additum est, qui à patre procedit. Itemque illud, quod dicitur: quod dicitur filius quasi patri gloriam commendans suæ maiestatis, sic interposuit dicens: quem ego mittam uobis

Psal. 71
z. Tim. 4
Psal. 108
Mat. 7
Ratio presen
tis allegatio
nis, Psal. 54
Psal. 37
Psal. 119
Informatio
discipulorū
ad patientiam.
Ibidem
Psal. 108
tres p Chro
restes.
Deu. 17
Iohan. 8
Iohan. 14
Iohan. 7
Iohan. 2
Iohan. 14
Persona spi
ritus sancti

Spūs s̄a. a p̄re procedit. Ch̄s a. deo processit Iohan. 8 P̄salm. 18 Iohā. 7

Aliter filii spūs s̄i. p̄ce.

Ecclesia tr̄i phāns vt lūna plēna.

Error Gr̄e cor̄ de p̄ce s̄iōe spūs s̄i.

Luc. 24 M̄th̄o p̄s̄i. p̄ce s̄iōe a patre & filio

Iohan. 14 Nō est spūs s̄i creatura.

Iohan. 8

Spūs s̄i v̄s̄i b̄i h̄i & m̄s̄i b̄i b̄i p̄ce s̄iōe.

uobis a patre. Igitur ipso aspirante primum illud conemur ut quos; eloqui quod dictum est, qui a patre procedit. ¶ Notandum in primis, quod de spiritu sancto filius dei loquens, presentis tempore dixit, qui a patre procedit, cum de semetipso longe superius aduersus Iudaeos testificans, praeterito tempore dixit, ego enim a deo processit & ueni. Cum enim haec diceret, iam utiq; processerat ipse tanquam sponus de thalamo suo, scilicet factus homo uisibilis, qui inuisibilis deus erat. Hic autem paracletus spiritus sanctus ad homines nondum processerat. Nondum enim (inquit Euangelista) spiritus erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Hoc tunc agebatur ut procederet, praeeunte digno apparatu magnae poenitentiae quam in se exceperat in unigenito dei natura carnis nostrae satisfaciens pro antiquo delicto praurationis a deo, ut procederet inquam, uidelicet adueniens in remissionem peccatorum, quo modo nulli unquam datus fuerat ante salutarem passionis Christi sacramentum. Ipsum sane processioneis uerbum dignitatem personae eius exprimit, uidelicet quia dominus est & qualis domino patri uel filio, qui & ipse (ut iam dictum est) dominus processit & ueni. ¶ Proprietates autem uel differentia processioneis in eo est, quia filius quidem processit & ueniit, uidelicet ad condendam sanctae ecclesiae domum, quam per ipsum condidit, qui uniuersa creauit deus spiritus autem sanctus tunc processit, & usq; in finem saeculi procedere non desinit, ad dedicandam & illustrandam domum eandem, ut inhabitet in illa & inambulet deus unus pater & filius, & ipse qui illam dedicat & consecrat spiritus sanctus. Amplius autem quando per uerbum suum deus pater omnia condidit, filius quidem semel processit, quia semel & simul omnia condidit spiritus autem sanctus extunc usq; in aeternum in subiectam rationalem creaturam procedere non desinit, quia uidelicet absq; processione eius, inopia creaturae subsistere nequit, quomodo absq; solis lumine luna non lucet, ut perhibent physici. ¶ Et quidem beata sanctorum angelorum societas, semper quasi plena luna est, & nec deficit nec minuitur, ex quo peccantibus apostatis angelis, ipsi peccare nolentes, positi sunt in aspectu solis aeterni. Vide & relucet plena luce ornatore coelorum, id est, hoc eodem spiritu sancto semper in eos procedente. Verum illa quae in hoc saeculo peregrinatur electorum hominum ecclesia, non semper in eodem statu permanet, sed nunc subleuata per contemplationem, donis eiusdem spiritus plus fulget nunc obscura pressuris uel saeculi turbinibus, minus lucet, donec finiatur iste mundi circuitus, & ipsa quasi plena luna in conspectu solis sui quiescit & refidet. Bene ergo cum de seipso tempore praeterito dixerit filius, ego enim a deo processit & ueniit de spiritu sancto praesenti inquit tempore, qui a patre procedit. Proinde filius ore catholicae ecclesiae, non procedens, sed genitus spiritus autem sanctus, non genitus, sed procedens recte dicitur. ¶ Vnum est autem quibusdam Graecorum haereticis, quod hic spiritus sanctus non a patre & filio, sed a patre procedat solum, uidelicet quia sic quasi cum determinatione filius dixit, spiritum ueritatis, qui a patre procedit. Sed haec uerbo sensu plene ueritas ex aduerso resistit: Cui enim dicitur, qui a patre procedit, simul idem filius, qui & hoc eodem in loco dicit, quem ego mittam uobis, & alibi Ego inquit, mittam promissum patris mei in uos. Quid namq; est aliud paraclatum mitti, quam procedere spiritum ueritatis? ¶ Ipsa utique missio processio est, nisi hoc tantum, quod in sua substantia semper inuisibiliter spiritus procedit: in aliena autē specie ad tempus missus est, scilicet cum uel super dominum in specie columbae, uel super apostolos eius apparuit in igne. Alias autem cum ueraciter dicitur idem filius, non creditis quia ego in patre, & pater in me est. Quomodo spiritus qui a patre procedit, a filio quoque patiter non procedit? Nunquid localis est filius uel pater, ut cum de secreto fonte patris pectoris spiritus sanctus procedit, non procedat & de unigenito filio qui est in sinu patris? Cum igitur & alibi dixerit, ego & pater unum sumus, nullatenus hic sibi patriq; dispereat, communione processioneis spiritus sancti, dicendo, quem ego mittam uobis, & qui a patre procedit, sed loq; aliud est, quod his uerbis intelligendum suis fidelibus innuit. ¶ Vehementer enim haec quoque sententia repugnat haereticis, quicunque in spiritum sanctum blasphemare ausi sunt, dicendo, quod creatura sit. Quomodo enim, si creatura est, a patre procedit? Nonne omnis creatura ex nihilo creata est, & earum nulla de substantia dei processit? Quid enim de deo aliud quam deus procederet? Igitur diuinae naturae simul & maiestatis testimonium est sancto spiritui, quia filius, sicut de seipso testatus est, dicens, ego enim a deo processisse & de illo testatur, qui a patre procedit. Et de his ista sufficiant. Nec enim loco praesenti propositum est, cuncta differere, quae aduersus haereticam prauitatem poterant dici de uera diuinitate spiritus sancti. ¶ Nunc ad ordinem redeamus. Ille (inquit) testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Perhibebit SPIRITVS SANCTVS, perhibebitis & uos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostris. Hoc sicut dictum, ita & factum est, ad hoc sicut ueritas promissit, ita & perfecit. ¶ Venit enim PARACLETVS, missus est spiritus ueritatis, processit tunc uisibiliter, qui semper inuisibiliter procedit uisibiliter (inquam) tunc processit, non tamen in sua substantia, qua est inuisibilis, sed in lingua apparuit

apparuit igneis, & in corde accendit, & in ore diuersos reddidit, & ita instructos testes Christi testis ipse inuisibilis spiritus sanctus, ad publicum produxit. Tunc inuenerunt caeli enarrantes gloriam dei, non existentibus loquelis neq; sermonibus, quos non audirentur uoces eorum, enarrantium hanc filij dei gloriam, & annuntiantiu haec opera manu eius, quia in sole posuit tabernaculum suu, tanq; sponus procedens de thalamo suo: & quia a summo caelo egressio eius, & occurfus eius usq; ad summum eius, id est, quia de summis caeloz, ut homo fieret, uerus deus descendit, atq; de cursa uia passionis, tanq; gygas exultans ite ad summum caeli occurrit. Quid igitur Iudaei facerent, qui dixerant: Testimoniu tuum non est uerq, quid inquam dicerent captiui gentium, quando huic filij dei tam glorioso testi acquiescentes, super ipsum continuerunt reges os suu. Sequit. ¶ Haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini. ¶ Hoc itidem eodem modo sentiendū est, quo & illud superius, ubi cu discipulos suos turbandos fore firmasset, dicendo Simoni Petros Amen amen dico tibi, non cantabit gallus hac nocte, donec ter me negabis, statim intulit: Non turbetur cor uestrum, id est, & si praetimore lingua titubat, si des in corde uestrum non deficiat. ¶ Eodem in qua modo & hoc sentiendū est, quia cu dixerit eis: Omnes in me scandalu patiemini in ista nocte, nunc dico: Haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Aliud namq; fuit in illa nocte scandalizari, aliud est absolute, uel sine ulla determinatione scandalizari. Scandalizati etenim sunt in illa nocte, cu propter noctis illius turbinem, percusso pastore, metu dispersae sunt oues: sed non sine ulla exceptione scandalizati sunt, quia compatientibus animis cu illo erant, a quo corporaliter dispersi fugiebant, & nec ipse Petrus, cu trepido ore negaret, corde in eu credere desinit, quem confessus fuerat esse Christum filiu dei. Non ergo frustra fuit, quod eos praemonuit atq; praemuniat, dicendo: Haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Et adiecit. ¶ Absq; synagogis facient uos. ¶ Hoc factu esse Christi discipulis in Actibus Apostolorum plenissime legitur. Flagellati namq; in synagogis etiam de ciuitatibus exturbabantur, adeo conuersi ad gentes, synagogas alias, in quibus absq; synagoga fecerant, absq; synagoga dei fierent, & in synagoga Satanae exclusi remanerent. Sed par est quod ait: Absq; synagogis facient uos. Addidit ergo. ¶ Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequiu se praestare deo, &c. ¶ Et haec quidem inquit, iam facere ceperunt, iam absq; synagogis fecerunt uos. Iam dudū enim conspirauerunt, ut si quis me confiteretur esse Christu, extra synagoga facerent eu. ¶ Sed uenit hora ut qd amplius est faciunt, id est, ut interficiant uos, & tanta auctoritate, tanta rationis assimulatione, ut omnis qui interficit uos, arbitretur, id est arbitrari uideatur, obsequium se praestare deo. Nam reuera & si Saulus existimabar obsequiu se praestare deo, alligando, & interficiendo Christi discipulos, non tamen hoc itidem sentiendū est de illis, de quibus paulo ante dixit: Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meū, scilicet de pontificibus & pharisaeis, qui tulerant clauem sci entiae, & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebant, quippe primum ipsum dominu interfici entes, deinde discipulos eius, non uere arbitrabantur, sed arbitrari uidebantur obsequium se praestare deo. Alias autem, si iuxta proprietatem uerbi attendas, quid sit arbitrari, unde & iudices rem quamlibet suo iudicio metientes dicuntur arbitrari, reuera inimici Christi, & patris ipsius dei interficiendo discipulos eius, arbitrabantur obsequium se praestare deo, id est, iudicabant, quamuis contra conscientiam suam, sic placitum esse deo, scilicet praetendendo quasi necessariam loci uel gentis causam, sicut primo ipsi fecerunt aduersus ipsum dominu dicentes: Si dimittimus eu sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem. Nemp in hoc arbitrio pertinaciter permanentes, item pro loco uel gentese stare subdole arbitrati sunt, quando statuerunt contra stephanum testes, qui dicerent se audisse eum dicentem, quia Iesus Nazarenus destruet locum istum. ¶ Igitur uenit hora inquit, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se praestare deo. Hora inquam, id est, breue tempus. Non enim diu licuit illis interficere Christi discipulos, quasi pro illo dei templo, cuius aemulabantur quidem ueterem cultu, sed non secundum scientiam, id est, dei charitatem, quam ueram, id est, non inflantem constat esse scientiam. Siquidem subuersum est postmodum, non a Christi discipulis, sed a gentibus Romanis impleta propheta, quae de illa corrupta uinea praedixit: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est ea. Hora haec plane persecutionis Iudaicae, breue tempus extitit. Neq; enim de idolatris persecutoribus hoc dicendum fuit, quippe qui non hora, sed longis multorum temporum persecutionibus Apostolos & martyres Christi interficiendo, non deo, sed dijs suis obsequium se praestare arbitrabantur. Sequitur. ¶ Et haec facient uobis, quia non nouerunt patrem, neq; me. ¶ Iam si dicat: Iccirco uos non solum absq; synagogis facient, sed etiam interficient, qui oderunt & me, & patrem meum. Cum enim supra dixerit, nunc autem & uiderunt, & oderunt me & patrem meum. Itemq; Nunc autem excusationem non habet de peccato suo, non utiq; ignorantiam excusat, sed odium cognoscere nolentium condemnat, dicendo: Quia non nouerunt pa-

Psalmo 9 Coelienarrant gloriam dei

CAP. XVI. Ioh 15

Vna nocte scandalizati sunt Apostoli Mar. 25 Zach. 15

Act. 17. & c. Iudei synagoga Saecanae Apo. 5

Tol. 9 Arbitretur obsequiu praestare deo Act. 9

Luc. 11

Ioh 14

Act. 6 Hora breue tps persecutionis sub iudicis Roma. 10

Psalmo 99

Odium & eorum macia Iudoru nō ignorantia excusans

6 Theffa. 1 trem neq; me. Huiusmodi contumacia ignorantia; peruersitatem Apostolus Thessalonicen-
 bus insinuans, cum pramississet in flammam ignis, dantis uindicta his, qui non nouerunt deū,
 statim addidit: Et qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi, qui poenas dabunt
 in interitu a facie domini. Recte igitur per hoc quod ait: Quia non nouerunt, contemptus dei
 signatur & odium. Et protinus subiungitur, L. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit ho-
 ra, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis. ¶ Facient (inquit) sed uos consolamini. Nam cir-
 circo nunc ea prædico uobis, ut cum uenerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis, &
 reminiscetes illud quo ego non oblitiscamini, quod pollicitus sum, quia in omnibus pressuris
 nec capillus de capite uestro peribit, & ini micis occidētibus corpora, in patientia uestra pos-
 sidebitis animas uestras. L. Hæc autem ab initio non dixi, quia uobiscum eram. At nunc uado
 ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quod uadis. Sed quia hæc locutus sum uo-
 bis, tristitia implebit cor uestrū. ¶ In hac euangelica lectione primū diligenter illud respiciē-
 dum est, quid intendens dominus dixerit: Vado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis inter-
 rogat me, quod uadis. Nam uere quidem cum hæc diceret, abiturus erat in celum, tam mani-
 festa ascensione, ut non opus fuerit ulli Apostolorum interrogare eū, quod uadis: Videntibus
 illis quia eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Verum sic eo uadente, non tristi-
 tia, sed gaudium impleuit cor eorum, sicut manifeste Lucas testatur, quia & ipsi adorantes re-
 uersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De cuius inenarrabilis gaudij illos, magnitudi-
 ne propheta longe prædixit: Ascendit deus in iubilatione, continuo subiūgens: Et dominus
 in uoce tubæ, uidelicet pro terrifica secundi aduentus eius prænuntiatione, quia dixerūt an-
 geli illis intuentibus in celum: Sic ueniet quem admodum uidi stis eum euntem in celum.
 Itaque non tristitia, sed gaudij corda discipulorum impleuit, pro eo quod ipsi cernentibus salua-
 tor in celum ascendit. ¶ Ait autem hie: Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit
 cor uestrum. Et paulo post: Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus
 autem gaudebit. Vera ergo ratio postulat, de uia uel transitu passionis eius hoc dictum intel-
 ligi, de quo & Euangelista superius: Sciens (inquit) Iesus quia uenit hora, ut transiret ex hoc
 mundo ad patrem. Præterea scire oportet, quia per passionem Christi hoc actum est, quod gra-
 tia paraclitus spiritus in nos effusa est. Nam si Christus non passus in celum ascendisset, pro-
 fecto iste spiritus gratia, qui per sanguinem eius peccata remittit, datus non fuisset. Quod
 ipse sua confirmat sententia dicens: Amen amen dico uobis, nisi granū frumenti cadens in ter-
 ram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Hoc igitur sensu præunte, quid dicat audiamus:
 Hæc autem ab initio non dixi, quia uobiscum eram, & est sensus. Ea quæ de paraclito spiritu
 sancto nunc uobis dico, scircō ab initio, id est, ex quo me secuti estis, non dixi, quia uos disci-
 eram, quia nondum propter peccata uestra uulneratus, nondum propter iniquitates uestras
 de terra uiuentium abscessus uel contritus eram. Scircō inquam de hoc paraclito, de hoc spi-
 ritu adoptionis filiorum hæc uobis non dicebam. At uero nunc uado ad eum qui misit me,
 nunc inquam quando traditus ad mortem, in manus patris commendo spiritum meum.
 ¶ Quid autem hoc sibi uult, quod ait: Et nemo ex uobis interrogat me, quod uadis? Videlicet
 quia fuerat interrogatus ab illis dicentibus: Domine quod uadis, & iterum: Domine nescimus
 quod uadis, & quomodo possumus uiam scire, & uidebantur sibi promptis animis modo sequi
 & parati esse cum eo, & in carcerem, & in mortem ire. At illi fugere habebant, & eum solum re-
 linquere, quem sic instanter interrogabant. Bene ergo ait: Et nemo ex uobis interrogat me,
 quo uidelicet illam solitu diem suam suauiter dargutione prænuntians, de qua postmodum
 dicturus est: Amen dico uobis, uenit hora ut dispergamini omnes, & me solum relinquantis. Tūc
 enim reuera nemo ex eis dixit: Domine quod uadis, quia neminem uelle uel posse cum sequi,
 fuga declarauit. ¶ Subiunxit ergo: Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor
 uestrum: Gaudendum (inquit) uobis est, quia uado ad patrem, præsertim quia (ut superius
 dixi uobis) ego uadens rogabo patrem, & alium paraclctum dabit, & quia in domo patris mei
 mansiones multæ sunt, in qua præunte ac duce hoc paraclito, accipiam uos ad me ipsum: sed
 econtra tristitia impleuit cor uestrum, quia hæc locutus sum uobis, quia uidelicet in hac huma-
 na conuersatione præsentem me semper habere cupitis. L. Sed ego ueritatem dico uobis, ex-
 pedir uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paraclctus non ueniet ad uos: si autem abiero
 mittam eum ad uos. ¶ Magno plane sententiam suam pondere firmat, dicens: Ego ueritatē
 dico uobis. Cur hoc, nisi quia uere expedit nobis, scire uel credere, quod nisi fuisset ipse passus,
 nos spiritum adoptionis filiorum non reciperemus: Ob hoc uere expedit nobis ut abiret
 & hoc nihilominus expedit uobis credere, quia factum non esset, quod per ipsum gratiam re-
 conciliationis acciperemus, nisi ipse abiens sanguinem suum fudisset. Ait ergo: Ego uerita-
 tem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam. Et exponens quam uere hoc expedit: Si enim
 (inquit) non abiero, paraclctus non ueniet ad uos. ¶ Quare si non abiero, paraclctus non ue-
 niet ad uos? Videlicet quia non erit in quo consoletur uos, in quo enim consoletur uos, nisi
 ego

Mar. 10
Luc. 21

In ascensione
Christi non tristi-
tia, sed gau-
dium impleuit
cor uestrum
Lucæ 24

Psal. 44

In transitu ad
patrem per
passionē tri-
stitia fuit

Ioh. 5

Ioh. 12

Hæc autem ab
initio non dixi
Esaie 53

Rom. 8
Lucæ 24
Nemo ex uo-
bis interrogat
me quod uadis
Ioh. 14

Tristitia im-
pleuit cor ue-
strum Ioh. 14

Rom. 2

ego sicut mandatum dedit mihi pater sic fecero, & inobedientiam primi hominis obedientia
 uirtute excludens, perditam uobis restaura uero animarum uitam, corporumq; resurrectio-
 nem acquirere do: Ergo si non abiero, si non de torrente in uia bibero, non ueniet ad uos para-
 clctus, id est, consoletur: sed nec paraclctum se profitebitur iste spiritus sanctus, ut pote, non
 habens in quo consoletur uos, uel quid dicat uobis paternæ præuaricationis præiudiciū por-
 rantibus. Amplius autem & omnes consolationes irritæ erunt quascunq; locutus est hic spi-
 ritus sanctus per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Nec enim implebuntur scri-
 pturæ, quas idem spiritus sanctus Prophetis, communem miseriam lugentibus pro consola-
 tione inspirauit. Nam quæcunq; scripta sunt, scircō ad uestram doctrinam scripta sunt, ut per
 consolationem scripturarum ipem habere uis uita; quam in Adam perdidistis. Igitur expedit
 uobis, inquit, ut ego uadam. Si enim non abiero, paraclctus non ueniet ad uos. ¶ Si autem abiero,
 mittam eum ad uos. Mittam eum ad uos, id est, mittam eum in uos. Non enim de loco ad locū
 mittitur, qui ubiq; est deus spiritus sanctus, neq; parietibus cōprehenditur, sed sensibus men-
 tis & fide suscipitur. Hoc sane semel & iterum fecit dominus noster quod nunc promittit, se-
 mel ipsa die qua resurrexit, quando utiq; iam abierat, iam de sua minoratione ad gloriā & ho-
 norem, de mortali conditione ad immortalitatem, de hoc mundo ad patrem transferat. Tūc
 enim, id est, ipsa die, stans in medio discipulorum suorum, insufflauit & dixit eis: Accipite spi-
 ritum sanctū. Accipite, inquam, paraclctum in maximam consolationem, id est, in peccatorum re-
 missionem, & in scripturarum reuelationem. Sic enim & in hoc Euangelista statim sequitur,
 quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & Lucas in eandē narrans apparitionē, tunc in-
 quit, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. De qua spiritus emissionē suo loco pleni-
 us dicendum erit. Iterum uero tunc misit, quando decimo post ascensionē eius die, cōgrega-
 tis in unum discipulis factus est repente de cælo sonus tanq; aduenientis spiritus uehementis,
 & repleuit rotam domū ubi erant sedentes. Tunc in quā iterū misit hunc paraclctum, ut qui
 omnibus equaliter datus fuerat in remissionē peccatorum, nunc singulis pro uoluntate sua di-
 uideret diuersa dona gratia; ut essent facundi ad predicandū, fortes ad tolerandā certamina
 passionū. Sequitur: Et cū uenerit, ille arguet mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Luc. 24
 De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia uero, quia ad patrem uado, & iam
 non uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. ¶ Magnam
 spiritus sancti fortitudinem, & omnium quæ nunc usq; spiritus idem tonat uo-
 ce sua mirabiliter, mira cum suauitate agnos dei mox immolandum prænunciat. Cuncta enim
 quæ homines hoc spiritu sancto inspirati uel inflammati, fortiter atq; suauiter ex tunc prædicā,
 principaliter de his tribus disputant, peccato, iustitia, atq; iudicio. Quæ singula exponens, de
 peccato inquit, quia non crediderunt in me, & cætera. Horum duo sunt opposita sibiq; con-
 traria, scilicet peccatum atq; iustitia. Tertium est iudicium, in quo duobus illis, peccato uide-
 licet atq; iustitia, loca uel præmia condigna reddenda sunt. ¶ Peccatum sane hic non tantum
 Iudæorum accipiendum est, qui non crediderunt in eum quem corporaliter præsentem ui-
 derunt & audierunt, sed primum quidem Iudæorum, deinde Græcorum, id est, omnium totius mū-
 dinationū. Non enim dixit, ille arguet de peccato Iudæos, sed ille inquit arguet mundū: neq;
 Iudæos tantum, sed omnē uosq; per apostolos Christi arguet spiritus sanctus mundū. Quo
 modo inquis totus redarguendus erat mundus, de hoc peccato, quia non crediderunt in eū,
 cum in una tantū prædicauerit gente Iudæorum? Ad hæc inquit. Altius plane considerandum
 est incredulitatis peccatū: Omne quippe uitium & omnis iniquitas generis humani ab incredu-
 litate sumpsit initium, quia uidelicet, primi homines, plus serpenti q̄ deo crediderunt uel obau-
 derunt, & exinde corrupti posteriq; & gentes magis diabolo uel idolis eius q̄ deo creden-
 tes, & Iudæi magis Antichristū q̄ Christū expectantes, cōmuniter peccauerunt, & omnia (in-
 quit Apostolus) in incredulitate conclusa sunt. ¶ Itaq; per peccatū quod sic exposuit dicens,
 quia non crediderunt in me, omnis iniustitia uel inobedientia ueteris hominis, & per iniustitia
 quæ sic designauit dicens, ga ego ad patrem uado, omnis iustitia uel obedientia noui hominis in
 telligenda est, de quibus utiq; scilicet peccato atq; iustitia mundū spiritus sanctus in eo redar-
 guit, quæ prædicatores suos urgere nō desinit, instans opportune importune, ut exuant uete-
 re hominē cū actibus, & in duant nouū, eūq; secundū deū creatus est in iustitia & sanctitate ue-
 ritatis. Iustitia nāq; noui hominis in eo pulchre designatur, quod ait, quia uado ad patrem, id ē
 ga obediens patri usq; ad mortē, præsentis uitæ cōmunē relinquo cōuersationē. Quod sic de-
 bere intelligi, & supra iam dictū, & adhuc postmodū dicendū est, ubi ait modicū & iam nō ui-
 debitis me, & iteq; modicū & uidebitis me, statim adiungens, quia uado ad patrem. Ergo peccatū
 cui hæc iustitia presentis loco opposita est, radix omnium peccatorum, scilicet originale peccatū ē,
 cui cum in baptismo Christi abrenunciare iubemur, & eiusdē noui hominis fides iudiciūq;
 futurū nobis credendum cōmittitur, uere de peccato & de iustitia & de iudicio mundum re-
 darguit spiritus sanctus, ut non uacet ulli homini nescire, quæ peccatū, quæ iustitia; finis sit, quan-
 tum

Si non abiero
paraclctus non
ueniet

Rom. 7
Psal. 109

Luc. 1

Rom. 15

Mittam eum
ad uos.

Dupliciter mi-
serit Christi in
discipulos.

Iohan. 20

Luc. 24

Act. 2

Arguet de
peccato non
Iudæos tan-
tum sed totū
mundum.

Gen. 3

Rom. 11

Quid est hic
ultima, quid
inuitia.

1 Tim. 4

Eph. 4

Phil. 2

Peccatū ori-
ginale huius
iustitiæ oppo-
situm.

Iudicij cōde
natio diaboli
& oim eius
membrorū
Mat. 27

Ioh. 15

Lucæ. 14

sp̄sm̄ edacj
a se p̄o loq̄t̄
Hie. 27
Esaia 7

De meo acci
piet

Psalmo 2

Heb. 9

Tim. 9

Exo. 35
Ioh. 15
Cor. 15

Cur aic. De
meo, pot̄ p̄
mea accipiet.
Esa. 64
Mas. 20
Saudū iudæ
proditoris
Ioh. 18

quàm tremendum iudiciū ad discernendum utriusq; meritū in fine futūz sit. ¶ Sane q; ait,
De iudicio autē, q; pater mundū huius iā iudicaturē esse, confectū est, & capite eorū, quos
adhuc illi adherēt, terribiliter expressit, quia uidelicet iudicatio capite, mēbra q; pariter præ
cipitanda credunt, dicente iudice: te male dixi in ignē æternū, qui præ paratus est diabolo &
angelis eius. Igitur passionem Christi consecutus aduentus spiritus sancti, causa digna est,
cur contritari non debeant eius discipuli, pro eo quod ad patrem uadit, sed ea quæ nunc dixi
& cetera huiusmodi quæ de ipso sciri oportet & credi, ipsi ferre nondū erant idonei. Vnde
protinus ait. L. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo. ¶ Ergo q;
superius dixerat: Iam nō dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius uos autē dixi
amicos, quia omnia quæcunq; audiui a patre meo nota feci uobis: de futuro oportet intelligi,
& iccirco præterito tempore sic enuntiari, qui sine dubio mox futūz est qd promittit. Sequi
tur. L. Cum autē uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omne ueritatē. ¶ Omnē quippe uer
ritatem, quā scire oportet ille docebit uos, aperiendo uobis sensum, ut intelligatis scripturas,
& cognoscatis in ueritate cuncta, quæ uel parabolice dicta, uel figurate facta continent in le
ge, & prophetis, & psalmis de me. L. Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunq; audiet loque
tur, & quæ uentura sunt annuntiabit uobis. ¶ Inde inquit est sp̄s ueritatis, & inde uos omne
ueritatē docebit, quia nō loquetur a semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur. Spiritus enim
qui a semetipso loquitur, non spiritus ueritatis, sed spiritus est mendacj, & omnes prophetas
mendaces facit, ut propheta de corde suo qd dominus nō est locutus, & confingant esse qd
non est, uel malum esse qd bonū, & bonū esse qd malū est. Non sic loquetur iste sp̄s, sed quæcunq;
quæ audiet loquetur, id est, ea quæ sunt, quæ uera existunt, & autoritatē in scripturis habēt,
loquetur, nihil confingens, nihil peruertens, & ueras prophetas faciet uos, ut nō loquamini a
uobismetipsis, sed loquamini quæcūq; a diuitis in lege, & prophetis, & psalmis de me, nihil cō
fingentes, nihil deprauantes, sed uero sensu ueridicā scripturā exponentes. Ita non a semet
ipso loquetur, sed quæcunq; audiet, loquetur per os uestri spiritus ueritatis, & quæ uen
ta sunt, annuntiabit uobis, ut non solum prophetarū docti auditores, sed etiā futūz: ipsi cō
gnitores & prophetis sitis cōpares: in super & futurā beatitudinem uestram talis nuntio præ
gustantes. L. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. ¶ Ille in quā talis
tam uerus, & tam idoneus testis me clarificabit, quia de meo accipiet, id est, de eo quod scriptū
est de me, accipiet, & annuntiabit uobis, uestro patente insinuando intellectu. Verbi gratia,
meum est illud dictū in psalmo: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Po
stula a me, & dabo tibi gentes hereditatē tuā, & possessionem tuā terminos terræ. De hoc meo
testimonio accipiet, uobisq; inuimabit autoritatē testificandi de me, q; ego domini dei filius
sim, nō adoptatus, sed genitus, q; dixit ad me: Ego hodie, id est, in æternitate, genui te, & q;
ille iusserit mihi qd nunc facio, postulare gentes, qd inquam nunc facio in istis diebus carnis
meæ, preces supplicationesq; ad eum, q; me saluū facere possit a morte, cū clamore ualido, ac
multis lachrymis offerens, & profecto mox pro mea euerentia exaudiet me: Dabo in quibus
tibi gentes hereditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Hoc profecto meum est, &
quoties tale qd annuntiabit, uel aperiet uobis, de meo accipiet, q; cū ego uerbum dei sim, oēs
scripturæ dei meæ sunt, testimonia mea sunt. Et hoc faciens, ille utiq; me clarificabit, testimo
nium perhibens de me, ut uos q; in omni prætorio, in omnibus synagogis, uel concilijs, talē
habentes uel aduocatū, uel prolocutorē, testimonij perhibeat, q; ego filius dei sim, & q; oēs
gentes, omnesq; termini terræ hereditas uel possessio mea iure sint. Quærat forte aliquis, cur
non dixerit: Mea accipiet, sed de meo accipiet, & annuntiabit uobis. At ipse cōtinuo, L. Omnia
quæ habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. ¶ Quo
ris inquit, cur non omnia, sed de meo accipiens annuntiabit? Ecce dico: Omnia quæ habet pa
ter, mea sunt. Quæ nā sunt quæ habet pater? Habet immortalitatē, & lucē in habitat inaccessi
bilem, & talia quæcunq; illum habere sacra scriptura testis est, quæ utiq; hominū nemo dum
uixit, sicuti sunt, uidere uel cognoscere potest. Hoc enim uobis in futuro repositum est, ut cog
noscatis nunc ex parte quidem, & uideatis per speculū in ænigmatē, tunc autē cognoscatis
sicut & cogniti estis, & facie ad facie uideatis. Hæc autē omnia quæ habet pater sic incōprehen
sibilia, mea sunt, quia uidelicet eiusdem, cuius ille, naturæ ego sum, & est mihi cū illo una diui
nitas, æqualis gloria, cōæterna maiestas. ¶ Recte igitur non dixi mea, sed de meo accipiet, ui
delicet propterea, quia non in uita præsentis omnia, quæ patris, quæ patris, uobis annuntiabit,
sed ex parte cognoscere, & ex parte prophetare dabit, quæ nec oculus uidit, nec auris audi
uit, nec in cor hominis ascenderunt, sequitur. L. Modicū & iam non uidebitis me, & iterū mo
dicum & uidebitis me, quia uado ad patrem. ¶ Iuxta alios Euangelistas, interea dum hæc di
cuntur, erant Apostolorum oculi grauati, & importune dormitabant præ tristitia. ¶ Sciebat
autem ille, quem nihil latebat, qualiter interim ludas perditionis filius, & mortis minister, agi
tante se diabolo, discurreret, festinaret, accipiens cohortē & a principibus & pharisæis mini
stro

stro, latebras ac faces accendens, & arma conducens. Quæ omnia, priusquam fierent, hoc
iudem salus nostra dominus Christus proposuerat, ut nō perderet quinquam ex ipsis, quos
pater sibi dederat. Igitur secundum quod apud alium Euangelistam dicitur: Non potuistis
una hora uigilare mecum, uigilate & orate, ne intretis in tentationē, & in hoc Euangelista uo
lens eos sollicitos, & ad eua dendum paratos esse: Modicum (inquit) & iam non uidebitis me,
& iterum uidebitis me. Ne uero tur
hoc modicum, id est, post hanc horam uel diem instantem, iam non uidebitis me. Ne uero tur
betur cor uestrum, ecce & hoc uobis dico, quia iterū modicum & uidebitis me, quia uado ad
patrem. ¶ Notandum quia dicendo: Et iam non uidebitis me, & iterum uidebitis me, pene cir
ca idem opposita uel contraria constituit, scilicet uidere & non uidere, uidelicet ad commen
dandam ueritatem resurrectionis, qualis & in ipso post modicum, & in nobis in fine seculi fu
tura sit. ¶ Cum enim utrobq; dicit, me, seipsum & non alium in uera substantia carnis resur
rectionem esse asserit: cum autem, & iam non uidebitis, & uidebitis, dicit immutationem, id est
aliam eiusdē carnis gloriam fore re promittit. Hoc in quā norandū, quia iā nō uidebitis, id est
in æternum non me uidebitis (inquit) scilicet qualem nunc uidetis, utiq; passibilem, mortale,
cum hominibus conuersantē, humanas infirmitates scientē, uirum doloz, & nouissimum ui
rorum, talem iam non uidebitis me post hoc modicum, id est post diei sequentis horam nonā.
Nam contra immortalē atq; impassibilem itez uidebitis me, atq; ita nō quidem alium, sed ta
mem longe alteratum uidebitis me. Igitur qui dicitur itez uidebitis me, præmittit: Iam nō
uidebitis me, profecto non humanæ substantiæ ueritatē interiturā, sed naturę gloriā per uir
tutem resurrectionis asserit immutandā. Sequitur. L. Dicebant ergo ex discipulis eius ad inuicē:
Quid est hoc quod dicitur modicū non uidebitis me, & iterū modicum & uidebitis me, & quia
uado ad patrem? ¶ Videlicet quia uirtutem resurrectionis nesciebant, imō nec ipsum resurre
cturum esse credebant, quippe qui de illo magna sentientes, nec hoc saltem, q; moriturus esse
intelligere poterant. Proinde non mirum, q; uim sermonis capere nequibant. L. Dicebant er
go: Quid est hoc q; dicit nobis modicum, & iterū modicum quid loquitur. ¶ Poterat utiq; dominus
sic hæsitantibus quid loqueretur edicere uerbis euidentioribus, uerē res ipsa mox subseq̄ens
omnia cōmodius declaratura erat. Hoc profecto teneris mentibus expediebat, ut nec omni
no reticeret, nec totam, sed ex parte rem doloris immensi uerbis prænuntiaret, uidelicet ne il
la tempestas irruens repente nimis, fidei fundamentum in illis penitus euerteret, sed sensim
reuelatus dolor tolerabilior fieret. Proinde adhuc ita sequitur. L. Cognouit ergo Iesus, quia
uolebant eum interrogare, & dicit eis: De hoc queritis inter uos, quia dixi uobis: modicum &
non uidebitis me, & iterū modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrem. Amen amen dico
uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. ¶ Ecce palam est, quia cum
consilio suo doctrix sapientia, suauiter agens, & sollicitudinem auget, & causam sollicitudinis
subiectam ex magna parte continet. Præmissio namque: De hoc quæritis inter uos, quia
dixi: Modicum & iam non uidebitis me, & cetera. non dicit continuo, quod intellectui
pronum esset: unum modicum est, ab hinc usq; ad horam nonam instantis diei, qua transacta
sepeliendus sum, & iam non uidebitis me; & aliud modicum est, ab eadem hora usq; diē ni
tertium, quo resurgam, & itez uidebitis me, sed ita subiungit: Amen amen dico uobis, quia fle
bitis & plorabitis uos, mundus autem gaudebit. Hic subaudiendū est, sed postmodum plora
bit & ululabit, uel risus eius dolore miscbebitur, & extreme gaudij eius luctus occupabit. Nā
contra mox sequitur: Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. ¶
Mundi huius inquit inmundi, qui suis immunditatis me aduersantē odit: Mūdi in quā, id est,
amoroꝝ mundi, inde gaudiū erit, quia uado ad patrem, quem tamē ille nescit. ¶ Sed tale eius
gaudiū contritio duplex absorbebit. Primum quia uenient dies in quibus dicent: Beate steriles
& uentres qui non portauerunt, & ubera quæ nō lactauerunt, uidelicet q̄ ueniet Romani &
tollent eorum locū & gentē, secundum pauore ipsoꝝ: de inde quia tamē uidebunt in quem
transixerunt. Vestra autē tristitia quantam lætitiā operetur, uel quanta delenda sit gaudio,
ecce per simile uobis intimo. L. Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum
autem pepererit puer, iam non meminit pressurę, propter gaudium, quia natus est homo in
mundū. Igitur & uos nunc quidē tristitiā habetis, ut hoc quod per conclusionem sic inserit, Igi
tur & uos nunc quidē tristitiā habetis, commo diu sedeat, sumere prius uel subaudire conue
nit, sanctā ecclesiam mulierē magnam esse & inclutam, eiusq; uir: siue maritum, patre omniū
deum, puerum autem eius, quem ex eodem uiro per magnam ueri amoris concepit gratiam,
ipsum esse, qui hæc loquitur, dominum nostrum Iesum Christum. Hunc enim tunc primum
per sinem concepit, quando iam adolecentula in Abraham promissiones audivit dicentis: In se
mine tuo benedicent oēs gentes, & cre didit, & ex tūc beata progenies mente grauida, uerbu
pmittōis baiulās in patriarchis & pphetis p eiusdē uerbi incrementa p̄ficiens, quasi facta alio
magis ac magis tumuit, tandēq; diu desideratū puer: mulier eadē, cuius beati A post, magna

Modicū & itez
non uidebitis
me

Videbitis &
non uidebitis
me, nō alium
sed alterarū,

Heb. 14
Esa. 75

Duplex mo
dicum

Pro. 14

Duplex cont
ritio Iudgōz
post gaudiū,
Lucæ. 25
Ioh. 11
Esaia

Mulier quæ
parit, ecclesia
puer Christus

Gen. 22

Apoc. 12

Gaudebit cor uestrum Psalmo 2

Actuum 7

Mat. 10
Lucæ 10

Lucæ 24

Chrismediator dei & hominum
1 Tim. 2
Per dñm nrm Iesum Christum filium
Psalmo 104

Nomē Iesus saluatoris nō notat a pctis
Mat. 1

Si duo ex vobis consenserint, &c

gna portio sunt, in magno dolore & angustia passionis enixa est, uiditq; eū in diem æternitatis scilicet nascentem, id est, à mortuis resurgentem, & iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus, quia renatus est, & rediuitus est homo in mundū redemptum, & saluum, ut mundi, imò cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt obtineat principatum. Proposita itaq; similitudine qua dicit: Mulier cum parit tristitiam habet: cū autem pepererit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū, hoc quod iam dicitur est, per subauditionē sumendum est, & sic ualidior cōclusio sese inferet: Et uos igitur nūc quidem tristitiam habetis. **I**tem: aut uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū nemo tollet à uobis. **V**os inquit qui nunc estis quasi mulier in utero habens, quæ clamat parturiens, & cruciatur ut pariat, ego itaq; uidebo, uobisq; uidendus apparebo, separatus quidem à uestræ mortalitatis utero, sed bono uestro natus, & immortalis factus in regnum æternū.

Et gaudebit cor uestrū, & gaudium uestrū certū est, nemo tollet à uobis. Nam uos constanter gaudentes dicetis: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Vere em̄ inuanū fremunt, & inania meditantur, quando cedunt uos in synagogis, ibi etenim magis gaudebitis, & ibitis gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni estis pro nomine meo contumeliam pati. Quod & si corpus occiderint, sic quoq; cor uestrum gaudebit, quia gaudium uestrum non in carne, quæ potest occidi, sed in corde uel anima, quam perducitor occiderenō potest, repositū erit. **V**estru igitur gaudium nemo tollet à uobis. **E**t in illo die me non interrogabitis quicq;. **N**unc de hoc quæritis inter uos, quia dixi uobis: modicum & iam non uidebitis me, & itaq; modicum & uidebitis me, & uultus me interrogare, uel in illo die gaudij uestri me non interrogabitis quicq; hori: scietis em̄ res, uel effectū præsentis euidentia perdocti. **S**ed & ceteros, quicquid scitu opus erit, ex illo die sensum habentes apertū, scripturas interrogabitis, legis, prophetarū, & psalmoꝝ uolumina cōsuletis, & ipsa uobis differant, quid fecerim, aut quid locutus sim uobis. **S**equit. Amen amen dico uobis, si quid petieritis patre in nomine meo dabit uobis, usq; modo non petistis quicq; in nomine meo. **P**etite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenu. **S**epius replicando, uisq; inculcando discipulis dominus noster, ut in nomine suo petendū esse nouerint, si quid patrem petere uelint, mediatorē dei & hominum sese salubriter cupit agnoscere, adeo necessariū, ut nemo ad patre uenire nisi per ipsum, nemo à patre quicq; possit impetrare nisi per nomen suū. **V**nde salutaris mos, & catholica hæc more sancte ecclesie orandi regula est, ut in omni oratione, quā ad patre dirigit, subiungat: Per dñm nostrū Iesum Christū filium tuū, quia uidelicet præter hanc nulla uia, nullumq; est aliud ostiū, ad quod respiciens efficaciter dicat: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manū mearū, sicut sacrificiū uespertinū. **S**olum huius unigeniti filij dei nomē, quod est Iesus Christus, necessariū uniuersæ orationis est uehiculū, quo in cœlum directo cursu perla ta, consistat ante patris conspectū, salutēq; de sinu eius & gratiā sugere ualeat remissionis peccatorū. **V**erum hoc Apostoli necdū sciebāt: tunc iam abiturus magister uitæ, hoc illis in sermone suo commendabat attentus. Itaq; dum dicit: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis: contra subaudiendū est, quia nihil pater dabit uobis, nisi si in nomine meo petieritis. **S**uperioribus autē ita præsens lectio coniungitur: **V**isistis inquit, quod uere magno fructu gaudij subsequenti, nunc uos tristitiā habeatis, sicut mulier cū parit, hoc uero dico uobis, si quid petieritis patre in nomine meo, dabit uobis. **I**n nomine inquit meo, id secundū nomen meum, quod est Iesus, & saluator interpretat. **C**uius nominis causam rationē angelus beato Ioseph exprimens: Ipse em̄ inquit saluū faciet populum suū à peccatis eorū. **E**rgo in nomine Iesu petere, est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus, mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris. **Q**uare autē hoc totū factum, nisi ut per nomen eius remissionē peccatorū acciperemus? **E**rgo cum quid petimus, quod causæ huic sine dubio cooperetur, fidenter tanq; in nomine Iesu petentes nos accipientes speremus. **Q**ui sensus ex alio Euangelij loco melius elucet. Amen inquit dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terrā, de omni re quacūq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. **V**bi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. **Q**uinam sunt hi duo consertientes, qui inquam sunt duo uel tres in nomine Iesu congregati, nisi de quibus præmiserat, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripue inter te & ipsum solum, si nō te audierit, adhibe tecū adhuc unū. **T**unc nāq; duo sibi consentiunt, quando is qui peccauit frater, fratre audit corripientē: tunc inquam duo uel tres congregati in nomine Iesu sunt, quando uel inter se & ipsum solum quis corripit peccantē, uel nondū auditis adhibet secū adhuc unū. **Q**ui profecto tunc uere congregati sunt, & uere sibi consentiunt, quando is qui peccauit, iustificatus, inclinatur ad penitentiam consensum. **P**roinde fiducia datur illis uenire uel salutis fraternæ, cū dicit: Si duo ex uobis consenserint super terrā de omni re, quacūq; petierint fiet illis, & ex precedentibus necessario subaudiendū est, ut dicas de omni

de omni re peccati. **Q**uæ ceteros autem quicquid petierimus pro superfluis uoluntati bus nostris, nequaquam propter has uel cæteras huiusmodi sollicitationes suas, quasi debitor iure tenendus est, præsertim cū in oratione sua, quam Apostolis dicentibus: Doce nos orare, ipse composuit summā omnium quæ petenda sint, septem petitionibus secundū septem dona spiritus sancti designauerit, quæ prima est, Sanctificetur nomen tuum septima, sed libera nos à malo. **I**gitur cum dicit: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, oportet ut neq; à patre quicquam, nisi quod nostræ salutis sit, petere audeamus, neque nos impetrare aliter, nisi per unigeniti filij nomen arbitremur. **Q**uod quia necdū Apostoli (ut prædictū est) nouerant: **V**sq; modo inquit, non petistis quicq; in nomine meo. **D**enique nondū iam perfectè nouerant, licet crederent uel confiterentur eū Christum filium dei uiui, necdū inquam tam plane cognouerunt eum, ut scirent illi eū legationem suscepisse nostræ pacis, & mediatorē datū esse ad impetrandam hominibus gratiā dei patris. **P**roinde non petierant quicq; hæctenus in nomine eius, siquidē nec ipse hoc illis ante hanc horam suæ passionis mandasse inuenitur, quanq; multa in plerisq; locis de orationis instantia sit locutus. **E**t addidit: Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenu. **O**rdo uel sensus hic est. **P**etite ut gaudium uestrū sit plenu, & accipietis. **I**n quo autē gaudium plenu esse poterit, nisi ut ueniamus & appareamus ante faciem dei? **O**mne namq; gaudium mundi huius deceptiuū, & omnibus eius erroneus est, solū autē de uisione dei, & risu faciei eius præsentis plenitudinem habet, & in ueritate est, nec enim obscurari uel auferri potest. **I**gitur cum dicit: Petite & accipietis, ut gaudium uestrū sit plenu, illa tantū modo petenda esse innuit, quæ proficiat ad uisionem dei, in quo solo plenitudo gaudij est. **T**andē in calce sermonis infert. **H**ęc in prouerbis locutus sum uobis. **V**enit hora, cū iam non in prouerbis loquar uobis, sed palam de patre annuntiabo uobis. **Q**uoniam sunt quæ se in prouerbis locutū esse asserit: **N**unquid ex quo surxit à cena prouerbia siue parabolas dixit, & non potius plano sermone præcepta dilectionis, & hortamenta patientiæ dedit: siquidē & Apostoli solū hunc sermonē respicientes, quæ in illa nocte hucusq; produxit: **E**cce inquit nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum loquebar referri uoluit, alioquin magis proprie sic dixisset: hæc prouerbia locutus sum uobis, si tamen reuera prouerbia poterant conuenienter dici, quæ hæctenus locutus est eis. **S**ed hæc inquit quæ nunc instat, quæ nunc aguntur, scilicet passionem meā, pro qua cor uestrum tristitia nunc impletur, resurrectionē quoque uel ascensionem, qua uisā gaudium uestrum nemo tollet à uobis, paraclēti quoque effusionem, quem si abierit, mirram ad uos, ut ita dixi. **H**ęc inquam in prouerbis hæctenus locutus sum uobis, uariis præsignaui figuris usq; in hac horam passionis, imò usq; dum tradent me spiritum, scindatur uelum templi à summo usq; deorsum, ipsa sui scissione contestans, ea quæ hæctenus latebant sub figuris, deinceps in ueritate clarescente mysteria uerbi dei. **E**x tunc enim iam nō in prouerbis loquar uobis, sed palam de patre meo annuntiabo uobis, ita ut præsentibus rebus, quæ figuræ præcesserunt, uos non solum intelligere ea quæ præfens ipse feci, uel locutus sum uobis, sed etiam quæ in figura continebant patribus uestris, discutere & aperire possitis. **I**llo die in nomine meo petetis. **I**llo inquam die reuelatæ gratiæ, die salutis, & acceptabili tempore, quando spiritus ueritatis docebit uos omnē ueritatē, de meo accipietis, & annuntians uobis: uos in nomine meo petetis, quia uidelidet cognoscentes me, & credentes quia ego in patre, & pater in me est, uere deum & hominem, eque ut patre adorabitis, & sic in nomine meo petetis, quod usq; modo non fecistis. **E**t non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis, ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia à deo exiui. **N**on inquit illo die ego rogabo patrem de uobis, **N**esoret hæreticus non intellexerit, quomodo supra dictū sit: **E**t ego rogabo patrem, & alij paraclētem dabit uobis, & inde argumenter, patre minorem esse filiū, eo quod rogare minoris sit, ecce & hoc ediuerso infert: **E**t non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis, scilicet illo die, quo (ut iam dixi) in nomine meo petetis. **N**am isto quod die, quod nunc ingruit, die tribulationis meæ, quo capiunt animā meam, & irruunt in me fortes, ego rogabo patrem, & alij paraclētem dabit uobis: rogabo inquit sacerdos factus ipse sacrificium secundū passibilem hominis naturam: illo autē die & deinceps, quod ites: in gaudio cordis uestri uidebitis me, id est non rogabo patrem de uobis. **Q**uare? Ipse em̄ pater amat uos, id est isto rogatu meo sibi reconciliarios iam habet amicos uos, & de filiis ire fecit filios gratiæ suæ. **V**nde hoc: **Q**uia uos me amatis, & credidistis, quia à deo exiui. **E**x iui à patre, & ueni in mundū: itaq; relinquo mundū, & uado ad patrem. **E**x inaniui me formā serui accipiens, & ueni saluare mundū, custodiendo uias duras propter uerba labioꝝ patris, dū non loquor opera hominū. **I**terum relinquo mundū, deponens seruitū iugū, & uado ad patrem, propter passionem mortis recipiens gloriā & honorem. **P**ropter hoc ipse pater illo die amat uos, quia credidistis hoc. **E**tem ista credulitas efficiens causa est, ut mea proficit uobis passio, ut reconciliemini deo, ut nōiā filios ire, sed gratiæ reputet

Non quilibet petens exas dimittit sed imper dona peccatorum
Mat. 6

Vsq; modo non petistis quicq; in nomine meo
Eph. 2

Gaudium plenu
Eccl. 2

Hęc in prouerbis locutus sum

Mat. 27

1 Cor. 10
2 Cori. 6

Hæreticos captiuiculus

Psalmo 58

Eph. 2

Philip. 2

Psalmo 106

Heb. 2

reputet & amet uos, ita ut iam ex illo die non oporteat me patrem rogare de uobis, quod modo semel facio, semel enim morior, & quod morior peccato non meo, sed uestro morior, deinceps uiam deo, quia sicut dixi uobis uado ad patrem, & quo propter hoc exiui, ut hoc modo redirem. Hoc nempe illud est, quod Psalmista caelis enarrantibus audiuit aure prophetica, praemissio namque hoc uersiculo, quo exposuit quam dei gloria enarrauerit, dicens: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gygas ad currendam uiam suam, statim subsecutus est a summo caelo egressus eius. ¶ Igitur Chyrintus atque similes eius haeretici mentiti sunt dicendo, ante Mariam non fuisse Christum: Quia exiui (inquit) a patre & ueni in mundum, contestante propheta, quia a summo caelo egressus sum. Sequitur. ¶ Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. ¶ Dixerat enim eis ipse: Haec in prouerbijs locutus sum uobis, uenit hora, cum iam in prouerbijs non loquar uobis, sed palam de patre meo annuntiabo uobis, non aduerterant quod iam in praesenti tempore dixit: Haec in prouerbijs loquor uobis, sed praeteritum haec in prouerbijs locutus sum uobis. Vnde iam superius dictum est, Dixerunt ergo: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbijs nullum dicis. Quod & si ex parte uerum est, nunc, id est in hac coena nullum prouerbum dixerat, attamen non palam erant illis omnia quae dixerat. Nam & paulo ante dixit: Quid est hoc quod dicit nobis Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrem. Nescimus quid loquitur. A deo caligabat in illa magna tristitia: nebula, qua non solum oculi, sed & interni sensus eorum erant grauati, ut ipsam quoque ignoranti am uel tarditate suam nescirent. Sed haec erroris fides suberat, discussis ignorantiae tenebris, sedatis tristitia uel timoris tempestatibus, in suo tempore apparitura. Nam Sequitur. ¶ Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existis. ¶ Venerabilis & sapientie dei condigna haec professio est, qua dicitur Nunc scimus quia scis omnia, Omnia namque scire, solus est, uel sapientie eius, cuius non est numerus, attingit autem a fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Haec enim sola scit omnia, & omnium scrutatur corda, & uniuersas mentium cogitationes intelligit. Quo autem experimento istud cognouerint, indicant continuo subitigentes: ¶ Et non opus est tibi, ut quis te interroget. Hoc plane idoneum tantae rei testimonium est. Quis enim est doctor, a deo strenuus, ut saltem obiectis semper sufficere possit interrogationibus, ne dicam tacitis auditorum occurrere cogitationibus: At ille dominus & magister, quanta beneuolentia docebat, tanta & potentia corda omnium in manu sua tenebat, ita ut non nesciret quid cuique deesset, tanta nulla eum cordis cogitatio lateret. Quod cum multis experimentis, uicino quoque discipuli confirmati fuerant argumento, quia uidelicet paulo ante dicente illos: Modicum & iam non uidebitis me, & caetera, cum dicerent quidam ad inuicem: Nescimus quid loquitur, cognouit ipse, quia uolebant eum interrogare, & non fuit ei opus, ut interrogarent, praue nit enim eos dicens De hoc quae tritis inter uos: Bene ergo scimus (inquit) quia scis omnia, neque nos dubitamus, recte sic illos dixisse de illo, sine quo nemo alius tenet diu super ueniam quae scientia uel intellectu eius lineas: Et non est (aiunt) opus tibi, ut quis te interroget, uidelicet quomodo cuique homini docere cupienti opus est, aperiri uerbis in quo haereat sensus auditoris. Quod uero adhaerent: In hoc credimus, quia a deo existis, idem est ac si dicant: In hoc credimus quia tu es ipsa sapientia, quae dicit: Ego ex ore altissimi prodiiui. ¶ Respondit eis Iesus: Modo creditis: Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini, unusquisque in propria, & me solum relinquantis: sed non sum solus, quia pater mecum est. ¶ Modo (inquit) creditis: modo scitis: Bene quidem est, quia creditis: & bene est, quia scitis: sed uidete ne turbetur cor uestrum, uidete ne hanc ipsam creditulitatem de cordibus uestris fugerit uentus, tollataura. Nam ecce uenit hora, & non longe est, sed iam uenit, de qua dictum est: Quia Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: Venit (inquam) haec hora, in qua tanta tempestate cribrabit uos Satanas, ut dispergamini, unusquisque in propria, scilicet procul fugientes ab angustia mea, & contenti salute quae propria, & me solum relinquantis, ut solus uadam immolari pro uobis. Nam quod ego uado, uos (sicut superius dixi) non potestis me modo sequi. ¶ Sic impletur scriptura, quae in persona mea dicit: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est uir mecum: cum prexi, & non erat auxiliator: quae suae, & non fuit qui adiuuaret. Itaque (ut iam dixi) omnes in me scandalum patiemini, quia dispergemini, quia fugam capietis, & me solum relinquentis. Veruntamen non sum solus, quia pater mecum est. Nec enim sic exiui a patre, & ueni in mundum, ut ille mereliqueret solum. ¶ Nunquid ergo fallitur spiritus meus in propheta dicente: Deus deus meus, ut quod dereliquisti me: Absit. Tantillum tacebit deus meus, silebit & patiens erit, donec isti (quorum est hora quae iam uenit, & potest tenebrarum) uideant, & derideant me, loquantur labijs & moueant caput, fodiant manus meas & pedes meos, & dinumerent omnia ossa mea, diuidant sibi uestimenta mea, & super uestem meam mittant sortem. Tantillum inquam tacebit, & dereliquisse me uidebitur, quia silebit: sed post haec non longe faciet auxilium suum a me, eruet enim

Psalmo 18
Exiui a patre
contra errorem
Chyrinti etc.
Mat. 26
Tufcis oia,
ergo de deo
es. Psal. 14
Sapient. 8
Hier. 17
Non opus est
ut quis te in-
terroget.
Iob. 38
Ezech. 24
Lucas
Venit hora
ut dispergamini
Torcular cal-
cavi solus
Esa. 63
Mat. 26
Deus deus
meus
dereliquisti
me
Psal. 21

enim a fratre animam meam, & de manu canis unicam meam a mortuis me resuscitans, & exinde palam ego faciam, & non reliquerit me solum, quia narrabo nomen eius fratribus meis, & in medio ecclesiae laudabo, id est laudabilem faciam eum. Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. ¶ Quam pacem, nisi peccatorum remissionem? Quam pacem, nisi illam quae in-ter deum & homines erant inimicitiae solutionem uel reconciliationem? Hanc inquit pacem ualde necessarium est in me, id est, per mortem meam habeatis, iccirco haec locutus sum uobis: locutus sum inquam, id est feci. Verba namque mea iam facta sunt, quia uidelicet certum est futu- ra esse, imo & impossibile est non posse fieri quae locutus sum uobis. Quoniam sunt ea quae locutus sum uobis, nisi in incarnationis meae, quae iam facta est, & eius, quae sine dubio mox fu- ra est, passionis, simulque resurrectionis meae certa mysteria: Haec ego locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, testante scriptura, cum dicit: ¶ Si fuerit angelus loquens pro eo, unum de similibus, ut annuntiet hominis aequitate, miscbitur eis, & dicit: Libera eum, ut non descen- dat in corruptionem. Inueni in quo ei propitius, & c. Vnum plane de similibus est in his quae- que locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, ut liberemini, & in corruptionem non descenda- tis, ut in me, qui solus inuentus sum, deus propitietur uobis. Quod est illud unum? Hoc scilicet, quod ego uoque ut uos passibilis atque mortalis homo sum. Nam caetera dissimilia sunt, quia ui- delicet solus ego de cunctis hominibus, quando & quomodo uolui natus sum, quando & quo- modo uolo mori, nihilominus & quando uolo resurgo, & in caelum ascendo. Igitur haec lo- cutus sum uobis, idem est ac si dixisset: Haec facio uobis, Sequitur. ¶ In mundo pressuram ha- bebitis, sed confidite, ego uici mundum. ¶ Non inquit in mundo, sed in me pacem habebitis: Na- e contrario pressuram in mundo habebitis. Tradent enim uos in concilia, & in synagogis fla- gellabunt uos, & ante reges & praefides ducemini propter me, & morte afficient ex uobis. Non inquam pacem, sed huiusmodi lites & bella & inimicitias in mundo habebitis, sed confidi- te, & nolite timere eos qui corpus occidunt, & post haec non habent quid faciant. Nam ego uici mundum, quippe qui occisus ab illo, tertio die resurgam. Haec ergo confidentia nolite timere, habentes pacem in metere uos, quod occisi resurgetis, & eritis loci uictoriae meae, confortes regni, participes gloriae. Haec locutus est Iesus, & subleuatis oculis in caelum dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. ¶ In hac orationi saluatoris congruit ille psal- micente summi titulus talis: Oratio pauperis cui anxietur, & effunderet precem suam coram domino. Etenim illa hora anxietur est anima pauperis huius, & erat tristis usque ad mortem, ita ut (sicut alius euangelista refert) factus in agonia, & prolixius orans sudauerit, factusque sit sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentes in terram. ¶ Scien dum quippe, quia non in illo coenacu- lo, in quo coena facta fuerat, hanc orationem fudit. Nam superius euangelista illi inde egredi- entem significauit, uidelicet ubi iam exacta magna parte sermonis, cum dixisset: iam non mul- ta loquar uobiscum, uenit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, sed ut cogno- scat mundus, quia ego diligo patrem, & sicut mandatum de deo mihi pater, sic facio, repente sic in- tulit: Surgite eamus hinc. Quod tamen tunc abierit, non dicit, sed luce clarius ex alijs accipi- mus euangelistis. Sic enim concorditer referunt: Et hymno dicto exierunt in montem oliua- rum. Illic orationem istam fuisse celebratam perspicuum est, nam postquam illuc exiit, tunc (inquit) Mat- thaeus uenit: Iesus cum illis in uilla, quae dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: sedete hic do- nec uadam illuc, & orem. Et assumpto Petro & filiis Zebedaei, cepit contristari & mensus esse. Et subinde et progressus inquit pusillum, proci dit in facie suam, orans & dicens: mi pater, si pos- sibile est, transeat a me calix iste. Hoc idem Marcus euidenter enarrat. Lucas quoque egressum illu- referre in montem oliueti, & uulsum a discipulis suis, quantum iactus est lapidis, positus genibus orasse, addens hoc, quia factus in agonia prolixius orauit, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Itaque consonantibus cunctis, hanc orationem dixit in monte oliueti, presentibus Petro, & duobus filiis Zebedaei, nam a caeteris discipulis auulsus erat quantum iactus est lapidis. Alii namque sedere iussit, donec uadam inquit, & orem: postmodum Petro & filiis Zebedaei quos assumpturatus uenit ait hic, & uigilate mecum. Et progressus, non iam quantum iactus est lapidis, sed pusillum, proci dit in facie sua. ¶ Vnde non adeo mirum est hunc Euange- listam, filium Zebedaei prolixam eius scripsisse orationem, cum alii tam breuem scripserint, quia uide- ret uadens ut oraret, hunc solum ex omnibus euangelistis assumpsit, & hoc audiente orauit, Quod igitur pauper iste anxietur orauerit, quem clamore ad deum patrem sine dubio peruen- turum emisit, in hoc euangelista plenius habentes, apponamus si aures habemus audiendi & audiamus quid clamauerit, quae coram domino patre suo precem effuderit, subleuatis (inquit euangelista) oculis in caelum, uidelicet quo suae orationis dirigebat clamorem ualidum, dixit: ¶ Pater uenit hora, uenit inquam hora, subauditur magnae angustiae uel tribulationis, in qua deficiunt sicut fumus dies mei, & percutior sicut scenu, leuiter occisus iuxta commune con- ditionem omnium mortalium. Sed tu clarifica filium tuum, uidelicet magna resurrectionis clarita- te, ut filius tuus clarificet te, scilicet praecleara discipulorum suorum praedicatione, uel mortuorum resurrexione.

Eph. 2
Vni de simi-
libus locutus
sum
Mat. 10
Lucas 12
Rom. 8
2 Cor. 13
CA. XVII
Oro Clificauit
congruit
Psalms 101.
Hac oia no
in coenaculo,
sed horto fa-
cta est
Ioh. 14
Mat. 25
Marc. 14
Lucas 22
Cui Ioh. 14
xior scripse
osum qd alij
euangelista
Pater uenit
hora.
Psalmo 101

refurrexione. Sequitur enim. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedi-
 sti ei, det eis uitam æternam. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, id est omnis hominis,
 siue Iudæi, siue Gentiles, & em non est Iudæus; deus tantum, sed & gentium sicut inquam de-
 disti ei potestatem, & decreuisti illum super omnes gentes esse regem, & principem, atq; sal-
 uatorem, ad dandam pœnitentiã & remissionem peccatorum; sic attende, datumq; tuu siue pro-
 positum confirmare ueritate, in eo uidelicet, ut omne quod dedisti ei, det eis uitã æter-
 nam, scilicet duplicem animarum atq; corporum; refurrexione. ¶ Ita cum dixisset: Clarifica fi-
 lium tuum, ut filius tuus clarificet te, tanq; quæreres in quo se a patre clarificari, uel patrem
 ipse clarificare uellet: sic (inquit) clarificam actum, sicut clarificasti potestate, ut faciat dein-
 ceptus filius tuus illud, propter quod incarnatus, uel homo factus est, id est omnibus, quos de-
 disti ei, uitam æternam det. Et tanq; iterum quæreres, quid pertineat hoc ad clarificationem
 patris, dare uitam mortuis, quia dixit, ut filius tuus clarificet te, protinus adiungit: Hæc est
 autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Igi-
 tur quod dixit clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, idem est, ac si dixisset, secundum spi-
 ritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum; attestare me esse filium tuum in uirtute, cu-
 ius rei clara cognitio, causa est effectiua hominibus uitæ æternæ. ¶ Eo suspirat uel intendit
 rotum huius orationis incensum, magno charitatis igne adustum, non quod pauper iste dubitet
 utrum propheta suus ueræ sibi prænuntiauerit dicens: Nunquid qui dormit non adijciet ut
 resurgat? Sed ut scirent qui tunc audierunt, & intelligant qui hanc eius orationem nunc legunt
 uel audiunt, quod salus, uita, & resurrectio nostra, moriendi & resurgendi causa fuerit illi, qui pec-
 carum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In alio quoq; psalmo, cum iuxta sensum hu-
 iusce orationis, qua nunc dicit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, diceret spiritus eius
 Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me, &c. Tandemq; quasi dubius quæreret: Quæ
 utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. Nunquid confitebitur tibi pul-
 uis, aut annuntiabit ueritatem tuam? Statim ut uere certus intulit: Audiuit dominus, & miser
 tus est mei, dominus factus est adiutor meus, & reliqua. Itaq; tam in hac oratione sua domi-
 nus, q̄ in prophetis scripturis, spūs eius non dubius orat, dum & illic post clamorem suum
 dicit: Audiuit dominus, quod magna est certitudinis, & hic, præmissio: Pater clarifica filium
 tuum, subiungit continuo: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut ostendat quod oratio sua
 non in incerto, sed in potestate sit. Sequitur. Ego te clarificauit super terram, opus consum-
 maui quod dedisti mihi ut faciam. In quo iam clarificauerit patrem filius, postmodum ex-
 positurus est, dicendo: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.
 ¶ Non ergo quæsitum opus est, quomodo qui dixerat: clarifica filium tuum, ut filius tuus cla-
 rificet te, nunc dicat ego te clarificauit super terram, quia lector ultro intelligit, clarificatum
 quidem iam esse patrem in cognitione filij apud menses illos, qui credebant, quod hic talis a deo
 exierit, quem & confessi iam fuerant esse Christum filium dei uiui, sed nondum illis bene co-
 gnita maiestate uel bonitate eiusdem filij, multum deerat de glorificatione patris nominis.
 Idcirco utrumq; dixit, ut & filius tuus clarificet te, & ego te clarificauit. Cui par est quod pos-
 terius dicit: Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. Quod uero nunc addidit opus
 consummaui, quod dedisti mihi ut faciam, idem est ac si dicit: Mandatum tuum impleui, factus
 homo mortalis, & nunc ad summum obedientiæ, scilicet ad mortem, in qua nunc agonizor, spon-
 te perueni. Proinde mox subiungitur. Et nunc clarifica me tu præ apud temetipsum claritate
 quam habui prius mundus esset apud te. Et quoniam (inquit) consummaui opus, quod de-
 disti mihi, nunc, scilicet in hac hora quæ uenit, clarifica tu me pater. i. resuscita mei: Clarifica
 inquam apud te, uidelicet constituendo ad dexteram tuam maiestatis in excelsis, eadem clari-
 tate quam habui ante mundum esset apud te, ut nihilominus adoretur ab angelis recensor
 matæ serui, quam adorabatur ab angelis antiqua forma dei. Aliter: Et nunc clarifica tu me pa-
 ter apud temetipsum claritate, quã habui prius mundus esset apud te, uidelicet ut sicut spūs
 meus in principio ferebatur super aquas, ut angelica creatura per me uerbum tuum crearetur
 te dicente: Fiat lux, ita & nunc idem spiritus super aquas feratur, ut per me filium tuum
 noua hominum creatura nascatur, dum in morte mea baptizatur, unde angelorum, qui cecidit
 decimus ordo restitueretur. Nam hoc etiam modo clarificatio, qua ego tuum clarui, nunc itera-
 bitur. Nunc demum quia dixerat: Ego te clarificauit super terram, exponit in quo clarifica-
 uerit dicens: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. ¶ Princi-
 pium namq; paternæ clarificationis, horum hominum institutum est, per quos nomen patris oport-
 rebat innotescere orbi, unde & recte dicti sunt lux mundi, quia mundi cognitio huius nomi-
 nis illustratur, prius ipsi sunt illuminati. ¶ Quod autem est hoc nomen dei, nisi pater Iesu
 Christi? Etenim cætera nomina dei, quæ cumq; in lege sunt, audire uel scire potuerunt homi-
 nes ante aduentum eiusdem Christi. Hoc autem nomen quod est pater, uel cuius filij relatio-
 ne pater credendus sit, nunq; cogniti fuisse, nisi uenisset ipse filius hominis illud manifesta-
 set. Ergo

Potestas
carnis
Rom. 5
Act. 17

Clarifica
filium
tuum

Rom. 1
Chrsorand
minime dubi-
tauit
Psalmo 40

Esaie 55
Psalmo 29

Quo fiant
filii
ut clarifi-
cet te, & clari-
ficauit te

Heb. 1
Adoranda ab
angelis for-
ma serui
Spūs dñi fere-
batur super
aquas
Gen. 1

Apostoli
Iuc mundi
Matt. 7

Manifestaui
nomen tuu

Ergo nomen tuu (inquit) nomē patris mei, uel quod pater meus sis, manifestauit p o pa, q̄ nemo alius
 fecit hoibus, q̄s dedisti mihi de mudo, q̄s ad me attraxisti selectos de mudo, q̄ non caro & fan-
 guis reuelauit eis, sed tu pater mi q̄ es in cælis, L. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermone tuu
 seruauerit. ¶ Nisi em̄ tui essent, non mihi eos dedisses. Quo aut̄ tui iã erant, & nondū mei, nisi q̄ a
 te quidē deo inuocabant, sed me filiu tuu esse, uel huius filij respectu patrē te uocare, nec dū scie-
 bant: Ergo in eod eis mihi dedisti, q̄ filiu tuu esse, illis reuelasti. ¶ Quo cognito, ecce ipsi sermo
 nē tuu seruauerunt, q̄ uidelicet oia relinquētes, me sequuti sunt. Quā tui sermonis obseruatio
 nē certā esse, testatur lex dicens: Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio uos, & fratres suos, ignora
 illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquiū tuu & pactū tuu seruauerunt, iu-
 dicia tua d̄ Jacob, & legē tuā d̄ Israel. Igitur q̄s dedisti mihi, tui erant, & in eo sermone tuu serua-
 uerunt, quia relictis oibus, me sequuti sunt. L. Nunc cognouerūt, quia oia q̄ dedisti mihi, hi abs-
 te sunt: quia uerba, q̄ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, & cognouerūt uere, quia a te exi-
 ui, & crediderūt, q̄ tu me misisti. ¶ Hoc uere, q̄ tu mihi eos dedisti, cōsequēserat, ut cognosce-
 rēt, ut uerba q̄ dedi eis acciperēt, cognoscerēt & crederēt. ¶ Nisi em̄ eastu mihi dedisses, nunq̄
 cognouissent: sicut non cognouit p̄ditus Iudas, cuius ab effectis palā oibus est, quia non eum tu
 mihi dedisti, nec tui causa me sequutus est, sed cū nō esset tuus, tuis phypocritism fuit admixtus,
 peccator & dolosus. Propterea nunq̄ hoc illi sapuit q̄d isti cognouerunt, s. q̄ oia q̄ dedisti mi-
 hi, i. quæcūq; feci opera, quæ cumq; dixi doctrinæ uerba abs te sunt: sed dixit malā in corde suo
 cū eis sentiens, q̄ dixerūt: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia, Et nō est hicho-
 mo a deo. Palā ergo de istis est, q̄ tu eos ad me attraxisti, q̄ cognouerūt, q̄ a deo operibus meis
 recte senserūt. Cognouerunt in quā, q̄ uerba nō alia, nisi q̄ dedisti mihi, dedi eis, & acceperunt
 acceptione digna, uidelicet ut (sicut iã dictū est) propter uerba mea reliquerint oia sua, Cognou-
 uerūt (inquit) uere, q̄ a te exiui, & crediderūt, q̄ tu me misisti. ¶ Cū idē eē uideat exire filiu a p̄e
 q̄d mitti, cur utrūq; dixit, & q̄ a te exiui, & quia tu me misisti, nisi ut æquale iudicet charitatē, &
 suimet, s. filij uenientis, & patris mittētis: Etenim p̄ quidē filio mā datū dedit, ut ueniret bibere
 pro nobis calicē passōis, sed nihilominus idē filius spōtanea charitate uenit. Deniq; nō tanq̄ mi-
 norē p̄pter charitatē suā, p̄ mandato suo coegit, sed ut uere eō æquale & pari dilectiōe uolētē
 misit. Igit ut utriusq; s. patris & filij charitatē iudicet, & cognouerūt (inquit) q̄ a te exiui, & cre-
 diderūt q̄ tu me misisti. His ita p̄missis, ait, L. Ego p̄ eis rogo. ¶ Tandē orationē suā aperit, p̄
 q̄ subleuatis in cæli oculis, hæctenus obsecrauit, dicens: Pater, uenit hora, clarifica filiu tuu, &c.
 Hoc plane, iuxta ap̄lm, obseruādū est in ofone legitima, ut p̄ ordine fiant obseruatiōes, ofones,
 postulationes, gr̄as, actiones. ¶ Quē ordinē ipse totius sanctæ ofonis magister & dux p̄sentio-
 cōseruasse cōprobat. Primo namq; obsecrationē p̄mittit, dicens: Pater uenit hora, clarifica filiu tuu
 &c. in q̄bus q̄si bñuolentiā patris ambiuit, usq; ad id q̄d nūc ait: ego pro eis rogo. Est at̄ ab hoc
 loco ofo. i. uerba supplicatiua quidē, sed nō dū explicatiua q̄d uelit aut q̄ tendat. At uero q̄d post-
 modū ait: Pater sancte, serua eos in noie tuo, q̄s dedisti mihi, & reliq; postulatio est. Et deinde
 q̄d subiungit: Pater iuste, mūdus te nō cognouit, &c. gr̄as actio est. Igit p̄missa obsecratio, iam
 nūc orationē annectēs, Ego, inquit, pro eis rogo. L. Non pro mudo rogo, sed pro his q̄s dedisti
 mihi, q̄ tui sunt. ¶ Væ ergo mudo gaudēti, orāte pro suis, i. moriētē & i ara crucis se sacrificiū
 offerētē Ch̄so, vnigenito filio dei: q̄ pro eis q̄s dedisti mihi (inquit) rogo, nō pro mudo. Mūdus
 em̄, hic accipiunt dilectores mudi, tam diuersi ab eis, pro q̄bus Ch̄s rogat crucifixus, q̄ diuersi
 erant, apud deū Aegyptij filij Israel, sacro sanguine agni postes suos signatibus. Væ igit (ut di-
 ctū est) tali mudo, q̄ q̄d rogat Ch̄s uerus agnus dei, nihil illi proficit, ut cū rege suo principe
 tenebrarū diabolo, citius in profundū inferni demergat: solis illis, q̄s p̄ filio dedit p̄ cruce &
 sanguinē eius euadētibus. Quia tui sunt inquit, Et tanq; quæreres, quō utrūq; dixerit, & mihi eos
 dedisti, & tui sunt, adhuc plenius subiunxit. L. Et mea tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatū sum
 in eis. ¶ Nō ergo definit esse patris, q̄s pater filio dedit, q̄ necq; sine filio p̄, necq; sine patre fili-
 us quicq; possidet. ¶ In q̄ uero clarificatus est filius in eis, i. in oibus q̄ sunt patris: In eo uidelicet
 q̄d nihil eorū ad patrē nisi p̄ filij grām uenit: nemo siue mortuorū siue uiuorū, nisi p̄ cruce & fan-
 guinē filij, uidere p̄t gloria patris. Quod q̄ nūc agit, s. ut moriat & resurgat, & sic uiuorū atque
 mortuorū dñetur. Et clarificatus sum (inquit) in eis, uidelicet q̄si iã sit factū, q̄d protinus est futurus
 Vnde & subdit, L. Et iã nō sum in mudo, & hi in mudo sunt, & ego ad te uenio. ¶ Cū hæc loq-
 retur, utiq; in mudo erat, q̄ uisibilis aderat, & mortalē uitã spirabat, imō q̄a pressurā in mudo
 habebat, & tñ ip̄ mudo nō erat, q̄ iã a traditore uenditus, moxq; tenēdus & ad mortē ducen-
 dus erat. Ergo nō oino, sed q̄dāmodo iã in mudo nō erat, q̄ iã in termino uitæ p̄sentis, & iã in
 exitu mudi pedē irreuo cabile posuerat. Quia uero sic uadēs, & dicēs, & ego ad te uenio, gloria
 & honorē coronabat, & cōstituebat sup opera manū patris: q̄a (inquā) sic de torrēte in uia bi-
 bens, propterea protinus habebat exaltare caput, recte oino q̄si de p̄terito dixit, & clarificatus
 sum in eis. ¶ Causam aut̄ quare sic uadēs, pro suis roget, interposuit dicēs: Et hi in mundo non
 sunt, Causa quippe magna & negotiosa est, de q̄ salutis amicū curare oporteat, q̄d se stabilitate
 Aa littoris,

Sermone tuu
seruauerunt
Mat. 19
Deut. 33

Iudas electus
admixtus

Mat. 12
Luc. 11
Iohan. 9
Iohan. 6

A te exiui, &
tu me misisti

1. Tim. 2
In hac oratiōe
quatuor par-
tes.
Obsecratio.
Oratio.
Postulatio.
Gratiarū actio

Quid hic mūdus
dus.

Nihil ad pa-
trē uenientis
per me filium

Psal. 2
Psal. 109
Et hi in mun-
do sunt,

littoris. i. immortalitatis pace & securitate potito, sui remiges in fluctibus difficili nauigio periclitant, sine dubio perituri, nisi salutis ab ipso portus illis appareret. Itaque nunc demum ab eo postulat pro illis. i. quod roget, propter quod obscurauerit, manifestius aperit. Ait enim **L. Pater scilicet serua eos in nomine tuo quod dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos.** Summa necessitas postulatio breuiter est eloquens, dicitur: ut sint unum sicut & nos. Et hoc multoties repetit: quare magnus, quia scilicet, quia gloriosum & optabile est, esse unum, & quia magnus sit, a similitudine ipsius vel patris colligamus, quia dixit, sicut & nos. **¶ Quidnam est unum esse, nisi sempiternum idem esse, & sine permutatione immutabiliter permanere.** Sic plane vnus est deus vnus, pater & filius & spiritus sanctus, vnus inquam & idem. Vnde & dicit ad **Mosen:** Ego sum quod sum. Et **Psalmus:** Coeli, inquit, peribunt, tu autem permanes, & oes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabunt, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. **¶ Homo autem postquam a paradisi aeternitate peccato deiectus est, ubi pro modo suo, vnus esse vel fieri poterat, palam est iam vnus non est:** quippe quod quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Quia eius mutabilitate, imo & defectione **Psalmista** dicit deplorans: **Mane, inquit, sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret, & arefcatur, quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.** Ergo vnus esse desijt, & in hoc dei, quod sempiternum & idem est, similitudinem perdidit. **¶ Dei autem filius, quia haec mortuus nunc loquitur, idcirco nunc moritur, ut ad vnum, i. ad aeternitatis stabilitatem homo reformetur, ut mortuus in aetate, & morietur quod in corpore, beata vtriusque resurrectio repararet, & deinceps nullis subiaceret casibus, nullis mutationibus turbaret.** Igitur quod dicit: **Pater scilicet serua eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, ut sint vnus sicut & nos.** Adoptionem filiorum dei postulat illis, pro quibus & patitur: quia videlicet in nomine patris seruari nullo modo, melius intelligitur, quam ut hoc idem sit, quod est in dei filios adoptari. Nam idcirco pater sanctum inuocat, ut sibi sanctificet quos filios, non quidem per naturam, sed per gratiam habeat. **¶ Et nota ad verbi proprietatem, dum dicit, serua.** Seruari namque proprie dicitur, quod capti in bello, cuius belli possint occidi, victoris miseratio de vita donant. Sic inimice cum mundo isto, dei inimico, iuste danandi fuimus, sed victoris dei gratia dimissi seruamur. Vnde & iuxta rei veritatem serui sumus, licet propter abundantiam gratiae filij noie mutet & simus. **¶ Hoc sane pater eundem non esse, cum dicit, ut sint vnus sicut & nos, non dei nobis aequalitate dari, sed similitudinem comparari.** Non enim ait, ut sint vnus quod & nos, sed sint (inquit) vnus sicut & nos. Quod hic idem Iohannes in epistola sua commendans, non ait aequales, sed scimus (inquit) quia cum apparuerit, filios ei erimus, quoniam videbimus eius sicuti est. Hoc ergo agit, non ut natura deo aequales simus, sed ut gratia similitudinem dei recuperemus, ut videndo eum quod solus vere est, ex ipsa eius visione simus vnus, sicut & ipse vnus est. Vnus inquam, i. immortales atque impassibiles, & nullius vi cissitudinis obumbrationi subiacetes. Sequitur. **L. Cui essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.** Corporali, inquit, presentia cum essem cum eis ego seruabam eos, non tamen addidit, ut essent vnus sicut & nos. Hoc enim fieri non potuisset, quod diu cum eis ipse maneret passiois expertus. Quo vero illos seruauit monstrat propositum sic. **L. Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo perierit ex eis, nisi filius perditionis ut scriptura impleat.** Ergo sic tamen illos se seruasse dicit, ut sepe copiatos suos non perderet, sicut perdidit ille filius perditionis, ut scriptura impleat, vixit quod dicit in illis: **Fiant dies eius pauci, & episcopo patris eius accipiat alter, &c.** Quod per presentiam eius factum fuisse, et, ut vel sic custodirent, satis ex eo liquet: quia mox ut ab eis auferri cepit, maximus eorum Petrus negauit, & episcopatui suum perdidisset, nisi quia conuersus ipse in eum respexerit. Igitur quia seruauit illos (inquit) eoque, ut in hora passionis meae corde mecum permanserint, quis corpore fugietes, me solum reliquerunt, & idcirco in salutem & peccatorum remissionem, fiat illis effusio sanguinis mei. Deinceps de patre sancto serua eos (inquit) in nomine tuo, ut fortes facti & per omnia mundi pericula pfeuerantes, ad hoc pueniant, quod (ut iam dictum est) sint ut nos, vnus sint. Custodiui (inquit) eos, cum essem cum eis. **L. Nunc autem ad te venio, & haec loquor in mundo, ut gaudium meum in ipsis sit.** Non dixit, nunc autem ad te venio, & sum in mundo, quod contrarium esset ei quod paulo ante dixit: & iam non sum in mundo. Haec (inquit) loquitur in mundo, quod non idem, & diuertit sum est. Nam & post resurrectionem suam loquutus est in mundo, i. eis quod erant in mundo, cum tamen ipse non esset in mundo, videlicet in eo, quia mundana vel mortalis non erat eius conuersatio. Quae autem sunt ea, quod loquitur in mundo, nisi haec ipsa eius oratio, cuius cum intentione morietur. Ad te (inquit) dicitur venio, & iam non sum in mundo. **¶ Vt quod vero haec loquitur, & haec orat pontifex ipse & hostia salutaris.** Ait: **Vt gaudium meum in ipsis sit.** Hoc plane verum & nostrae fidei notum est, quia ut gaudium suum daret nobis, idcirco pro nobis doluit, idcirco haec loquutus est, idcirco pro nobis patrem rogauit quod clamore valido (ut ait apostolus) & multis lachrymis. Sequitur. **L. Et ego dedi eis sermonem tuum & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.** Summa discriminis eorum, propter quod & rogo pro eis, causa ista est, quia ego dedi eis sermonem tuum, i. hereditarium post me reliquit eis predicandam veritatis officium. Propter hoc mundus eos odio habuit, & psequitur, propter hoc inquam, nam si non loquerentur ea quod mundo non placet, non occiderent, nec in mundo pssuram haberent. Ergo sic de mundo non sunt, quoniam ego non sum de mundo. Nam & ego propter hoc non sum de mundo, sed extraneus factus sum quod fratribus meis, & peregrinus filius matris meae, quia loquitur non placet illis. Quid ergo pro eis rogo, quod volo dum dico, serua eos in nomine tuo, ut sint vnus sicut & nos. Nunc

Quid est unum esse. Exod. 3. Psalm. 10. Homo per peccatum perdidit immortalem. Iob. 14. Psalm. 89. Vt sint unum per adoptionem gratiam. Ro. 8. Serua eos in nomine tuo. Vt sint unum sicut & nos. Iohan. 3. Filius perditionis Iudas perdidit. Petrus. Luc. 21. Haec in mundo loquor. Vt gaudium meum in ipsis sit. Heb. 7. Cur odio habet eos mundus. Non sunt de mundo. psalm. 68.

quid ut iam depositis corporibus liberi, aut in modum Helic & Enoch translatis exeant de hoc mundo. Minime. **L. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo.** Iam enim iam de mundo tollerent, quo vehiculo, quibus uel curribus, quibus in qua quadrigis, quo uel equitatu exiret in omnem terram, & in fines orbis terrarum sermo tuus, assignare mihi postulatui datus, & quod ter gentes hereditate mea & possessione mea terminos terre. Iam enim sunt soli residui equi tui, & quod triplex tuus, de quibus scriptum est: **Qui ascendes super equos tuos, quadrigae tuae salutaris.** Non ego rogo, quia nequaquam expedit, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a mundo, id est a peccato. Malum enim solum peccatum est, quia creaturae rationali praeter peccatum nihil nocere potest. Proinde & si mundus eos odio habens, corpora occidit, animas eorum serua ut non possint occidere, ut Satanas quantumcumque cribret eos sicut triticum, non possit quemquam eorum uelut paleam, deficiente fide, in damnationem euentilare. Quo autem seruari, & in mundo illis uelut dimitti iam dicam: **L. sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est.** Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Hoc est (inquit) quod pro eis rogo, ut in ueritate sanctificentur, & in mundo sic mittantur sicut ego sum missus, i. sicut ego ueni persecutionem passurus, sic eam & ipsi persecutionem passuri. **¶ Quid autem est sanctificari in ueritate, nisi uere iustificari per fidem in meo sanguine.** Nam haec tenus sanctificati quidem erant: sanctificati inquam, sed de mundo in ueritate, quia uidelicet oes sanctificationes, quae scriptae sunt in lege Moysi, non iam ueritas, sed umbram uel figuram ueritatis uel uere sanctificationis, quae nunc in sanguine meo tolluntur peccata mundi. **¶ Quis autem sanctificationis efficiens causa est sermo tuus, qui est ueritas.** Quis est iste sermo tuus, nisi uerbum quod caro factum est, & ecce per passionem mortis infernum constrinxit, & tertia die resurgit. In hoc sermone quicumque baptizantur, in ueritate sanctificantur. Itaque in hoc sermone, in hac ueritate quae crediderunt, uere sanctificatos non rogo ut tollas eos de mundo, sed sic mitto eos in mundum, ut tu misisti me in mundum, sicut patiant eosdem psequentes, qui me psecuti sunt, perhibendo ueritatis testimonium. **L. Et pro eis sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in ueritate.** Igitur quid iam dictum esset: & per sanctifico meipsum, paratior ultra sensus occurreret, uerbum de patris factae passionis sacrificio dixisset, quo uerus ipse agnus pro omni mundo non passum pontificem, qui p semetipsum immolatus est. Verum iuxta uerbi proprietatem sensus idem praesertim est, quia profecto cum factus est sacrificium idem significet, non alium dixisse purandum est, quod si dixisset: & pro eis sacrificio, non sacrificio offero meipsum. **¶ Ipse quippe non solum sacrificium, ut sacrificium pontifex est, uerum etiam & tunc plurimum est, testante apostolo, quod de umbrae sacrificii locutus plurimum: Christus autem inquit, assumpsit potestatem futurorum bonorum, per amplius & pfectius tabernaculum non manufactum, i. non huius creatiois, neque per sanguinem hircorum, sed per proprium sanguinem introiuit in sancta aeterna, redemptioe inueta. Ergo mox traditurus pro peccato animam suam, ut uideat semetipsum longeuum, pro eis inquit, sanctifico, i. sacrificio meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in ueritate. **¶ Quod si rite praesertim, amplius & magis proprie retigit, dicit de sanctifico, quod si dixisset sacrificio.** Cum enim dicit sanctifico, fordidum se fuisse inuuit. Dicit de quo pro eis, non suis, sed alienis se fordidum esse desinit, quod propheta quod patet exprimit, cum dixisset: oes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, statim intulit: & dominus posuit in eo impigritates omnium nostrum. Et Zacharias. Et Iesus inquit, inducus erat uestibus sordidus, & Satan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Igitur quia se quidem sordidum, imo & sordidum erat, quippe quod de spiritu sancto conceptus fuerat, & quia in omni uita sua, peccatum se fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed sordidum iniquitate somni nostri, quod deus in eo posuerat, uestibus sordidus indutus erat agnus dei, recte dixit sanctifico meipsum, signanter ad deum, pro eis. **¶ Quare autem pro eis: Vt & ipsi inquit, sint sanctificati in ueritate.** In ueritate inquit, non in umbra uel figura, sed in uera peccatorum remissione, non ut quantum sanguis hircorum, aut taurorum aut cinis utiuli, aspersus conquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, sed multo magis sanguis meus, quod per spiritum sanctum memetipsum offero immaculatum deo, emundet conscientiam eorum ab operibus mortis ad seruandum deo uiuere. **L. Non pro his autem rogo, sed pro eis qui crediderunt in me, ut oes unum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti.** Iesus iste est. Non tamen pro istis quos dedisti mihi rogo, uel meipsum sanctifico, sed & pro illis oibus, qui per uerbum eorum credituri sunt in me, ut si uel iudei siue gentiles, oes unum sint, & non sit eorum distinctio apud te. **¶ Nonandum quippe, quia dicitur nonunc, ut sint unum, non addidit, ut supra, sicut & nos, quod postmodum facturus est dicitur: ut sint unum sicut & nos unum sumus.** Nunc enim ad hoc tendit pax nostra, ut faciat utrumque unum, & duos condat in seipso, uel ut iudeorum & gentiliu nulla sit distinctio, ut (inquit) duos condat in semetipso, in unum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, ut per ipsum habeamus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Proinde cum dixisset: ut oes unum sint, mira ceterum similitudinem interposuit, dicitur dicitur tu pater in me, & ego in te, ut patenter agnoscas, quia sicut pater & filius non duo dii, sed unus est deus, ita gentiles & iudeus non duo populi, sed unus est populus, una ecclesia, unum corpus. Statim quod de ipsa unitate repetens: & ipse (inquit) in nobis unum sint. Addidit quod: Vt mundus credat, quia tu me misisti. Ecce haec illa sume gloriosa, quae propheta in spiritu consilio diuinitatis admissus, audiuit, sicque nutritura**

Gen. 7. 4 Regum 4. Psalm. 18. Psalm. 2. Lucae 22. Cor. 10. Col. 2. Sanctificatioe seu sacrificio offerre Heb. 9. Esai. 53. Zach. 3. Petri. 3. Heb. 3. Ephe. 2. Gloria.

Memor er Raab & Babilonis,

Gloriosa inq; dicta sunt de te, ciuitas dei. Et itaq; q̄reres, q̄ n̄ illa dicta fuerit, quid dixerit dñs, ciuitatis suae, scilicet sanctae ecclesie fundamēta ponēs in mōtib; sanctis, i. in ap̄l̄s, quos p̄ uerbi nos eramus credituri. Memor inquit, ero Raab & Babilōis scientibus tūc. Et adiecit: ecce alienigenae, & Titus, & populus Aethiopiū, hifuerūt illic. ¶ Vere em̄ sicut tūc p̄miserat in prophetis, ita nūc in passioe sua memor fuit dñs noster Raab & Babilōis. i. latitudinis & cōfusiōnis, sc̄; latius diffusae, & nimii cōfusiōis gētilitatis. Memor in quā, fuit huius magne meretricis, q̄ dicit, nō pro his aut rogo tātū, sed & pro eis qui credituri sunt p̄ uerbū eorū in me, &c. In illa memoria eius, nos alienigenae, nos Tyrus & populus Aethiopiū, nos, in quā, alienigenae & alieni a testamēto patrū, & Tyrus, i. angustiatū uidelicet in carcere & tenebris peccatorū, uere pp̄l̄s Aethiopiū, p̄ nimia nigredine uitioꝝ, uel cecitatis & ignoratiōis, illic fuimus in illa memoria dicitis, ut & ip̄s in nobis unum sint, ut credat mūdus, in quā, & nō sola Iudeorū gens credat, quia tu me misisti, qd̄ quicūq; crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, ait ipse alibi. Quae nā aut merces erit huius fidei & unitatis? Ait: L. Et ego claritatē quā dedisti mihi, dedi eis, ut sint unū, sicut & nos unū sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint cōsummati in unū, ut cognoscat mūdus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Hoc plane illud est, qd̄ hic idē Iohānes in ep̄la sua dicit: Chariss. nūc filij dei sumus, sed nō dū apparuit quid erimus. Scimus, quia cū apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eū sicuti ē. Quā em̄ claritatē intelligere debemus in eo qd̄ ait, Ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis nisi illā, quam expectatio creaturae expectat, scilicet reuelationem gloriae filiorum dei? Hāc utiq; claritatē, dedit pater huic unigenito suo, primogenito mortuorū, resuscitās eū a mortuis, & cōstituens ad dexterā suā in caelestibus, dādo illi qd̄ in eo nostra nō habuerat natura, honorē in corruptione, gloriaq; immortalitatis. Etenim ex eo iā, quia multitudine accidētiū nō subiacet nostra in uerbo dei substantia, ueraciter unū est, atq; idē p̄manet. ¶ Unde cū dixisset, ut sint unū, addidit (ut sup̄ius) sicut & nos unū sumus. Quod ad cōsubstantialitatē p̄ris & uerbi, cōgrue referri nō potest, quia uidelicet, nō sicut p̄r & uerbi unū sunt, ita & nos unū esse possumus: sed illā claritatē quā dedit filio pater, quā dedit in quā, quia prius scdm̄ carnē, non habuerat, scilicet immortalitatis atq; impassibilitatis gloriae & honorē, quo coronauit ex mortuis resurgentem, nos in filios adoptati, expectamus. Proinde, qd̄ dixit, ut sint unū sicut & nos unū sumus, nō ad ipsam, spectat, q̄ propria est uerbi cū p̄re cōsubstantialitatis, sed ad eū, q̄ nō solum homini dñico, sed & cunctis fidelibus eius p̄ gratiā cōis est, cū beata & immortali trinitate, incorruptibilis aeternitatis beatitudine. ¶ Et hoc uno Psalmissa gloriosam (de q̄ supradictū est) ciuitatē benedicens: Hierusalē, inquit, q̄ aedificat ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, idipsum nāq; est, qd̄ semp̄ idē est & immutabiliter p̄manet, & hoc uere clarissimū & summū bonū est, qd̄ habet cū deo nostra iā substantia, primū in Christo, deinde in toto corpore eius habitura est quod est ecclesia, nō cōmuniōe natura, sed participatiōe gr̄ae. ¶ Et hanc procul dubio claritatē, pater filio, scdm̄ qd̄ homo est, dedit ipse aut filius, scdm̄ qd̄ deus est, dedit fidelibus suis, sicut nūc ait, & ego claritatē quā dedisti mihi, dedi eis: lux tūc qd̄ & alibi dictū est, quod ita acciperūt eū, dedit eis potestātē filios dei fieri. Quae unitatis stabilitas, quia hic incipitur, dū p̄ fidē unū sumus, & idē sapimus, iccirco p̄misit qd̄ iā p̄dictū est nō pro his aut rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt p̄ uerbū illorū in me, ut om̄es unū sint, &c. Amplius aut̄ illa uirtutē unitatis beatitudinis exprimit, cū subiūgit: Ego in eis, & tu in me, ut sint cōsummati in unū. Verū cū tota trinitas unus deus, p̄r & filius & sp̄s sc̄l̄s, & que & nūc p̄ fidē habitati in cordib; n̄ris, & in futuro p̄ specie inhabitatura sitiq; sic dixit & sic distinxit, ego in eis, & tu in mem̄is se solū mediator dei & hominū uoluit demonstrare. Sola nāq; filij p̄sona p̄ter hoc, q̄ p̄ fidē, ut dictū ē, habitati in cordibus n̄ris, mō q̄ p̄ā ē in nobis, uerū q̄ in carnē & naturā n̄ram descēdit, & nihilominus p̄r in illo ē, quia descēdētē, nō deseruit nec em̄ ita filius semetipsum exinanuit ut formā dei amitteret, assumēdo formā serui. Ita mediator dei intercedētē, ad aeternitatē ductū, cōsummatur in unū, & participatio n̄ra fit in idipsum. Vñ nūc ait, ut sint cōsummati in unū. ¶ Quod uero cōtinuo subiūgit, ut cognoscat mūdus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti, cognitionē illā cogit intelligi, q̄ nō iā in parte, sed in plenitudo die erit. Paulo testāte, cū dicitur nunc cognosco ex parte, tunc aut̄ cognosca, sicut & cognitus sum. Cognoscat ergo, i. experiat mundus, ip̄o immortalitatis fructu mundus inq; .i. oēs redēpti, saluati, atq; in unū cōsummati, cognoscat, & facie ad facie uideat, quia tu me misisti: qd̄ nunc cognoscunt ex parte, uideat q̄s p̄ speculū in aenigmate, & cognoscat, qd̄ nunc credunt & sperāt, quia dilexisti eos sicut me dilexisti. i. mihi cōformes eē uolūisti: hoc tm̄ excepto, ut sim ego priore, in m̄tis s̄rib; q̄ n̄hil eorū felicitas minuit, sed charitas magis delectat. Simā totius postulat, breui tādē cōclusiōe recolligit. L. P̄r, q̄s dedi, mihi, uo, ut ubi eg, s. & il. sint mecn, ut uideat clameā, quā de d, mihi, quia dilex. me, ante cōst. mūdū. ¶ Itaq; diceretur in seruatione eorū, q̄ postulat, dicit. Serua eos: noie tuo q̄s dedisti m̄. Finis inq; ē iste, & in hoc dignū iustitia iudicat, ut quia mundus eos odio habuit, p̄ eo, q̄ ego sermonē tuū dedi eis, & ip̄s accipiunt & crediderunt uere, quia tu me misisti. Proinde ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatē meā quā dedisti m̄, s̄l̄q; & hoc uideant, quia dilex. me ante cōstitu. mūdū. ¶ Notandum, q̄ nō

Mat. 16

Iohar. 3

Eph. 1

Psal. 121

Eph. 1 Iohana

1. Cor. 15 Rom. 8

ait solū, ut uideat claritatē meā quā dedisti mihi. Hāc em̄ clarificatio est assumptae hūanitatē, quā & imp̄i uiderē potuerūt, cū ptate magna & maiestate ueniret cū nubibus, ut uideat eū ois oculus & q̄ pupugerūt: sed addidit, ga dilexisti me aī cōstitutionē mūdī, subaudi, uideat, qd̄ si li uiderē merebunt beati oculi iustorū. Formā quippe dei in q̄ patri dilectus erat aī cōstitutionē mūdī soli uidebūt paupes sp̄s, atq; mites, lugētes, atq; iustitia esuriētes, & sitietes miseriores, mūdī cordes, pacifici, & p̄sequitiōnē p̄pter iustitia patietes: vñ & i c̄clis regnabūt, & terrā uiuētū possidebūt, & cōsolabunt atq; saturabunt, & misericordiam cōsequēt, atq; deū uidebūt, & filij dei uocabunt, & ip̄s erit regnū cōlorū. Itaq; dixisse, & uideat claritatē quā dedisti mihi satis ad iudiciū futurae beatitudis. Videre nāq; est habere, imō uisio claritatis aeternae claritudo uideatū, & efficiēs claritatis eorū causa est, sicut hic idē Iohānes cū dixisset, filies ei erim? statim causam efficiētē subiūxit dicens: quō uidebimus eū sicuti ē. Iā ip̄s tribus exat̄is, s. obscuratione, oratiōe, atq; postulatiōe: quartū tandē subsequit, uidelicet gr̄ae actio, cū dicit, L. Pater iuste, & mūdus te nō cognouit, ego aut̄ noui te. Et q̄ cognouerūt, ga tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuū, & notū faciā, ut uideatū, qd̄ dilexisti me, in ip̄s sit, & ego in ip̄s. Hāc nāq; manifeste gr̄ae actio ē, q̄ iustitia p̄ris atq; misericordiā collaudat: q̄ uerū iuste actū est, ut creatorē suum mūdus ob culpā p̄supbiae cecatus non cognosceret, mūdus (inq;) cuius pars obscurissima dñi n̄ri sunt interfectores, misericorditer uero indultū ut lumē oculoꝝ suorū, s. dei filiū in humilitate suscipies mūdus, i. uniuersitas electorū, ad uisionē claritatis dei, rursus illuminatā faciem subleuaret. ¶ Ait itaq; p̄r iuste. Hic subaudiēdū est, ga facie tuā auertisti, uel grām tuā abscondisti a sapiētibus & prudentibus, i. sup̄bis. Quod p̄pheta in p̄sona gētis suae deplorās. Abscondisti (inq;) facie tuā & allisisti nos in manus iniquitatis n̄rae. Itē: Quare dñe fecisti nos de uis tuis errare, & q̄re cor nostrū indurasti ne timeremus te? &c. Et mūdus, inq; te nō cognouit, uerū digna cecatus contributione, ut eius p̄deret cognitionē, cuius nō receperūt dilectiōnē eius amitterēt auxiliū, cuius sp̄reuerē cōsiliū. Ego aut̄ noui te, ego (inq;) quē dicitur a deo nō eē, noui & dilexi te, & q̄ cognouerūt, ga tu me misisti, & testes mei sunt, ga qd̄ dedisti mihi (sicut supra dixi) abs te sunt: cōfite tes em̄ dicit, tūc credimus, ga a deo existi. ¶ Proinde te illos iudicatē dignos reuelatiōe horū, q̄ abscondisti a sapiētibus & prudentibus, ego notū eis feci nomē tuū iā in doctrina & uirtute signorū, & amplius notū faciā p̄ inuisibile sp̄s sancti potētā, ita ut i oēm terrā exeat sonus eorū, tua paternitatis enarrantiū gl̄iam. In q̄ em̄ notitia p̄ficiat nois tui, nisi in effusioe sp̄s sc̄l̄s. ¶ Unde & sequit, Vt dilectio, q̄ dilexisti me, in ip̄s sit, & ego in ip̄s: Dilectio hāc sp̄s sanctus est, q̄ filius patris ē, & filij diligit p̄r. Plane & indubitāter dilectio p̄ris & filij sp̄s sanctus ē. Ergo ut dilectio, q̄ dilexisti me, in ip̄s sit, & ego in ip̄s, idē est ac si dicat, ut sp̄s sanctus paracletus ad ip̄s ueniat, eosq; omnē ueritatē doceat: q̄ cū in ip̄s fuerit, ego q̄q; habitē in cordibus eorū p̄ fidē, & p̄ hūc dilectiōis sp̄m. ¶ Hāc p̄tōfex summus, propiciator ip̄s & p̄piciatoriū, facer dos & sacrificiū, pro nobis orauit, & uultus eius nō tūc amplius in diuersa mutati. Nō em̄ cessantibus uerbis ualidus cordis eius clamor cōquieuit, cū potius uerbis illis tm̄ significauerit, q̄ cā uelintē tione sustinere habet p̄tinus uincula, probra, alapas, sp̄ta, flagella, spineā coronā, crucē, clauos atq; lanceā, sellis & ceteri pocullū p̄ oia tacēs & nō aperies os suū. Cur em̄ factus in agonia, & prolixius orās sudauit, & factus ē sudor eius sicut guttae sanguis decurrētis in terrā: nisi ut ostendē, ofonē ipsam, quā eiusmodi sudore fundebat ad patrē, causam cōtinere, pro q̄ mox i cruce totū susurus erat suū sanguinē? Itaq; hac ofone declarauit rex & p̄tōfex, la tabūdus qd̄ em̄ in uirtute dñi, tristis tm̄ & anxius in infirmitate carnis, q̄li desiderio duceret ad torcularia passionis, & tu dñe (inquit Psalmissa) desiderii cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labioꝝ eius nō fraudasti eū uitam em̄ petijt a te & tribuisti ei longitudinē dierū in seculum, & in seculum seculi.

Mat. 24 Apoc. 1. March. 1

1. Iohā. 3

Matth. 11. Eia. 64

Iohā. 9 Iohā. 16

Psal. 18

Eph. 3. 1. Reg. 1.

Luc. 22

Psal. 20.

RVPERTI ABBATIS

TVICIENSIS IN IOHANNEM EVANGELISTAM COMMĒTARIOꝝ LIBER DECIMUERTIUS.



Rdinatus ac legitimus est huius summi p̄tōficus n̄ri habitus, & rite secundū legē uel ordinē, quē p̄scripsit sacerdotij sui participibus, in sc̄l̄a sc̄l̄oꝝ spectabilis & auditu dignus ingredit. ¶ Nā ut cetera nūc omittā p̄tōficalis habitus legitima claret, ga fines tunicae sacerdotalis b̄n̄ fibi sp̄ialr̄ cōposuit, q̄les fieri iussit in exterioris legis l̄ra. De orfuro (inquit) ad pedes tunicae p̄ circuitū q̄si mala punica, facies ex hyacintho & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medijs tintinnabulis, ita ut tintinnabulū sit aureū & malū punicū. Rursumq; tintinnabulum aliud aureū, & malū punicū & ueliet ea Aaron in officio ministerij ut audiat sonitus q̄n̄ ingrediet & egrediet sancta sc̄l̄oꝝ in conspectu dñi, & nō morietur. ¶ Qui sunt fines tunicae sacerdotalis, nisi extrema, & q̄bus nūc loquimur uita dñi n̄ris

Habitus summi pontificis Exo. 28

Quae sunt mala punica valde rubentia, nisi eius, qua maior nemo habet, charitatis opor...

Heb. 9

Matth. 26. Mar. 14. Lucae, 22

Pfal. 36.

Pfal. 68.

Praterea

Praterea, quia deus q solus verus e, cu homine que assumpsit vna psona e, recte dicentibus se...

Roma. 1 Iniquas Iudae Roma, 2

Sapient. 8. Job. 40.

Iohan. 17. Efa. 8

Pfal. 38. Iohan. 17. Heb. 4. Mat. 26. Lucae. 22. Roman. 11. Psal. 23. Luc. 22

Quē vcz gladiū is q nō habet sacculū, vedita tunica emere debet, qā pfecto tpe psecutiōis qto quisq ā facultatibus seculi magis nudus ē, tāto ad p̄dicādū dei verbū fortior atq; p̄p̄tior est, sc̄q; exuendo rebus mūdi, melius accingit gladio fortitudinis. At ille q habet sacculum tollat, similit̄er (ingt) & perā, qā vcz tali in tpe, q̄le tūc erat, q̄ p̄dicātē nemo audit, & proinde multo minus pascit, ip̄m sibi quēq; providere oportet, qā de euāgelio viuere nō pot. In his & in ceteris, vbi cūq; supra intellectū discipulorū dñs & mgr loquitur, nō ip̄e difficultatis, sed discipulus tarditatis arguēdus ē: velut iste Symon Petrus, q̄ adeo carnaliter intellexerat illud qd idē de gladio cōparādo fuerat locutus. Dñs nāq; sanctū (vt par erat) scripturā honorabat, se cū dū ipsam loquēs, & illū cōmēdās gladiū, de q̄ in lege scriptū est. Et gladius meus deuorabit carnes. Irēq; in psal. Accingere gladio tuo sup fœmur tū potētissimē. Et talia q̄ plurima. Dixit ergo Iesus Petro: Conuerte gladiū tuū in vaginā. Calicē, quē dedit mihi p̄r, non bibam illum. Ergo (ingt) quia Petrus importunū & iniuū gladiū duxerat, & nō legitime percusserat, Conuerte (ait dux & mgr iusti plij) gladiū tuū, tuum (inquā) & non meū, in vaginam & in locū suū. Et eundē sensum q̄ dudū dixerat idē Petrus, abhīta te dñe, non fiet hoc, qā passus se pronūtiauerat, eundē (inquā) sensum nūc in gladio s̄ uientē increpat, dicēs: Calicem quē dedit mihi p̄r, non bibā illū. Hoc etiā p̄m q̄ passionē mortis calicē appellat, sc̄dm scripturas loquitur, q̄ tribulationē noie aque vel torrens appellare cōsueuerūt, vt est illud in p̄sona eius dictū. Saluū me fac deus, quō intrauerūt aqua vīq; ad aīam meā. Itē: De torrēte in via biber, propterea exaltabit caput. Hūc sanē calicē dedit illi p̄r, qā vcz nō hoim arbitrio, sed p̄r p̄cepto passus ē. Dedit (inquā) illi vt p̄r, non vt iudex. i. amore, non ira: volūtate, non necessitate: gratia, nō vindicta. Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorū cōprehēderūt Iesum & ligauerūt eū. Ergo qā nō poterat trāsire calix quē dederat p̄r, nisi obediens filius biberet illū, cōprehēderūt (inquit) Iesum, vcz quō t̄bra potuerūt, q̄ nunq; lucē cōprehēderūt. Cōprehēderūt (inquā) & ligauerūt, qā sola hęc erat potestas t̄brarū, vt cōprehēderēt ad ligandū quē cōprehēdere non merebant ad intelligēdū. Ita cōprehēderūt hora sua, hora vna & potestate momentanea, qā vcz post hac, lucē cōprehēdere nusq; vlla t̄bris erit potestas. Cōprehēderunt, inquit, & ligauerunt. O nimis horrēda temeritas p̄ctōrū. Ergo cūlctores isti, q̄ salutē & m̄sam ligauerūt, cū (inquā) isti fortes phreneticū, q̄ medicū sic artauerūt vhlūtes & iugētes mirant, q̄ hostes sibi locū & gētē tulerūt, & sanctificationē conculcauerūt. Verbi gratia, cū dicit sc̄dm Esaiā, vbi est qui eduxit eos de mari cū pastoribus gregis sui, vbi ē qui posuit in medio eius sp̄m sancti sui, qui eduxit ad dexterā Moīen brachio maiestatis suæ, &c. respondeat illis vtrūq; maiestatis suæ brachiū eē ligatū, & idcirco nullū p̄bitū auxiliū. Et quia liberatoris sui manus nō solū ligauerunt, sed etiā clauis confixerūt, cū item plorantes legunt, ciuitas sancta tua facta est deserta Sion, deserta facta ē Hierusalē, desolata domus sanctificationis nr̄e, & gloriæ nr̄e vbi laudauerūt te patres nr̄i: nūquid sup his continebis te dñe, respōdeat, oportere se cōtinere manus suas, exp̄dī em̄ (inquit) manus meas ad populum increduū, & reliqua. Ceterū nobis q̄ credimus, manus illa sic ligata vel exp̄sae in cruce plus operatur, quā vcz fortē armatū, haētenu atriu suū custodiēt, & sua in pace possidēt, alligauerūt, & palā cōfigētēs atq; triūphaliter traducētēs chyrographū peccati deleuerūt. L. Et ad duxerūt eū ad Annā primū, erat em̄ socer Caiphas, qui erat p̄r̄t̄fex anni illius. Erat autē Caiphas, qui consiliū dederat Iudæis, quā expedit vnū hoim mori pro populo. Sicut paulo p̄r dixerat dñs discipulis suis: Amē amē dico vobis, qā plorabitis & flebitis vos, mūdus autē gaudebit. Oportebat vt gauderēt inimici veritatis, & gaudiū cōdicarent inuicē de victoriā huius diu p̄r̄optatæ captiōis, & idcirco captū atq; ligatū illum, opprobriū circūferre fecerunt, ad Annā primū, deinde ad Caiphā, deinde ad Pilatū, deinde (vt Lucas testat) ad Herodē, deinde rursum ad Pilatū. Et ita qd fecerūt, q̄si honore inuicē p̄ueniētēs: reuera autē sacrilegū suū manifesto & cōmuni cōsensu corroboratēs, ne vcz q̄ apud Romanas leges vnus, si solus vide retur sceleris author, notā vel accusationē sustineret. Causam cur eū duxerūt ad Annā primū, euāgelista subiunxit dicēs: Erat em̄ socer Caiphe, q̄ erat p̄r̄t̄fex anni illius. Amplius autē addēdo, erat autē Caiphas q̄ cōsiliū dederat Iudæis, qā expedit vnū hoim mori pro populo, volūtate ipsius Caiphas indicat actū, vt duceret ad Annā primū, vcz ne apud hoīes totā inuidiā sustineret, si primus ipse q̄ cōsiliū dederat, primus etiā cōdēnaret. L. Sequebat autē Iesum Symon Petrus & alius discipulus. Discipulus autē ille erat notus pontifici, & introiit in atriu pontificis. Petrus autē stabat ad ostiū foris. Seq̄bat autē Petrus, sed ā longe, vt alij euāgelista testant. A longe (inquā) sequebat, nō t̄m pedū incelsū, quātū pauidā metis habitū: ga iuxta veritatē eius qui dixerat, q̄ ego vado, nō potes me modo sequere: vntē ad passionē, magistrū & dñm nō dū valebat imitari. V ex q̄ modocūq; seq̄bat t̄m, vt videret finē: timidus q̄ dē, sed piā pro dño gerēs sollicitudinē. Alius discipulus, fortassis ipse est q̄ scripsit hęc, de q̄ nō dubitauerūt qd āfferere, qd fuisset nobilis, vñ & notus erat pontifici. Modū t̄m nescimus eius nobilitatis, sed hoc vnū ex euāgelio certū tenemus, q̄ filius fuerit Zebedei, ne de curia, sed de p̄scaoria cū fratre suo Iacobo vocat, & relictis retibus & patre, dñm secut⁹ sit. Quātūq; t̄m ex causa

Deuter. 32
Psal. 44

Matt. 16

Calix p̄ passione mortis.
Psal. 48
Psal. 109

Esa. 63

Esa. 64

Esa. 65
Lucæ. 11
Coloss. 2

Ioh. 16

Lucæ. 23

Annas & Caiphas.

Ioh. 13

ex causa pontifici fuerit notus, sequētia videamus. L. Exiit ergo discipulus ille, qui erat notus pontifici, & dixit ostiarij, & introduxit Petrus. Meminisse libet hoc loco miraculo longe superioris, quo discipulis in mari laborantibus (erat em̄ uentus cōtrarius, & nauicula iactabatur in medijs fluctibus) uenit dñs quarta uigilia ambulās sup aq̄s, & Petrus ad uocē eius uisitō se ingerens, ambulās q̄ ipse supra mare, ut ueniret ad Iesum, uenitē uento ualido, timuit, & p̄ ne submersus, manu dñi retētus est. Hic em̄ uere sup aquas dñs, licet in magna tēp̄tate, sup aquas in quā, uere ambulabat, discipulis in mari laborantib⁹, quia scandalū patiētibus aplis, & fuga disp̄s, ipse p̄ arbitrio suo tribulationē patiebat, imp̄turbatus, i. carne quidē infirma, sed p̄p̄tō sp̄i, mox uictor quocūq; mortis futurus. Ambulabat & Petrus sup aq̄s, ut ueniret ad Iesum, quia pristinē dilectiōis memor, q̄ dixerat animā meā prote ponā, adhuc p̄ fidei modo dice audaciā seq̄batur longe post Iesum. Sed uidit uentū ualidū uenientē, & timuit, timēdone gauit, negāo absorptus est, nisi quia cōuersus dñs, ut ait Lucas, respexit Petrus, & eodē respectu, q̄si manu ap̄prehēdit, flentē restituit in gradū pristinū. Et uñ uenientē uidit uentū ualidū: Sequit, L. Dicit ergo Petrus ancilla ostiaria: Nūquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nō sum. Si ad ostiariā spectes, parua nubecula est: si autē ad illud cōciliū malignitātis, propter qd timuit Petrus proteruū ancillę huius crepitū, uentus ualidus est. Nihilominus t̄m redarguta est infirmitas Petri, quia dū mori timuit, uitā negauit, ita cribrator ille ap̄los. Satanā sibi prouidit, ut tēratōis artificij inciperet ad fœmina, qui sexus in paradiso prothoplasto deceptionis extitit naua. L. Stabat ergo serui & ministri ad prunas, & calefaciebāt se, qā frigus erat. Erat autē cū eis stans Petrus, & calefaciēs se. Frigus erat, ut interdū circa uernū æquinoctium fieri solet, & frigidescē negator Petrus, frigidorū homicidarū & inimicorū Chrii fœco fouebatur. Tali utiq; Petrus cōparandos arbitramur eiūdē Petri uicarios, sacerdotēs uel pontifices summos, quoties p̄ctōrū diuitijs assidētēs, auide delectant, gladio uerbi deire cōditō, illud oblitū qd ait Psalmista: Melius est modicum iusto sup diuitias p̄ctōrū multas. Putant em̄ se q̄si Petrus, q̄si fuit in auditorio Neroris, fortes clauicularios cœli, s̄uōq; arbitrio regnū cœlorū claudi uel aperiri, cū munera libenter accipiētēs, & propter illa ueritatē reticētēs, tali Petro potius similes sunt, q̄lis apud istas testidens prunas, uitā perdidit, quia uitā authorē negauit. L. Pontifex ergo interrogabat Iesum de discipulis suis, & de doctrina sua. De discipulis suis interrogabat eū, & de doctrina sua, uidelicet qui essent discipuli sui, & quē esset doctrina sua. Interrogātis autē hęc erat intentio, ut si palā omni cōcilio firmaret qd docuerat, scilicet se esse filiū dei, mox ex cōsultō cōsequeretur iudicatio, quia blasphemauit, reus est mortis. Nā si falsi testes cōstituti essent, ut Matthæus ait, & multa dicerent q̄ cōuenientia nō erant, princeps sacerdotū ait illi: Adiuro te p̄ deū uiuū, ut dicas nobis si tu es Chrii filius dei, igitur de doctrina sua interrogabat, i. de eo q̄ filiū dei se esse docuerat. L. Respondit ei Iesus: Ego palā locutus sum mundo, ego tempore docui in synagogis & in tēplo, quo oēs Iudęi cōueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quid dixerim ego. Tanq̄ dicerent ille de causa necessario requiritur, cuius cū de facto cōstet, facti t̄m modus nescitur, uerbi gr̄a: Necessario requiritur esse Achar ab Iosue dicente: Filium da gloriā deo, & iudica nobis quid feceris, quia uidelicet cū forte dephensus fuisset, qd cōmunis cā mali esset, nō etiā fors eadē declarauit, quid criminis admisset: Ego autē (inquit) cuius cā nunc ā te tota in doctrina cōstituit, palā locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil, subauditur eoq; de quibus nunc interrogas. Quid me interrogas? Nēpe si dixerō, nō credetis mihi: si autē interrogauerō, nō respōdebitis, neq; dimittetis. Peris lege uel motē iudicij, qā nō cōēdit cuiq; ut in legitimo iudicio sibi met sit testis, interroga eos qui audierūt, ecce hi sciūt q̄ dixerim ego. Hęc cū dixisset, unus assistentiū ministrorū, de dit alphāesu, dicēs: Sic respōdes pontifici? Ecce iste fortis p̄cussor & mollis adulator, fortitū illoq; robustū se ostētauit, de quibus dñi Chrii sp̄s p̄ prophetā in p̄sonā ipsius cōquerēs: quia ecce inquit, ceperūt animā meā, & irruerūt i me fortes, neq; iniquitas mea, neq; p̄ctū meū. Qui em̄ sunt isti, nisi sal. so fortes & ueraciter lauidi & imbecilles, qui sic irruerūt in dei fortitudinē, mortuos fuscitāt, sicut irruit phreneticus i medicū curare uolētē: Eos ergo qui male fortes erāt, de p̄cipuis est hic unus cerebrosus, qui t̄m proterue irruit in hominē sanitatis & ueritatis uerba loquentē, ut uere insanus, & pro dño suo p̄r̄fice, ut suū illi custodiū cōmendaret, nō fortiter, sed stulte zelatus. Poterat quidē brachiū dñi reuocare percussorē, nec eū solū, sed etiā illū, quē tā rigidus stipes fusciebat, statim subuertere parietē dealbatū, i. dñm ipsius falso p̄r̄fice appellatū. Sed accepit iniuriā, seruauit patiētīā, reddidit doctrinā. Nā sequit, L. Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, restitui tibi phibe de malo: si autē bene, cur me cedis? S̄ uauiter quidē & mansette dicitū, sed iustissime inuentū, & grauissime est prolatū: Quid inquit me cedis bene loquentem, quē etiā si male locutus fuisset, nullā nisi iustus cōdēdi haberes potestātē, imō nec p̄ceptū siue potestātē accipere equū esset, nisi dicta prius cā, & ā censorib⁹ libra sententiā: Tuū quippe erat, si male locut⁹ fuisset, accusare causāq; dicere, q̄ pbares malā eē locutionē. Igit cū p̄ se satis fit iniustus, ut adhuc iustus p̄turbas hoc p̄s auditoriū. L. Erat em̄ Annas ligatus ad Cayphā pontifem. Voluntate Cayphę ad Annā primū duct⁹ fuerat, eoq; socer illius esset ipse autē

Mat. 14

Mat. 15

Lucæ 22

Gen. 5

Psalmo 50

Mat. 26

Iosue 7

Lucæ 22

Psalmo 98

Esa. 40 et 44
Act. 23

querit regnū meū. Quod ita sit, probatiōe nō indiget, q̄a p̄picū est, palam oībus ē. In q̄r̄a it
L. Si de hoc mūdo eēt regnū meū, ministri mei vtiq; decerant, vt nō traderet Iudæis: Nunc
aut regnū meū nō est hinc. Ministri (inqt) de hoc mūdo pro me decerantes, habere, si re-
gnū meū de hoc mūdo fuisset: Nūc aut nullus ē de hoc mūdo minister, nullus est q̄ de hoc mū-
do pro me deceret. Ergo regnū meū nō est hinc. Hoccine ē de hoc mūdo regnare, cōca-
oculos aperire, surdis auditū, claudis gressum reddere, mortuos suscitare, paupib; euāgeliza-
re, & pro hōi tanq; latronē cōprehēdi, ligari, a diaboli caedi, illud atq; conspuī. Dixit itaq; ei
Pilatus: Ergo rex es tu? Hoc em̄ rōnalis hō cū eēt, videbat cōseq; vt si regnū eius nō ē hinc,
aliunde sit: Et vndecūq; regnū, regnū vtiq; sit. Idcirco p̄ cōclusionē inferēs. Ergo (inqt) rex
es tu? Itaq; p̄posuit accusator Iudæus, assumpsit Ch̄s, cōclūsit Pilatus. L. R̄ndit Iesus tu dicitis,
q̄ rex sum ego. Tu (inqt) hoc dicitis, tu pro crimine hoc mihi iā dudū obijcis, tu pro causā hac
ad tenēdū me, cohortē & tribunū cū Iudæoz; ministris misisti. Ego aut cām non negaui, sed
hoc dixi, q̄a regnū meū nō est hinc. Si v̄z; q̄reres si veritatē amares, me dicētē, q̄a regnū meū
nō est hinc, interrogare & dicerē debueras vñ sit. Quod q̄a facere cōtinēs, ecce nūc vltro di-
co tibi vñ sit: Ne me interficiēdo, glorieris, te defendisse terminos Cæsaris. L. Ego in hoc na-
tus sum, & ad hoc veni i mūdū, vt testimoniū phibēā veritati. Oīs q̄ est ex veritate, audit vo-
cē meā. Hæc dicēs dñs, manifeste cōsonat prophetiā, q̄ in p̄ona eius loq̄tur Dauid. Ego aut
cōstitutus sum rex ab eo sup̄ Sion motē sanctū eius, p̄dicās p̄ceptū eius. Qd̄ est p̄dicare p̄ce-
ptū eius, hoc ē, testimoniū phibere veritati. Illic, ego (inqt) cōstitutus sum rex ab eo ad hoc,
vt p̄dicē p̄ceptū eius: Hic aut, ad hoc (inqt) ego rex natus sum, & ad hoc veni in mūdū, vt tes-
timoniū phibēā veritati. Et subiūgit. Oīs q̄ est ex veritate, audit meā vocē. Tātæ altitudi-
nis, tātæ sunt hæc dicta fortitudinis, vt neq; Pilatus attingere, neq; alius aliq; regni celestis
inimicus ea cōuolare possit. Quid em̄? Diceret iste, q̄libet mēdax Cæsaris Spartarius, dñm suū
magne Romæ principē, nolle quēpiā in hoc nasci, vel ad hoc in mūdū venire, vt testimoniū
phibeat veritati, detrimētūq; honoris eius eēt, si q; militū ipsius audiat vocē testimoniū phibē-
tis veritati: Hoc nāq; mō caput p̄cipis nō defensionē p̄tereret, sed grādū detestatiōis obruer-
ret. Veritatis ḡppe nomē amabile ē. Et honorabile illud ē, hūana sp̄te natura cōsentit, & li-
cet significati eius neq; simi nebulones oderit, th̄ ipm̄ ei nomē nulli vñq; detestari licuit. Itaq;
victus & deficiēs. L. Dicit ei Pilatus: Quid ē veritas? Et cū hoc dixisset, iteq; exiuit ad Iudæos,
& dicit eis: Ego nullā i eo inuenio cām. Vc; experimēto didicerat nihil eē in illo, vñ interfe-
cto eo semetipm̄ defendere posset, si de supplicio eius iniustā sumpto apud Cæsare illū accu-
sari cōtingeret: Quippe q̄ iustus oīm princeps & iustitiā rex, induerat pro thorace iustitiā
& acceperat pro galea iudiciū certū, & ita sumpsit scūtū in expugnabile aq̄tatē, vt eū nul-
latenus in sermone capere possent. Ait ergo in siti sanguinis cenā frustrata crudelitatis. Ego
nullā inuenio in eo causam. Et adiecit. L. Et aut cōsuetudo vñq; dimitti vobis in pascha. Vul-
tis ergo dimittā vobis regē Iudæoz;? Hoc dixit certū habēs, qd̄ respōsuri eēt. Sciebat em̄,
quod p̄ inuidiā tradidissent eū. Nūquid si nō eiusdē & ipse volūtatis eēt, rem totā tam p̄m̄
in illoz; inuidētium arbitrio poneret, & nō potius vteretur illa potestate sua, de qua postmo-
dum dicturus est. Nescis quā potestatem habeo dimittere te, & potestātē habeo crucifige-
re te? Simulq; illud cōsiderādū est, qd̄ camino iā satis ardētī, quasi stillā olei sciētēr iniecit, dū
sciens, qd̄ p̄ inuidiā tradidissent eū, ipsū, propter quod inuidebant, nomē illis obiecit dicēs
Vultis dimittā vobis regē Iudæoz;? L. Clamauerūt rursūm oēs dicētes: Nō hūc, sed Barrabā.
Erat aut Barrabas latro. Rursus (inqt) clamauerūt, iā em̄ semel clamauerāt, dicētes: Nisi eēt
hic malefactor, non tibi tradidissimus eū: Et nūc iteq; clamāt, nō hūc dimittas nobis, sed Bar-
rabam. Hoc multū clamauerunt, & in excelsum vociferati sunt. Iste est clamor, de q̄ dñs p̄t
propheta: Ecce expectaui (inqt) vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas: Et iustitiā, & ecce clamor
Quia sic futurus erat, vt occideret saluatore, & serualet latro. P̄cipit, imō sic mystice prophe-
tat lex Mosi. Suscipiet ibi sacerdos ab vniuersa multitudine filioz; Israel, duos hircos p̄ctū
& stare faciet corā dño in ostio tabernaculī, mittēs sup̄ vtrūq; fortē. Vñ dñs, & alteram ca-
pro emissario. Cuius fors exierit ad dñm offerret illū pro pctō: cuius aut in caprū emissarium,
statuerit eū viuū corā dño, vt fundat p̄ces sup̄ eo, & mittat illū in solitudinē. His ritibus celebratis,
offerret illū, & rogās pro se & pro domo sua, immolabit eū. Hic ritus propheticus ecce cō-
pletus ē. Qui nā sunt duo hirci, nisi Chr̄s saluator mūdi, & Barrabas author seditiōis? Salua-
tor nēpe, & si secūdum suā innocentiā verus ē, & erat agnus dei, atq; secūdū iniquitates oīm no-
strum, q̄s vt propheta testat; Deus in eo posuit, quasi hircus exstitit, Barrabas aut, nō alienus,
sed suis pctis hircus ē, quē p̄tus ille male fortitus huic p̄posuit, q̄ venit tollere pctā mūdi.
Exiuit ergo fors ad dñm sup̄ hircū n̄m, ad ipsos aut fors exiit in hircū illū scētidū. i. Barrabā
seditiosum, q̄ emissarius illis factus ē, & in solitudinē. i. in gētē illā a deo desolatā dimissus &
reseruatus est. Noster aut hircus. i. saluator n̄ Chr̄s, rogās pro se & pro domo sua, q̄ sumus
nos, libēs immolatus ē. Erat aut (inqt) Barrabas latro, q̄ (sicut ali; Euāgelistæ referūt) pro-
pter se-

Opa Christi. Matth. 11

Psal. 2. Rñio Christi cūctis regib; irēphēabilis

Sapient. 7

Pilatus eius dē. uolūtatis erat est Iudæ is cōtra Iesū.

Matt. 27

Clamor Iudæ orū antea p̄ dictus. Efaia. 7

Leuiti. 16 Mysteriū 3 de duob; hircis.

Duo hirci, Ch̄s & Barabab. Efaia. 73

Matt. 27 Marci. 17

per seditiōē & homicidiū missus fuerat in carcerē. Hmōi hōiem dño & regi dei filio p̄ponen-
tes. Hoc etiā clamauerūt, dicēte Pilato: Quid igit faciā de Iesu Nazareno. Sanguis aut sup̄ nos
& sup̄ filios n̄os. V̄z; igit gēti peccatrici, p̄p̄o graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis: q̄
petierūt vig; homicidā donari sibi, authorē vero vitæ interemerūt. Iuste p̄pter hoc ipm̄ sediti-
onibus & homicidijs perituri, q̄a principē pacis dederūt pro authore seditiōis, & filii dei cō-
eoz; n̄si diabolus quē imitant; Die q̄ ipse dñs cū dixisset: ego q̄ vidi apud patrē meū facio. Sta-
tim ex opposito addidit, & vos q̄ vidistis apud patrē vestrū facitis. Merito ergo hæreditate pos-
sederūt seditiōes & sanguinē homicidij, tātis calamitatibus inuoluēdi, q̄tis satis declamare nul-
& flagellauit. Grāde spectaculū mūdo, & angelis & hoībus, vt ā seruis pcti princeps libertatis
seruilibus modis concideret. Sed nos (inqt p̄pheta) luore eius sanati sumus, Perpicuū nāq; est
q̄a & aīa vere doluit pro nobis, & corpus flagellatū atq; laceratū, signa iniuriæ in vibicibus ac li-
nore portauit. L. Et milites plectētes coronā de spinis, impoſuerūt capiti eius, & veste purpurea
circūdederūt eū, & veniebāt, & dicebāt ei: Aue rex Iudæoz;. Et dabāt ei alapas. Hæc illi qd̄
ludēs crudeli ioco fecerūt, sed ā virtute & sapia dei magno Ch̄o rege cuncta serio suscepta,
imō vt sterēt vtrūq; puīsa sunt. Singulæ nāq; derisiōe, singulæ plagæ vel p̄cussioēs, grādē vocē
habuerūt, & oīa pro nobis iustitiā locuta sunt. Cū em̄ sanguis proclamet in celi de terra, q̄ape
ruit os suū, & suscepit eū de manu Iudæoz;. Spina q̄q; & vestis irrisoria, cæteræq; iniuriæ sine
dubio pclamāt in coeleste p̄pitiatorū, & credētibus in eū potēter impetrāt remissionē pctōz;
Per spineā ergo coronā illud visibilē q̄q; significāt, qd̄ de illo propheta p̄dixit: Et pctā n̄ra ip-
se portauit. Spina nāq; pctā designāt, q̄ animā p̄gūt & lacerāt. Nā & propter pctm̄ hōi datē
sunt, dicēte dño ad Adā: Cū opatus fueris terrā, nō dabit fructus suos, sed spinas & tribulos ger-
minabit tibi. Sed & qd̄ chlamyde coccinea cū illuderet nō dedignatus ē circūdari sibi. Nūq;
nō cōgruit illi, q̄ propter nos in passioē sua fungebat, ministerio charitatis? Coccus em̄ coloris
ignei, q̄ in tabernaculo dñi offerri, & in veste sacerdotali bis tinctus iubeat assumi, geminā signi-
ficat dilectionē, dei & proximi: q̄a fit, vt quicq; offerimus, ignitū & q̄si bñ coloratū corā diuis
placeat cōspēctibus. Ipse aut propter nimiam charitatē suā, q̄ dilexit nos, bibit calicē passiois, si-
cut ipse, vt cognoscat (inqt) mūdus, q̄a ego diligo patrē, & maiorē charitatē nemo habet, q̄ vt
animā suā ponat q̄s pro amicis suis. Igit huic regi n̄o chlamys coccinea bñ congruebat, vt ipso
habitu se illū eēt ostēderet, q̄ in lege significabat, p̄ vitulā ruffam: cuius corpus pro pctō iubebat
extra castra cremari, & cinis eius in aq̄ cū hyssopo sup̄ pplm̄ aspergi. Harūdinē q̄q; siue calamū
ab illudētib; accipere non recufauit in manu sua, qd̄ sacrilegiū scriberet Iudæoz;, siue vt venenata
interficeret aīa. Habebat nāq; in manu sua virgā. i. suā in propria ptate animā, vt volēs po-
neret atq; iteq; sumeret eā. Et sicut Moses corā Pharaone suā proiecit virgā, q̄ versa est in colu-
brū, deuorauitq; versas in colubros virgas Magoz;, iterūq; rediit in virgā. Sic ipse nūc suā qd̄
modo positurus erat aīam, vt descēderet i morte, q̄ p̄ colubrū intrauit in mūdū, colubrosq; Ae-
gyptioz;. i. mortes absumeret pctōz;, atq; iteq; in virgā. i. in potestātē rediret pristina. Cū in
tali habitu rex Iudæoz; adoraret vel saluaret, si tūc eēt t̄ps loq̄ndi, & nō magis t̄ps tacēdi, pote-
rat veraciter iā prolog & dicere, qd̄ serio sibi deberet omne genu curuari, & ipm̄ oīs lingua cō-
fiteri. V erunt, si tacebat ipse dū pateret, clamabar & adhuc clamare nō desinit propheta ipsius
Viuo ego dicit dñs, q̄a mihi curuabitur omne genu, & cōfitebit oīs lingua. Igit virtus & sapia
dei cū illudif, cū cūta serio rōnabilēq; suscepit, & datib; alapas faciē suā nō auertit. Sequit L. Exiit
iteq; Pilatus foras, & dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoscatis, q̄a in eo nullam cau-
sam inuenio. Quantūuis coactū te simulas damnate, & æterni incēdij stipula, non tibi eductum vel
lesum, & sic locuto ita crederet Romana seueritas, vt taceā de iustitia diuina, quō credēdum vel
creditū fuit post hæc tribuno felicis p̄sidis, tuo forsitan exēplo p̄docti, q̄ Paulū aplm̄ non molli-
& frigida defensionē, sed manu militari a rabie Iudæoz; eripuit. L. Exiit ergo Iesus portās spineā
coronā, & purpureū vestimētū, & dicit eis: Ecce hō. Talis exiuit, & nō erat ei spēs neq; decor,
& aspectus eius in eo nō erat. Ecce (inqt) hō. Intentionē qd̄ dicētis & sensum irridētis detesta-
mur, sed vocē amplectimur & dicimus, q̄a vere hō, q̄a cū deus esset, in similitudine hōim factus est
& habitu inuētus vt hō. Cū ergo vidissent eū p̄tiffices & ministri, clamabāt dicētes: Crucifi-
ge crucifige eū. Ita p̄tiffices petulci, q̄e vt ministri eoz;, dilatauerūt os suū. Euge euge (in-
quūt) viderūt oculi n̄ri. Hactenus bñ actū, qd̄ nūc restat exequere, crucifige crucifige eū. L. Di-
cit eis Pilatus: Accipite eū vos, & crucifigite eū. Ego em̄ nō inuenio in eo causam. Timebat
em̄ (vt antea iā dictū est) ne qd̄ futurus erat) pullatus in iudicio Cæsaris, sustineret molestiā, non
hīs quā de inperfectioē eius redderet causam. L. R̄nderūt ei Iudæis: Nos legē habem; & scdm̄ legē
debet mori, q̄a filii dei se fecit. Præuaricatores legis, dū gētilē hōiem secuz; reddere vultis
q̄ legis scūtū offeritis, & iniquitas v̄ra mēta est sibi. Nō em̄ scdm̄ legē debet mori, q̄ filii dei se
esse asserit, sed p̄pheta q̄ salum loquit in noīe dñi, mēdaciū cōuictus, nō subseq̄nte effectū ser-
monis. L. Cū ergo audisset Pilatus hūc sermōē, magis timuit. Timuit plane, sed nō p̄cenu-
Bb dincm

Mat. 17 Efa. 1.

Efa. 2 Ioh. 8

Cap. XIX.

Efa. 59

1. Corin. 1

Gene. 4

Spinea coronā, nostra pec- cata erant. Efa. 73 Gene. 3

Exo. 27. 28 Epha. 2 Iohan. 19

Nume. 19

Harundo de; signat animā Christi. Ioh. 12 Exo. 8 Sap. 2

Eccle. 3 Phil. 2 Efa. 54

Simulator Pilatus Acto. 23

Efa. 53

Phil. 2

Psal. 34

Ro. 2 Psal. 26 Deut. 18

Mat. 27 dinē gessit iniquā, p flagiēte sibi aīo magnitudinē futuri mali, p̄sertim ga iā miserat ad eū vxor eius, dicēs: Nihil tibi & iusto illi, multa em̄ passā sum hodie p visum propter eū. L. Et ingressus est p̄toriu iteg, & dicit ad Iesum: Vnde est tu? Iesus autē r̄spondit nō dedit ei. N̄ nimis oportuno rpe hoc interrogabat, q̄ tps maxie tacēdi tūc erat, & ipse audire indignus erat, q̄ nō credere volebat. Præterea, q̄ iā eūdē agnū dei male tonderat, i. flagellauerat, ideo corā illo iuste obmutescēbat, & nō aperiebat os suū. L. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loq̄ris? Nescis q̄ p̄tāte habeo, crucifigere te, & p̄tāte habeo, dimittere te? Igit̄ d̄ Pilate potēs, & robusta nimis p̄tāte hās, ex ore tuo iudicaris, sed solū apud deū, sed etiā apud hoies reus teneris: q̄ videlicet innocentē & iustū, cū dimittere posses, crucifigere maluisti. ¶ Modicū sustine, neq̄ festines, dicens, Mihi nō loq̄ris: loquet̄ em̄ tibi postmodū, & dicit vnde sit. Dñs nāq̄, q̄ nūc infirmus sub tua potestate tenet, sicut fortis egrediet̄, sicut vir p̄liator suscitabit zelū. Vociferabit̄ & clamabit sup te, & sup oēs inimicos suos cōfortabit̄. Tacui dicit, semp̄ silui, patiēs sui, sicut parturies loquat̄, vnde sit. Ego (inquies) cōstitutus sum rex ab eo sup̄ Sion monte sanctū eius, p̄dicās p̄ceptū eius. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc infurorē tuo loquet̄ tibi & cūctis regibus terræ & principib⁹, q̄ conuenerūt aduersus dñm & aduersus Ch̄m eius. Porro, q̄ dicere tibi noluit v̄t sit, de tua p̄tāte q̄ d̄ r̄deat, audi. L. Nō haberes aduersus me p̄tāte vllā, nisi tibi datū eēt desup. Nō (inqt) p̄ dñm tuū Cæsare, neq̄ p̄ istos, q̄ clamando, crucifige crucifige, cōfortat̄ brachiū tuū aduersum me, sed ab eo q̄ d̄ sup oēs hoies est, datā tibi aduersum me potestāte habes. Nā nisi illud, vnde ego sum, teneret manū dexterā meā, & in volūtate sua deduceret me, poterā ego saltē respicere te, & vnus vocis ferrea virga, tanq̄ vas sigilli cōstringere te. Ergo q̄ traditus sum desup (tradidit em̄ me, nec proprio silio suo pepercit p̄r) nō glorieris tu; q̄ nō tua p̄tās, sed sup̄na p̄missio ē. ¶ Præterea nec vere p̄tās, quā in me exeres, sed q̄ d̄ dā latrocinii est, Nō est em̄ p̄tās, nisi a deo. Quæ ibi tantūmodo iure valet, vbi culpa est. V is hō nō timere poterat, bñ fac, & habebis laudē ex illa. Si autē male egeris, time. Tu si absente culpa, sēp̄ & occidēs, latrocinii agis, homicidii facis, & proinde reus p̄tāti superioris subijceris. Si desup p̄mittit tibi p̄tāte abuti, noli gloriari, q̄ nō relinquet dñs virgā, i. non p̄manere sinet potestāte p̄cōs sup̄ fortē iustoz. Nunq̄ gloriabit̄ securis cōtra eū q̄ secat in ea? An exaltabit̄ terra cōtra eū a quo trahit̄? Ecce irruisti in me fortes, & neq̄ iniquitas mea, neq̄ p̄ctm̄ meū. Idcirco p̄tās ista dū crucifigis me, nō vere p̄tās, sed vere timidū latrocinii est, q̄ d̄ tu exple re nō posses, nisi posse tibi datū esset desup. L. Præterea q̄ tradidit me tibi, maius p̄ctm̄ habuit. ¶ Quare? Videlicet, q̄ ille legē accepit, & nō nesciēs, sed inuidēs abuti p̄missio dei tu vero eubimodi legē nō accepisti, & proinde nō tanta tibi q̄ta illi inasp̄ctia vel malignitas est, odisse sapiam, vel nescire facta dei. Sap. 2 Tu ignoti hois sanguinē fundēs, homicidii facis: ille regē & dñm suū ad mortē tradēs, cū homicidio sacrilegiū q̄q̄ admittit in eū, quē patribus suis promissum, haētens expectauit, & ipsam expectationē eius profitef signo circūcisionis q̄d accepit, facitq̄ occidēdo, vnde se in p̄phetis accusat legēdo. Sequit̄. L. Et exinde q̄rebat Pilatus dimittere eū. ¶ Exinde (inqt) q̄rebat, nā antea nō q̄terat. Quid ergo q̄si dānationē eius recusans, tm̄ clamauerat, nisi q̄ simulator, & metudax erat? Sed nūc vbi manifestā eius innocentia cōpererat: q̄ppe quē nec in sermone de noīe regis vllatenus capere potuerat, magis timebat: maxie, q̄ iā (vt dicit̄) est) vxor eius ad eū miserat. L. Iudē at clamabāt dicētes: Si hūc dimittis, nō es amicus Cæsari. ¶ Et q̄si q̄reret ab eis, in q̄ dimissio huius repugnet amicitia Cæsaris, tali snia p̄positionē suā cōfirmāt, iportuni & nimis officiosi amici Cæsaris, inimici autē dei. L. Ois q̄ se regē facit, cōtradicit Cæsari. ¶ Igit̄ cōclūdit v̄t sibi v̄t deī iniquitas oēs os, ne resp̄hēdere vel iniustā dicere dānationē huius hois audeat. Nā ois q̄ se regē facit, cōtradicit Cæsari. Hic autē regē se facit. Securus ergo fit Pilatus, & interficiendo obsequiū se Cæsari p̄stare arbitret̄. L. Pilatus ergo, cū audisset hos sermōnes, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, q̄ dicit̄ Licosthathos, hebraice autē Gabatha. Erat autē paraceue palchæ, hora q̄si sexta. ¶ Paraceue p̄paratio interpretat̄. Quo noīe Iudæi, q̄ inter Græcos cōuerfabātur, sexta sabbati, q̄ nūc a nobis sexta feria nūcupat̄, appellabāt, q̄ eo videlicet die, q̄ in sabbatū foret necessaria, p̄pararet̄, iuxta q̄ d̄ de māna q̄ndā erat p̄ceptū, sexta at̄ die colligeris duplū &c. Qui vero inter Romanos vitā ducebāt Iudæi, v̄t vitas eam latine, cenā puram cognoscebant. ¶ Quia ergo sexta die hō factus, & tota est mūdi creatura p̄fecta: septima autē, cōditor ab opere suo requieuit, vnde & hāc sabbatū, i. requiē, vocari p̄cepit. recte dñs eadē die sexta crucifigens, hūanæ restauratiōis impleuit arcanū. Vnde cū accepisset acetū, dixit cōsummātū est. i. sexta, q̄ d̄ pro mūdi refectione suscepit, totū est opus p̄fectū. Igit̄ illis quidē interfectioibus dñi, magnū q̄ d̄ paraceue propter subsequēs magnū, i. paschale, sabbatū autē: nobis autē p̄paratiōnem vitæ æternę, q̄ nobis illo die p̄parata est, maximū paraceue est. L. Et dicit Iudæis: Ecce rex v̄t Iā dixerat hic derisor, Ecce hō mūc adhuc irridens, Ecce (inqt) rex v̄t. Nesciuit dicere, q̄ d̄ tertiā accusatiōis vel criminis nomē est, ecce filius dei vestri, sed dixerūt Iudæi, q̄ filii dei se fecit. Hæc tria verissima noīa sunt vnus Ch̄ri dñi nr̄i, hō, rex, deus, siue filius dei: quæ quidē irridēs, & cōrisu adorantes, cōfessi sunt inimici, sed vulneratæ & serio adorantes cōfitemur amici. L. Illi autē clama-

Ch̄ri a patre traditus est pro nobis.

Psal. 72 Psal. 110 Ro. 8 Ro. 13

Psal. 124 Efa. 10 Psal. 78

Sap. 2

Exod. 6 Cur sexta feria pati uoluit Christus

Pilatus derisor domini

clamauit. Tolle tolle, crucifige eū. ¶ Puta dixisse Iudæos ifelices. Tolle a nobis regē, tolle principē, tolle sacerdotē. Extūc em̄ impletū ē, q̄d p̄ prophetā fuerat añ p̄dicū, q̄ multis diebus sedebūt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, lte: In hostijs & muneribus vadēt, ad q̄rēdū dñm, & nō inueniēt eū, ablati ē eis. Et merito, q̄ dixerūt, tolle saluatōrē, crucifige propitiatorē, idcirco p̄diderūt salutē, & nullā habēt defensionē. L. Dicit eis Pilatus: Regē v̄m crucifigā? ¶ Hoc petulās iudex, q̄si ioco fatigatus, dixit, sed iocū eius ipatiēs infania fastidiēs, & ad certā crudelitātē festinās repulit. Quid em̄ sequitur? R̄sponderūt ei pontifces: Nos nō habemus regē, nisi Cæsare. ¶ Ergo cōcredat illis, nō hīc regē nisi Cæsare, q̄m oēs alios abiecerūt, nemine excipiētes, siue deū, siue hoīem, & cōdigna sibi accipiāt dona Cæsaris. i. interfectionē & captiuationē gētis, euerisionē ciuitatis, incēdiūq̄ & irrecuperabilem ruinā tēpli. L. Tūc ergo tradidit eis illū, vt crucifigeret. ¶ Itaq̄ vicerūt isti filij hoīm, q̄z erant dentes arma & sagittæ, & lingua eoz gladius acutus: q̄ firmātes sibi sermonē neq̄, tū diu p̄sisterūt, donec traderet eis ad crucifigēdū. L. Susceperūt autē Iesum, & eduxerūt. ¶ Auiditatem suscipiētū, per psalmistā ipse exprimes, susceperūt me (inqt) sicut leo paratus ad p̄dā, & sicut catulus leonis habitās in abditis. L. Et baiulans sibi crucē, exiuit in eū q̄ d̄ Caluarie locū, hebraice autē Golgatha vbi crucifixerūt eū. L. Exiit q̄ d̄, sed nō puenit ad locū baiulādo ipse sibi crucē. Angariauerūt em̄ p̄tereūt Simonē quendā p̄rem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucē post eū. ¶ Exeamus ergo (inqt apls) ad eū extra castra, i. properiū eius portātes. Et nō, sicut ille Simon, q̄ portauit q̄ d̄ post eū crucē, sed ipse crucifixus non est, sed ita crucē eius tollamus, vt nos ipsos cū vitijs & cōcupiscētijs crucifigamus, & cū tps vel cā postulat, eius, q̄ passus est pro nobis relinquēs nobis exēplū, vestigia sequamur. Caluarie, locus erat dānatoz, dicitur caluarie locus, a capitibus eoz q̄ ibi puniebant, vbi crucifixerūt eū. L. Et cū eo duos hinc & inde mediū aut Iesum. ¶ Ita iuxta prophetā s̄ sceleratis reputatus ē, imō & tanq̄ sceleratoz maximus, in medio crucifixus ē. ¶ Verūt̄ ipsa crux, nō solū tormētū iudicari, sed iudiciū q̄q̄ iā q̄ d̄ dā tribunal extitit. Altes nāq̄ illoz sceleratoz (sicut Lucas manifestissime d̄diferit) misere ricorditer assumpsit, Altes iuste reliq̄. L. Scriptū at̄ & titulū Pilatus, & posuit sup crucē. Erat autē scriptū: Iesus Nazarenus rex Iudæoz. Hūc ergo titulū multi legerūt Iudæoz, q̄a prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est. ¶ Scripturā hāc, alio sp̄s sanctus dicit̄, atq̄ alio Pilatus cōsilio scripsit. Ille nāq̄ gloriari se sperabat i hac malitia, & hoc titulo manifestū futurū, & clarius Cæsari annūtiādū, se pro fide ei⁹ occidisse hoīem quē multa gētis illius turba cū ramis palmarū excipiēs, regias illi laudes acclamauerat, Ch̄m eē illū existimās, quē p̄ p̄phetas p̄missum expectabat. At vero sp̄s sc̄tus bñ vtēs maligni scriptoris manu, hūc titulū fecit, q̄ cōtulo & terra trāseūtibus nō trāsbūt, q̄ Iesus Nazarenus, i. saluator & vere sc̄tus, rex Iudæoz, q̄ cruce suā est effectus, Iudæoz in quā, nō eoz, q̄ se Iudæos eē dicit, & nō sunt, sed sunt synagoga satanæ: sed Iudæoz, q̄ in veritate cōfessores dei sunt. L. Erat autē scriptū, hebraice, græcē & latina. ¶ Linguæ oim̄ p̄cipue tres istæ sunt, p̄ q̄s hodie sc̄ta scriptura p̄ totū mūdū celebrata, veritate cōfiteriū. Nā de angustio hebraice lingua domicilio, lex & p̄phetæ & psalmi p̄ liguas, græcā & latinā eruperūt, & orbis terræ armaria testimonijs hui⁹ regis cōpleuerūt. Has ergo linguas bñ in titulo suo cōgregauit dei verbū, nō vitij alligatū neq̄ mortuū, & maligno scriptore bñ vtēs, quō voluit ad honorem suū. ¶ Quid de ipsa cruce dicimus? Eius figura nihil ne mysticū significat: Taceo q̄ de ceteris em̄ nullus abnuat, salutē hūani ḡnis i ligno crucis cōstitui, vt vñ mors oriebat̄, inde vita resurgeret, & q̄ in ligno vincebat, in ligno q̄q̄ vinceret, Neue quis ignoret speciem crucis esse colendam, Quæ dominum portauit, ouans ratione potenti, Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Illud nō p̄tereā, q̄a salutis, quā opabat̄, primas ianuas, i. fidē, sp̄m & charitatē, quartāq̄ illas p̄seueratiā in eius dē crucis, q̄ p̄debat, figura significabat. Habet em̄ crux, lōgitudinē, latitudinē, sublimē atq̄ p̄fundū. Profundū, i. acumē, q̄ fixa terrę ih̄eret: Lōgitudinē inde vsq̄ ad brachia Latitudinē in eorū dē expāsiōe brachioz. Altitudinē ab ipsis brachijs sursum versus q̄ caput iminet. His autē quatuor supradictæ virtutes signant̄. Profundo fides, q̄ occultā volūtatis dei vocatiōe prima in fundo cordis q̄si fundamētū in edificio ponit: lōgitudine p̄seueratiā, altitudine sp̄s, q̄ nobis in celestibus posita ē, latitudine charitas. Nā de his aplm̄ dixisse intelligimus. Vt possitis cōprehēdere cū oibus sc̄tis, q̄ sit lōgitudo, latitudo, sublimitas & p̄fundū. Saluti ergo primos auditus i supplicij sui figura saluator n̄ p̄dicabat, Igit̄ interfectores Ch̄ri suo q̄dē leni sacrilegia, dei autē disp̄sē sacra mysteria loquūt̄ & opant. Hūc (inqt euāg) titulū m̄ti legerūt Iudæoz, q̄a prope ciuitatē erat loc⁹ vbi crucifixerūt eū. L. Dicit ergo Pilato pōtissimū Iudæoz. Nō s̄ scribere rex Iudæoz: s̄ q̄a ip̄e dixit, rex suz Iudæoz. ¶ Isti pōtiffices plane dispersores vel corruptores illi sunt, cōtra q̄s Ch̄ri sp̄s in q̄r̄dam p̄locutus ē sup̄scriptionibus psalmoz. In finē ne disp̄das siue corrupas, in tituli inscriptione. ¶ Titulū nāq̄ bonū & bñ scriptū disp̄dere atq̄ corrūpere voluerūt, sic intercedēdo, Iesus Nazarenus, q̄ dixit, rex sum Iudæorum.

Osce. 5. Osce. 8.

Cōdigna retributio Cæsaris.

Psal. 106. Psal. 63. Psal. 106.

Matth. 27. Marci. 15. Heb. 13. Quō nobis portanda est crux Christi. Galat. 2. i. Petr. 2. Efa. 13.

Matth. 27. Luc. 23. Rex Iudæoz. Apoc. 3

Mysteriū cruce crucis.

Ephe. 3.

Psal. 106. Titul⁹ corrupt⁹ p̄nō debuit.

Galat. 3 septuaginta in hac sententia vsus est? Sic em ait: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quare hoc exemplo sic vsus est? Videlicet quia apud Graecos, quibus scribebat, vulgata fuerat a tpe Ptholomaei Philadelphi septuaginta interpretum ditio, & nimis importunum erat, vt cu Chro scripturas testimonium phibere assereret, & vix audiret, si ipsas quibus scripturas malas interpretatas esse, ostendere conaretur cu apud illos septuaginta interpretum autoritas haberet celeberrima. Maluit ergo sniam cu sensu, quae dificarer commemorare, quae corrigendo scriptura veteranos lectores offendere. Praeterea videtur melius, cuius intentionis sit, haec eadem annuntiatio maledicti, pferri quia pro eo quae maledictus a deo est, iubet illi sepeliri. Nonne mortuus pars bndictionis est, sepeliri, & ecotra maledicti onis, sepultura carere, more asini, sicut de quoda rege terribili dictum est (prout erat meritis) sepultura asini, i. nulla sepultura sepeliet? Nonne sancti & magni patres siue patriarchae, de sepelitis dis vel etiā transferendis corporibus suis diligenter mādauerunt, & pro magno illis fuit sepeliri, & non tñ vbiq; sed in sepulchris patrū suorū? Oigit mirabile & antiquū crucifixi huius crucifixi, quāto anteq; veniret, ita de sepeliedo corpore suo dedit ceceptū, vt profuerit oibus, crucifixi, scriptū pro se vno, legis mandatū. Cū em decollatos siue lapidatos, aut alia vi peremptos licuerit impune in sepultos canibus proieci: solis crucifixis propter iustū crucifigendū lex prophetica, vt pote digito dei cōscripta, sepultura negare prohibuit. Nonne ergo propheticus ipsius crucifixi spūs, gemitibus inenarrabilibus rugiebat in corde Mosi, talē legē scribentis, vt dū crucifixi oēs ex lege sepeliunt, sepultura nō careat hic vnus pro salute mūdi crucifixus, a deo maledictus. Addeus etiā a deo, qd nusq; fecit in cūctis maledictionibus legis? Verbi gra. Cū dicit, maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictus in grege diens, & maledictus egrediens, & sicut in caeteris, nusq; dixit, a deo, nisi tñ in hoc loco. Cur hoc, nisi quia vere solus est hic a deo maledictus, in eo videlicet, qd (hcut ait propheta) iniquitates oim nostrū in illo posuit deus? Idcirco sepeliat (inquit) qd pēdet in ligno, quia futurus est talis pēdens in ligno, qd erit maledictus a deo (in quā) transponēte maledictioēs humani gnis in illo. Quod si quō obicit, qd p maledictioēs prolatas fuisse a deo, verbi gra, cū dicit ad Cain: Nunc ergo maledictus es sup terrā, qd aperuit os suū, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua: nos ecotra dicimus, non esse maledicti effusionē, sed maledicti iā existentis enuntiationē: pferri tñ non dicat, maledictus sed maledictus es, & nō a me, sed a peccatis tuis. Nec em maledictus est Cain a deo, sed a voce sanguinis fratris sui clamātis de terra, & impietatis eius annūtiantis ipsi deo. Igitur hic solus maledictus fuit a deo, & nō a suo peccato: a deo (inquā) qui oim nostrū maledictū, qd erat sup nos, i. omnem iniquitatem nostrā posuit in eo. Quod vero addidit lex: Et nequaquā cōtaminabis terrā, quam dñs deus tuus daturus est tibi in possessionē. Mira spūs sancti arte dixit & scripsit, cum potius ex eo cōtaminata terra posset videri, si in se reciperet corpus maledicti. Quid em? Quid etiā hoc loco scriptor terra intēdit? Hoc vtiq; quia terra quā dedit deus vero Israel in possessionē, corpus est huius singulariter & pro nobis maledicti, quā sibi datū tñc Israel nō cōtaminauit, i. cōtaminari nō permisit, qñ illud Ioseph & Nichodemus eodē die sepelierunt, & cōmuni lege oim in ligno pēdētū, videlicet ne indigne in sepulchri abijceret, & a canibus illis, qd viuū circūdecerant, adhuc exanime cōspueretur. Porro illi putabāt in eo nō cōtaminari terram suā, si cuiusq; taliter occisi corpus nequaquā viuentium oculis ingereretur. Quod si aliquis querat adhuc, cur pro hoc tantopere legislator fuerit sollicitus, cū posset etiam in sepulchri, celtus custodiri corpus sacro sanctū, sicut custodita sunt, ne a canibus vel auibus laederent etiā multa corpora martyrum. Interrogemus eum, cur moriente eodē dño, & terra tremēte monumēta sancto rū aperta sunt? Videlicet aut nihil idoneū, aut hoc rñdebit solū, quia corporibus mortuorū hoc expediebat, vt cōiungere eis in sepulchris corpus huius mortui, qd afferebat resurrectionē mortuorū, & idcirco ad suscipiendū illud certatim & auidē sese dilatauerūt. Nā sicut animā dñi Iesu ad aīas apud inferos descēdere expediebat, vt illas inde educeret scilicet & ad corpora corpus eius puenire optebat, vt illa resuscitaret. Sed iā de hoc fati dictū, ad Euāgelij verba reuertamur. Iudaei (inquit) rogauerūt Pilatū, vt fractis curribus corpora eorū tollerent. Quare? Quia parasceue erat, quia magnus illa sabbati dies erat. Magnus (inquit) dies sabbati ille erat, videlicet quia paschale sabbatū erat. Etenim cū octo diebus pascha celebraret, oim diebus maximus, & maxime festiualis, sabbati dies habebat. Siue ille primus, siue secundus, aut certe tertius occurrisset, vel quatuor & sabbatū paschale vocabat. Idcirco Iudaei petierūt, vt corpora tollerent, ne tātus dies talis horrore spectaculi foedaret. Quippe cū etiā qlibet die corpora eiusmodi sepeliri in eadē die ex lege pcepterent. Sed propter sabbatū, illa Iudaei sepeliri voluerūt pperatū. L Venerūt ergo milites, & primi quidē fregerūt crura, & alterius quae crucifixus est cū eo. Primi inquit, i. exterioris, & alterius itidē exterioris. Nā dñs Iesus medius crucifixus erat, fregerūt crura, quia necdū obierant, vt depositi nō viuerēt, sed & maturius expirarent. L Ad Iesum autē venientes, vt viderūt eum iam mortuū, non fregerūt eius crura. Bene em opus erat, vt super dolore vulnerū eius quae quā apponerent, in quo iam sensuum nihil restabat. L Sed vnus militū lācea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Deo gratias. Sanguine redimimur, aqua ablui-mur. Tantā salutē deus noster, per quā voluit manū lanceatus, in mediō terrae opatus est. Sed huius

rei magnitudo vel dignitas, valde attētū & bñ credulū auditorē efflagitat. Sequitur ergo. L Et qui vicit testimonij phibuit, & verū ē eius testimonij: & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. L Sed vnus testis hic ē, qd vidit & qui scripsit hęc, quis & multos vidisse qd affuerunt & videre voluerūt, dubiū nō ē. Sed ne videar solus ēē testis (inquit) adhibebo meū alios duos testes, legalē, i. sermonē testē vnū, & propheticū testē aliū. Facta sunt em hęc, vt scriptura impleat. Os nō cōminuetis ex eo. L Hoc de agno paschali pceptit lex. Breui ergo sed claro iudicio pdocet, illū legalē paschae agnū significatiuū fuisse huius veri agni, qui nūc tādē pro nobis immolatus ē, sicut iā dudū bñ exercitata certū habet sanctae ecclesiae fides. L Et itē alia scriptura dicit: Videbunt in quē trāsfixerūt. Hoc Zachariae prophetae testimonij est. Igitur i ore triū testū, i. legis & prophetae atq; huius Euāgelistae stabit hoc verbū: quia milites (vt iā dictum est) dñi Iesu non fregerūt crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & cōtinuo exiit sanguis & aqua. Nūc demū rē tantā latius contēplemur. Nec em pter eundē est tāq; rei huius sacramētū, cui sanctus Euāgelista suū tā diligētē testimonij interposuit, & cōgrua de scripturis exēpla subiecit. L Cur ergo agnus qui immolatus ē, noluit vt os cōminueret ex eo? Non em casu, sed eo volētē & disponentē actū est, vt, idcirco crura sibi frangi noluit, quia ossiū fractura nullū vsquā bonū sui similitudine cōmēdat. Ossa nāq; qd vbiq; in scripturis mystice pro virtutibus accipiunt, nihil nobis mystērij pdicaret in eo qd frangeretur. Sed econtra cruciabiles sunt. Sigdē crura eius vias eius significant. Vñ in Canticis dñi: Crura eius cōlūnae marmoreae, qd fundatae sunt sup bases aureas, i. itinera eius pulchra sup diuinitatis sapiētīā in rectitudine sunt firmata. Quid igit vitatae crurae fractura fieri maluit? Sed vnus militū (inquit) Euāgelista (lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Cur igit hoc fieri maluit? Videlicet vt illā sup nos effunderet aquā cū sanguine suo, quā cū cōmēdatē dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, non pōt videre regnū dei. Sigdē huius aquae sacramētum ab hoc miraculo sumptū exordij. Baptizatus ergo dñs in passione sua, talem ad nos suae salutiferae mortis participationē iā mortuus emisit. Non est nouū hoc aut mīg, qd illū in passione sua dicimus baptizatū. Matre filiorū Zebēdij postulante ac dicēte: Magister, dic vt sedēat hi duo sūi mei, vnus ad dexterā tuam, alius ad sinistrā in regno tuo, respondēs dixit: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum, aut baptismo qd ego baptizor baptizari? Qui cū rēdisset, possumus: Calicē (inquit) meū bibetis, & baptismo qd ego baptizor baptizabimini, &c. Nōmine calicis siue baptismi passionē voluit designare martyriū, qd & ipm & illos decebat cōsummari. Vñ & alibi de passione sua loquitur: Baptismo autē habeo baptizari, & quō coartor vsq; dū perficiat. Graece autē baptismus, latine ablutio dicit. Quas ergo sordes habebat dñs vt baptismi passionis ablueretur? Nēpe mortalitatē nostrā & passibilitatē, propter quā sordidus & contēptibilis apparebat hoibus, sicut & in Zacharia legitimus: Iesus autē indutus erat sordidis vestibus. Dixit autē angelus his, qui stabāt corā se, Auferte ab eo vestimēta sordida. Iesus erat indutus sordidis vestibus, qui cū nō fecisset pccm, pro nobis peccatum factus est. Et ipse infirmitates nostras portat. Et in aplo legitimus: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictio. Hic in vice simo primo psalmo loquitur: Longe a salute mea verba delictorū meorū. Et in sexagesimo octauo psal. De tu scis insipientiā meā, & delicta mea a te nō sunt abscondita. Quae vniuersa (inquit) appellant sordida vestimēta, & auferunt ab eo cū in morte sua nra delet pccā. Cū igit videmus dñm Iesum ppter passionē mortis gloria & honore coronatum, & a nostris quae ipse portauerat peccatis ablutum, recte illū accipimus suo baptismi in morte sua baptizatum, atq; vt eundē suū ad nos transfunderet baptismum, sanguinem & aquam de latere suo profudisse iam mortuū. Baptismū quo a Iohanne baptizatus est, non ad eandē pertinuisse virtutem, iam alias dictū est. Idcirco nec solus sanguis, nec sola de latere saluatoris aqua manauit: quia diuinus ordo nostrae salutis vtrūq; depoposcit. Nec em ad hoc redempti sumus, vt tales nos ille possideret, quales eramus prius. Vnde & apostolus: Nō em (inquit) vocauit nos deus in immundiciā, sed in sanctificationē in Christo Iesu. Et in alio loco, cum priora commemorasset peccata. Et haec (inquit) fuisse, sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Vt ergo eet, vnde a peccatis lauaremur, aqua qd corporales tñ lauare poterat sordes, sanguini, qui est pccm nostrae redēptionis, sociata est, & eius societate virtutē atq; authoritatē sumpsit, vt ad abluēdas inuisibiles pccōs, sordes dignas sit cōoperari spū. Societate (inquā) viuifici ac pccōsi sanguinis hoc accepit, vt cōparet vera similitudine rubro mari, p qd saluat ppls trāsīit, Pharaone submerso cū curribus & equib; suis. Nā fugientes Aegypti hui; seculi, mūdatis verā pmissiōis terrā trāsīmittit, diabolumq; persequentem penitus absorbet cum pccōteritis actibus & pompis suis. Igitur (vt supra dictū est) longe rationabilis fuit, vt lancea militis latus eius aperiretur, quam vt eius crura frangeretur rationabilis (inquam) ac decētius tāto salutis fuit artificij, valdeq; accessit ad pulchritudinē operis, vt illud sibi mortuo de latere subduceret, vnde nasceretur ecclesia: qui dormienti ad se costam eduxit vnde formaretur Eua. Hac em similitudine qd pulchritudine, qd

Galat. 3

Hiere. 22

Gene. 35. 10

Deut. 21

Deut. 29

Esa. 53

Gene. 4

Deut. 21

Mat. 27

Luc. 23

Psal. 21

Mat. 27

Psal. 73

Exo. 12

Zacha. 12

Cur noluit

gnus iste, ossa

sua cōmuni

aut frangi.

Cantl. 7

Cur exiit sa

guis & aqua.

Iohan. 3.

Baptism' pas

tionis & martyrii

Marc. 10

Luc. 12

Zacha. 3

1. Corint. 7

Esa. 53

Galat. 3

Heb. 2

1. Thess. 4

1. Cor. 6

Exodi. 14

Cere. 2

Cantico. 3 elegatius, qd dulcius, Sigdē ille primus Adā obdormiuit, iste secūsdus (vt dictū est) surrectus...

Deuter. 27 Nō portuit lo sep̄h a Iudæis reprehendi

Malach. 2

RVPERTI ABBATIS

TVICIENSIS IN IOHANNEM EVANGELISTAM Com̄mētarioꝝ Liber Decimusquartus.

Gene. 49 Psalms. 103 Gene. 46.



B hinc d Iuda te laudabūt fr̄es tui. Iuda (inquā) magne & fortis, q re surgēs ex mortuis, dōfessionē & decorē imortalitatis atq; incorruptiōis induisti.

CAP. XX.

Luc. 23 Mar. 16 Exo. 20.

Juda, catulus leonis inquā, i. filius fortissimi dei, totius fortitudinis, & omnium virtutum principis. A q tu nequaq; in aliq; degeneras, nā ad pr̄ā dā fili mi ascedisti, & ad nullius pauēs occurrum.

Siquidem sabbato (vt ait Lucas) quieuerūt propter mādātum subaudit legis qā lex vetat opari... Cōstat itaq; qā in lachrymis p̄uigiles amores, nīmīūq; lōga retardātis sabbati mora fatigata...

Calistina de cō trarietate euā gelistarum

Laus de ier̄ surrectionis

Quō intelligit tur Exurgam diluculo Pla. 56. & 107

Esa. 42 2. Cor. 6

Iudi. 16 Marci 16.

Lapis per angeli sublat' a sepulchro

Luc. 23

Mysterium huius curius

Psal. 78

Iohannes post pulum Iudæis cum representabat. j. Petri. 2

minibus

nos gentiles, nos aduenas & hospites testamētorū, q̄ eramus sine deo in hoc mundo, p̄ ap̄los, in quibus (vt p̄dictū est) posuit ipse verbū recōciliatiōis, ad eandē pacē inuitauit dicens eis, sicut misit me p̄, & ego mitto vos. Ita iudicādo humiliatū calūniatorē, q̄a nūc iudiciū est mūdi, nūc primiceps mūdi huicū eiciet foras, & veniēs euāgelizauit pacē pauperibus populi sui, q̄ erant p̄pe. f. ap̄lis & ceteris q̄ fuerāt ex circūcisiōe, & pacē nobis filijs eorū dē pauperē, q̄ erant lōge. ¶ Quō aut̄ dicitur, accipite sp̄m̄ sanctū, insufflauit prius: Et tēn̄ flatus quē mortalis adhuc & passibilis hō trahebat & reſciebat ore suo dñs n̄r, nō sp̄s sc̄tus, sed cois erat aer, q̄ iā imortalis nō indigebat vt spiraret, nec nos indigebim⁹ in illo, post resurrectionē, aculo, vbi corruptibilis vita nō est. Proinde q̄q̄ p̄tate spirare corporalr, sicut & māducare vel bibere, cū nō egeret, potuit non tñ arbitramur, q̄vndecim ap̄los & oēs q̄ cū ipsis cōgregati fuerāt, obambulādo singillatim cuiq̄ insufflauit, aut q̄ stans in medio eorū, vno anhelitu tā grandē flatu emiserit, vt cūctos afflaret simul corporāl̄, & huicsemodi flatu attractis dixerit, accipite sp̄m̄ s. &c. Ergo sic potius insufflauit, nō quō hō, sed quō deus, q̄ anteq̄ hō fieret, insufflāse legit. Formauit em̄ deus hoīem de limo terrē, & inspirauit: siue (vt in. 70. habet) insufflauit in facie eius spiraculū vitæ. Qui ergo tūc insufflauit, vt fieret hō in aiām viuētē, nūc idē insufflauit, vt aiā viuētis hōis sp̄m̄ s. acciperet, & ad intelligendū scripturas sensum aptū haberet. Si em̄ Lucas hoc ip̄m̄ narrat, q̄a tūc ap̄uit illis sensum vt intelligeret scrip̄. ¶ Per hūc sp̄m̄ sanctū quō vel q̄ agēdo p̄tā remittere valeat, vt nūc ait, q̄s remiseritis p̄tā, remittunt eis. In Mat. manifestus ostendit ip̄s verbi: Data ē mihi ois p̄tā in cōel, & in ter. Eūtes ergo docete oēs gētes, baptizātes eos, in noīe p̄ris, & filij, & sp̄s s. Ita pla ne, q̄s remiseritis p̄tā, remittunt eis, & q̄s retinueritis, retēta sunt. Nā hoc est q̄d apud Mar. dicit: Qui crediderit & bptizatus fuerit, saluus erit; q̄ vero nō crediderit, condēnabit. ¶ De hac p̄tate & illud p̄det, q̄d alibi dicit: Quæcūq̄ alligaueritis sup̄ terrā, ligata erūt & in cōelis, & q̄cūq̄ solueritis sup̄ terrā, soluta erūt in cōelo. Quā tñ p̄tate nō an̄ passionē suā dedit, sed tñ p̄mi sit, sicut Petro manifestus de futuro loquēs: & tibi (inqt) dabo clauē reg. cōel, &c. Illic de ligando vel ab soluēdo p̄tate p̄misit; hic aut̄. i. post resurrectionē suā, de eo q̄d prius vel melius ē. i. de baptizādis oibus in remissionē p̄tōrū, regulā tradit. Extūc vna sc̄tā catholica eccl̄a p̄ totū orbē, baptizādo in noīe p̄ris & filij & sp̄s s. p̄tā remittit. Et nō vana fides ē, q̄a nō minus p̄tā remittunt eis, q̄s baptisimo abluēs nūc p̄ ministros suos incorporat sibi, q̄ remissa sunt eis q̄ iā in eccl̄a, siue viuētis hōis defuncti erāt, q̄ Ch̄s hora sanguinē & aquā de suo corp̄e fundēs, oim̄ in se credētū p̄tā lauit. ¶ Sicut em̄ (inqt) misit me p̄, & ego mitto vos. i. quā ego de remittendis p̄tis p̄tate ā p̄re sc̄dm̄ hoīem accepi, eandē p̄ oīa do vobis. Data nō est mihi ois p̄tā in cōelo & in terra, & vos q̄cūq̄ p̄tā remiseritis, remissa sunt in cōelo & in terra. Hoc primū & magis necessariū est sp̄s sc̄ti datū. s. in remissionē p̄tōrū. Nā aliud datū est, q̄ dē p̄tecoctes idem sp̄s sc̄tus ē in diuersas ornamēta ḡra. Hoc oibus æqualr dat, vt baptizati ā p̄tis, oēs iustitiamur: illud dispare ḡra distributū est, opante in singulis eodē sp̄s & diuident. put vult. ¶ Sicut em̄ nō solū ā p̄re, sed etiā ā filio sp̄s s. procedit: sic nō semel, sed bis p̄ diuersis affectib⁹ dari illū optuit. A filio nāq̄ i remissionē p̄tōrū p̄cedit, sicut Euāg. manifeste hoc verbo exp̄ssit, dicendo, insufflauit & dicit eis: Accipite sp̄m̄ s. Nā insufflauit, i. de seipso p̄cedētē dedit. Ap̄r aut̄ q̄ p̄cedat, a fructu opus nō est, vñ nec Gr̄corū aliq̄s dubitare solet, licet de filio nō illū p̄cedere q̄dā illoz dixerint. Et anteq̄ filius in hūc mūdū venisset, diuersas distributiōe aiāz antiquis sc̄tis datus ē, sed nō dū vlli in remissionē p̄tōrū, q̄d nūq̄ fieret, nisi prius idē p̄tōrū n̄r sacrificiū se p̄ nobis obtulisset. Sed de hoc iā alio loco, vbi de baptisimo tractari optuit, vberius dictū ē. ¶ Ante rea dū in magna domo sancte eccl̄e, in q̄ solī sunt Ch̄i discipuli, pax. i. remissio p̄tōrū p̄ sp̄m̄ sanctū tribuit, Iudaicus ppl̄s abest, neq̄ cū discipulis de resurrectionē dñi gaudētib⁹, felicis gau dij vult eē particeps. Vñ ab Euāgelista, quē de suo p̄ctore mysterioz multitudinē ibuit, ip̄e q̄ diligebat eū, sapia dei, Ch̄s dñs, protinus subiūgit. L. Thomas aut̄ vnus ex. xij. q̄ dicit Didymus, nō erat cū eis, q̄n̄ venit Iesus. ¶ Sic profecto diuinitus dispositū est, vt hic vnus discipulus tantz letitię deesset, q̄a vcz futurū erat, vt vniuersitati gētū in vnitare fidei grām sp̄s sc̄ti accipientū in remissionē p̄tōrū, Iudaicus ppl̄s sese subtraheret. L. Dixerūt ergo ei alij: Vidim⁹ dñm. Ille aut̄ dixit eis: Nisi videro in manib⁹ eius fixurā clauoz, & mittā digitiū meū in locū clauoz, & mittā manū meā in latus eius, nō credā. ¶ Si ad solā istam spectes, q̄d est, cur hic ap̄lus Thomas ampl⁹ vel iustus ceteris redarguēdus fuerit, tanq̄ incredulus aut infidelis? An q̄a dixit, non credā, nisi videro in maib⁹ eius fixurā clauoz, & nisi mittā digitiū meū i locū clauoz? Nēpe & ceteri nisi vidissent, imō & nisi palpassent, nō credidissent. Nā & sc̄dm̄ hunc Euāg. cū dixisset, pax vobis, ostidit eis man⁹ & latus, & sc̄dm̄ Lucā, nō solū dixit, videte manus meas, & pedes meos, q̄a ego ip̄e sum, sed palpare (inqt) & videre, q̄a sp̄s sc̄tus carnis & ossa nō habet, sicut me videtis hęc. Sed nec ista suffecerūt eis ad credēdū. Nā sequit̄ Lucas & dicit: Adhuc aut̄ illis nō credētib⁹ & mirātib⁹, p̄ gaudio dixit: Habetis hic aliquid q̄d māducat? In q̄ aut̄ Thomas magis incredulus, si purā hie historici tenere velis, nisi forte q̄a ijs, q̄ viderāt eū resurrexisse, nō credidit? Nimis nec illi sua infacie crediderūt oculis. ¶ Igit̄ (vt p̄dictū est) in manu sapie dei facta vbi disponētis. Thomas Iudaici ppl̄i figurā p̄tulit, q̄a diebus ap̄loz, q̄ resurrectionē dñicāz primi testes fuerūt, dicentes, vidimus dñm q̄d & nūc p̄ os v̄s eccl̄ie dicere nō desinūt p̄tinaci duricia resistūt, & nisi

viderint, nō credūt. Itaq̄ nō tā Thomas ex ceteroz cōparatiōe ap̄loz, q̄ Iudaicus ppl̄s incredulitatis arguit, ex cōparatiōe gētū. Nos em̄ nō vidimus & credim⁹ illi. Deus aurib⁹ n̄ris audiuimus, p̄res n̄ri annūtiauerūt nobis. Iudēi nō credēt, nisi & Enoch & Helia p̄currētib⁹ terribilia viderint vēturi iudicii. Vñ & sequit̄. L. Et post dies octo itez, erāt discipuli eius itus & Thomas cū eis. ¶ Post dies octo itus erāt discipuli, intus, sed nō in eis dē foribus. Intus erāt, sed nō Hiero colymis. Nō em̄ arbitrandum est, q̄ toties in Galilæā ire iussi, p̄ octo dies distulerūt. Vbi ergo erāt itus, nisi in mōte Galilæā q̄ abierūt (sicut refert Matt.) sicut cōstituit illis Iesus? Vñ & iā dū dūā magnis doctozib⁹, dicitū est: Post resurrectionē Iesu Galilæā cōspiciūt & adorāt, licet q̄dā dabitēt. Tūc manifestus ostidit Thomā, & latus lācea vulneratū, & manus fixas clauis demōstrat. Quō vero itus, si in mōte erāt? Videlicet q̄a ciuitas est? Nazareth in mōte Galilæā sita erat sicut habemus in Luca: Et venit (inqt) Nazareth vbi nutritus fuerat. Et cū dixissent ei, q̄ta audiuimus ā te factā i Capharnaū, fac & hic in p̄ria tua. Postmodū repleti ira, duxerūt (inqt) illū ad sup̄cilium mōtis, sup̄ quē ciuitas illoz erat posita, vt eū sc̄pitarēt. Ergo & in montē abierāt, & in tuserāt: q̄a in Nazareth ciuitate Galilæā fortassis i domū Mariæ m̄ris eius conuenerāt. Porō mystice post dies octo Thomas erat cū eis, q̄a post hāc plenitudinē t̄pis cū gentibus & reliquiāz credēt̄ Israelitici ppl̄i. L. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomā: Inser digitiū tuū huc, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte i latus meū, & noli eē incredulus, sed fidelis. ¶ Quā dixisti (inqt) nisi videro, & nisi manus meū i latus eius mi sero, nō credā: & hoc te dicētē, cū absens putarer & non viderer, p̄sens audiui, ecce inser digitiū tuū & vide. i. experire meas manus nō sp̄m̄ esse, sed carnē & ossa, q̄ sp̄s nō habet, & tangendo substantiā veræ carnis, noli eē incredulus, sed fidelis, in substantiā veræ diuinitatis plenarie vel corporalr inhabitātis, q̄ carnē suā refuscitare potuit. L. Redit Thomā, & dixit ei: Dñs meus & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti: Beati q̄ nō viderūt & crediderūt. ¶ Quod vni Thomā dicit, q̄a vidisti me, credidisti: plane si solū literalē sensum respicias, & ceteris ap̄lis oibus dici potuit: q̄a vcz nisi vidissent, nō credidissent. Nā anteq̄ vidissent, mulieribus referētibus se vidisse eū, nō crediderūt, sed videbant corā eis tanq̄ deliramēta, verba eorū. Quare ergo vni dicit, q̄a vidisti me credidisti: addēs etiā, beati, q̄ nō viderūt & crediderūt. Et quidē nos nō vidimus & credimus. Sed nūquid cōsequēter, ap̄lo Thomā, q̄ credidit, q̄a vidit, & ceteris ap̄lis q̄ viderūt beatiorez sumus? ¶ Igit̄ (vt iā dictū est) in huius l̄æ exterioris lucēte argētea pulchritudine, mysteriozū q̄q̄ fulgor aureus recōditus ē, & est q̄dā propositio eius, q̄ sine parabolis non loq̄bat, aut agebat, vt Matth. ait, testimoniū prophete subiungēs in eius p̄sona dicētis: Ap̄erit̄ in parabolis os meū, erucl̄uabo abscondita ā cōstitutiōe mūdi. ¶ Itaq̄ in p̄sona Iudaici ppl̄i Thomā dicit, q̄a vidisti me, credidisti: beati, qui nō viderunt & crediderūt, quia videlicet & illi beati quidē erūt qui credēt, q̄a videbūt splēdorē p̄euntē sc̄dm̄ eius aduētū: vcz nobis gētibus minus laudabiles erūt, quia postremi credēt, qui primi credere debuerūt & de capite cōuertent ad caudā. Multa quidē & alia signa fecit Iesus in cōspectu discip. suoz, q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc aut̄ scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Ch̄s filius dei, & vt credēs vitā habeatis in nomine eius. ¶ Ac si diceret, De m̄ris signis, q̄ fecit Iesus in cōspectu discip. suoz postq̄ resurrexit ā mortuis, hæc duo scripta sunt in lib. hoc, q̄m̄ quidē in lege scriptū est est, quia duoz hoim̄ te stimoniū vcz est, vt p̄ hæc duo testimonia credatis, quia Iesus est Ch̄s filius dei, quippe qui cū vt hō mortuus fuisset, vt deus resurrexit. Facta quippe p̄ testibus recte suscipi, Ap̄ls q̄q̄ docet, q̄ cū dixisset Corinthiis: Ecce hoc tertio paratus sum venire ad vos, statim subiūxit. In ore duorum vel trium testū stabit om̄e verbū. Sed forte cōtētiōsus auditor duobus testibus cōtētus non est, tertiuū requirit. Sequit̄ ergo. L. Post hæc manifestauit se iterū Iesus ad mare Tyberiadis, manifestauit aut̄ sic. Erant simul Symon Petrus & Thomas, q̄ d̄r Didymus, & Nathanael, q̄ erat ā Chana Galilæe, & filij Zebedæi, & alij ex discip. eius duo. ¶ Ecce & hoc tertiuū diligēs ac dilectus Euāg. cōscribit testimoniū, vt nihil desit: q̄a (sicut iā dictū ē) in ore duorum vel trium testū stabit om̄e verbū. Nā vt scias, q̄a legitimo testiuū nūero cōfirmare intēdit auditorē Euāgelij in fide resurrectionē Iesu Ch̄i dñi n̄ri, statim in fine huius lectiōis ita cōcludit. Hoc iā tertio manifestauit se Iesus discip. suis postq̄ resurrexit ā mortuis. P̄clarus & auditi dignus ē huius miraculi sermo fidelis, q̄ cū testimonio capitis resurrectionē declarat, corp̄is q̄q̄. i. totius eccl̄ie resurrectionē figurat. ¶ Venerabilis nihilominus & vera diuinitus Euāgelistæ dispositio, q̄ talia de multis q̄ fecit Iesus in cōspectu discip. suoz (vt supra dictū ē) tria signa elegit, q̄ in sup̄ficie historica resurrectionē dñi cōtēstādo, simul etiā mox subsecuturā vocationē plenitudinis gētū & futurā in fine seculi saluationē reliquiāz Israel & vniuersalē oim̄ resurrectionē, mystice p̄dicaret. ¶ Erāt (inqt) simul Symon Petrus & Thomas, q̄ dicit Didymus, & Nathanael, qui erat ā Chana Galilæe, & filij Zebedæi, & alij ex discip. eius duo. Numerū discipulorū nō solū idcirco Euāgelista posuit, quia tātus ē vt recte manifestatio dici possit, q̄ eis dñs apparuit: verū etiā idcirco quia septenario nūero recte sc̄tā eccl̄ia figurat, vt pote cōgregata vel ordinata sc̄tō septiformi sp̄i. L. Dicit eis Symon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. ¶ Electis ap̄tollis & Ch̄i vestigia sequuntis, ad piscationē redire ita culpa nō fuit, sicut hodie q̄ sc̄lo renuntiatibus

Psal. 73 Malach. 4 Apo. 11.

Mat. 28

Luc. 4

Romano. 11.

Luc. 24

Mat. 13 Psal. 77.

Deu. 17. 10

2. Corin. 13

Cap. XXI.

Ago. 20
Theff. 3.
1. Cor. 9.

tiantibus & Chrm sequētibz culpa nō est licitas artes exercere & de labore manuum vicium querere. Alioquin videbit Paulus apostolus, qui manum suam in aratrum miserat, retro aspexisse qui labore manuum suarū victitans, cū concessa posset vti potestare. Etenim euangelium predicās, ne gloriam suam quis euacuaret (maxime apud Corinthios) de Euangelio nolebat venire. Itaq; negotiū piscationis, qd ante cōuersionē sine peccato extitit, post cōuersionem reuēte Apōs culpa nō fuit. Sequitur: Exierunt & ascēderūt nauim, & illa nocte nihil prendiderūt. Mane autē factō, stetit Iesus in littore, nō tñ cognouerūt discipuli, quia Iesus est. Ante q̄ mane ueniret, & dñs in littore stetit, laborauerūt qdem & retia miserūt, sed nihil prendiderūt septē discipuli, quia uidebant ante hoc tempus acceptabile diemq; salutis, qui sole iustitię Chro resurgēte à mortuis ortus est nobis, prædicauerūt quidē lex & prophetæ, sed non effecerūt salutē totius mundi. Retia quidē miserūt, sed nō etiā captos pisces ad littus adduxerūt, q̄a sacrā quidē scripturam cōtexuerūt, sed p̄ eas hoies ad salutē & tēnæ portū nō eduxerūt. Sed uenit mane, & dñs Iesus stetit in littore, q̄a post sram legis, quę nihil ad pfectū adduxit, ueni tps adiuuātis grę, & post resurrectionē suā iam immortalis & impassibilis dñs nō firmiter stare cœpit, extra fluctus mortalitatis nra. L Dicit ergo eis Iesus: Pueri: nunq; d pulmētariū habetis? Ergo (ingr) q̄a nondū cognouerūt ipm esse, qui de mari uocauerat eos, vt faceret piscatores hoim, benigne adignorantes descēdit, & locutus est primo captoribus pisciū, quō loqueret quibet emptor piscium. Et bene scdm intētionē eius qd facturus erat, miraculi pulmētariū quæsiuit. Meus em̄ est cibus (inquit) vt faciā uoluntatem patris mei, qui uidelicet uoluntas nō est alia, quā homies de falsis & amarīs fluctibus seculi extrahere ad portū salutis. Rñderūt ei: Non. Pueri dñi tunc pulmētariū non habēt, & iuxta Pālmistam: Famē patiunt vt canes, qñ retia predicationis mittentes neminē uel paucos capiunt, & tunc murmurāt, q̄a futurati nō sunt. L Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant trahere illud, præ multitudine piscium. Non utcuq; dixit, mittite (inquit) in dexteram nauigij rete. Cum adhuc esset in medijs fluctibus passionis, & mortis passurus, non dixit: Mittite in dexteram, sed tantummodo (inquit) laxate retia uestra in capturam. Itaq; laxatum piscium tunc concluderunt multitudinē, vt rete eorū rumpere, & nauicula eorū pene mergere. At nunc in littore stans, & uindictam turbidi seculi omnino supprensus facturam, mittite (ingr) & nō uicūq; sed mittite in dexteram. Et iam non ualebāt (ait Euāgelista) trahere illud præ multitudinē pisciū, nō tñ dixit, q̄a rumpebat rete, aut mergebat nauicula eorū. Quid ergo hic nisi illā piscationē hoim præsignare uoluit qua ad dexterā cōstituētur oēs electi seclusis ad sinistrā omnibus reprobis, q̄ tāquam pisces mali, rete præsentis ecclesię rumpunt seditionibus, quod maximē fecerunt hæretici uel schismatici Resurrexerat em̄, & in littore tutissimo stabat, quippe q̄ resurgens ex mortuis iam non moris, mors illi ultra non dominabit. Et idcirco recte solos præfigurabat illos, quos secum suscitauit, secumq; ad dexteram patris considerare uellet in cœlestibus. L Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro, dominus est. Ergo (inquit) quia magnus ille pueros suos appellator, qui in littore stabat, tā ueraciter prophetauerat. Dicendo, mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, uenit in mētē priori discipulo illi, quē diligebat Iesus q̄a dominus est. Et hoc Petro dixit, præ omnibz, quem gauisurum esse sciebat plus omnibus. Et bene, quia cito acquieuerant, dicentis: Mittite in dexteram, sicut mansuerat, qui secuti fuerant magistrum mansuerunt, statim cognouerunt eum, quē admodū & illi duo digne cognouerunt eum in fractione panis pro eo, q̄a coegerant eum, dicētes, mane nobiscū, qm̄ ad uesperas cēdit. Nec uero dixit discipulus ille Iesus est, sed dñs est, & nō nos ter, uel quorumcūq; diffinitio, sed indiffinitio, dñs (inquit) est. Cur em̄ sui particulariter dñm diceret, q̄ sic in p̄sentia: palam fecerat, q̄ etiā maris dñs esset. Imō & stando in immortalitatis littore probauerat, q̄ mortis uictor, & uitæ dominator existeret. L Symon Petrus, cum audisset, quia dominus est, tunica succinxit se, erat em̄ nudus, & misit se in mare. Nō ipse dilectus discipulus qui dixerat, dñs est, sed Petrus, qui habebat cingi & duci, q̄ nollet, tunica succinxit se, & misit se in mare. Olim miserat se in mare & ambulauerat super aquas, ut adueniret ad Iesum super aquas ambulante solum, sed uidēs uentū ualidū uenientem, timuit, & in ipso timore suo pene submersus est. Nunc autem stante domino in littore, sponte se idē mittit in mare, & non timet, nihilq; periculi passus est. Quid est hoc, nisi quia tempestate iudicāca, quā dominus super ambulans uicit, Petrus negaturus erat, timore mortis, & nunc fortiter agere habebat in fluctibus Romani Imperij, in magna tempestate sæui Nerōnis? Bene ergo, qui ante passionē domini timuit, & penē merisus, nunc post eius resurrectionem mittēs se in mare, peruenit ad portum feliciter. Alij autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim loque erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Ordo literæ est: Alij discipuli nauigio uenerunt, trahentes rete piscium, non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis. Discipulus ille quem diligebat Iesus & alij, qui nauigio uenerunt, illos significant rectores sanctę Ecclesię, qui in pace uitā finiunt, Petrus uero qui mittit se in mare, illos omnes, q̄ sicut & ipse per medios fluctus tribulationum festinant, & currunt ad dominum, trahētes rete piscium, i. scriptis suis huc lab oribus omnimodis continētes uel propugnantes fidem gentium Non

Hebr. 7.

Matt. 4.

Iohan. 4.

Psal. 58.

Lucæ. 7.

Matt. 27.

Roma. 6.

Luc. 24.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Non em̄ loq̄e sunt ab illa uiuētū terra, in q̄ dñs immortalē stat, sicut loq̄e erāt antiquus sub lege laborātes, anq̄ ueniret gr̄a, sed pp̄e sunt qñ cubitis ducētis, liber uicē & cūctis legalibz cgrimonis a terra solāq; ad ueniēdū op̄ hntes dilectioē dei & pximi. L Vt at descēderūt in terrā, uiderūt prunas positas & piscē suppositū & panē. Regnū britudis, qd vnū & æternū prædiū, vna & ppetua cēna ē, in illo littore. i. seclū sine iueniēdū ē. Illic iueniēt oēs electi prunas, i. plenariū ignē uel amorē spūs. q̄ in hac uita sc̄tis aliq̄tu ē, i. illo at regno pmaxim⁹, sicut pulchre ppheta p̄dicat, dicēs: Dicit dñs, cui⁹ ignis ē in Syō, & camin⁹ eius i Hierlm̄. Inueniēt & piscē suppositū & panē, i. vnū eūdemq; Chrm deū & hoim, scdm hūanitatē qd ē sicut piscē assum, scdm diuinitatis at naturā, panē angeloz: impassibilē. L Dicit eis Iesus: Afferte de piscibz q̄s prædidistis nūc. Bñ afferte ingr de piscibz q̄s prædidistis nūc. Aduocabit ei cœlū desursum & terrā discernere pplm suū cōgregare illi sc̄tis eius, q̄ ordināt testamētū eius sup sacrificia. Qui nā sunt hi q̄bus hoc iuxta Pālm̄, p̄cipit, nisi Apli uel p̄dicatores sancti, q̄rū vnūq; q̄ æterno iudici præsentabit, quātōscūq; de labore suo bonos pisces acq̄siuit. L Ac cedit Symon Petrus & traxit rete in terrā, plenū magnis piscibz centū quinq; ginta tribus. Cū supra dictū sit de septē discipulis. Miserūt ergo, & iam nō ualebant trahere illud præ multitudinē pisciū, quō nūc dr̄: Ac cedit Symon Petrus, & traxit rete in terram, cū multo magis non ualere solus, nisi q̄a p̄ Petrū, cui præ cæteris specialit̄ dictū est: Et tibi dabo clauēs regni cœloz, ueneritis eorū designat, quoz est ius uel officij tractare hoc rete piscium, qd est dei uerbū. Itaq; vna fides, quā uniuērsi piscatores hoim p̄dicāt, recte p̄ vnū figurat Petrū, cui præcipuū datū est ius sup oēs pisces primētes ad regnū cœloz, ad sanctā trinitatis cōuiuū. Ipsi uero pisces omnes magni, & numerati sunt, q̄a ues oēs electi, quīs imares meritis oēs tñ magni sunt, & certus eorū numerus apud deū, q̄ppe q̄ ab origine mūdi scdm̄, p̄positū uocati sūt sc̄ti. Quō em̄ cert⁹ apud ipm̄ nō eēt numerus eorū, q̄s p̄sciuūt, q̄s p̄destinauit, q̄s uocauit, q̄s iustificauit, q̄s magnificauit. Porro ipse pisciū nūc⁹, tal' diuit⁹, p̄uis est, q̄ nō vno in limite cōtēntus, sed tribus continuis limitibus, i. centenis, deceno & singulari dispositus sit. Quæ ues dispositio Arithmetica nota est. Cur hoc, nisi q̄a hoies, q̄s isti pisces significat, nō oēs in eodem ordine uel proposito, sed diuersis ordinibus, licet in eadē fide distincti sunt? Alij nāq; cōiugati alij uidi, uel cōtinētes sunt, alij uitā uirginē adducūt. Et in laxiori qdē ordine uel p̄posito plēs, sed minus ualētes, in arctiori pauciores, sed p̄ciosiores sunt. Nā & iuxta parabolā seminatū, ceteri minus fructus pauocios, i. uirginū ē, tricenarius pluriū, i. cōiugatoz, sexagesimus mediorū, i. cōtinentiū suę uiduaz. Igit̄, si qd mel⁹ (ut it̄ dictū ē) arithmetici nouerūt, unitas, q̄ in cetero, & quārius q̄ in deceno, ternarius q̄ q̄ in singlari cōstitut⁹ ē, si in cetero collati fuissent, eēt qdē maior nūerus pisciū, q̄a nō gēti fierēt, s; nūc magis mysteriū ē, q̄a in cetero piscibus laxius uiuētēs in tribus sublimius cōtemplātes, in quinq; ginta mediocriter agētēs fideles recte itelligunt. Est em̄ S. ecclesia similis archæ, quā Noe fabricauit, quia inferius latior, superius fuit angustior, quippe quæ inferius trectis cubitis in longitudinē, & quinquaginta in latitudinē ampliata, superius in cubito cōsummata est. Sūt multa quæ in hoc numero centū quinquagintatriū pisciū iam à doctōribz uiliter differta sunt, quæ diligēs lector p̄opte suis in locis reperire potest. Sequitur: L Et cum tati essent, nō est sc̄ssum rete. Hoc plane ad Euangelistā pertinuit dicere, cum tanti eēt non est sc̄ssum rete, quia uidelicet in statu quidē præsentis Ecclesię, rete scindunt pisces, illi q̄ numerū excedunt, Pālmista testante, cum dicit: Annuntiaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum, sed in illo resurrectionis littore pax erit & rete solidum, quia solti pisces, q̄ numerati sunt, magni omnes, i. boni illic erunt. L Dicit eis Iesus: Venite prædete. Bene tam multis piscibus magnis qui omnes in dextera nauigij capti sunt, ad terrā protractis dicit Iesus: Venite prædete, q̄a cum feredit idem filius hois in sede maiestatis suæ, & omnes electos ad dexteram suam constituerit & tunc altissime & suauissime hoc modo intonabit: Venite benedicti patris mei, p̄cipite regnum, quod uobis paratū est ab origine mundi. Quid em̄ est hoc prædete, nisi regnū æternū p̄cipere? Quid uero est regnando prædere uel prædēdo regnare, nisi ipm̄, q̄ angeloz cibus est, in quō desiderat angeli prospicere regē glorię facie ad facie sicuti est uideri. Vnde Propheta, cum dixisset de hoie, in iustitijs ambulāte, & ueritatē loquentes panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, qñ q̄reres, qualis panis ei dat⁹ est, uel q̄les aquæ sunt, statim subsecutus, regē (ingr) in decore suo uidebit oculi eius. Proinde continuo subiungit: L Et nemo audebat discubētū interogare eū, tu quis es, sc̄ietēs, quia Iesus est. Tunc quidem non audebat & intenti solummodo ad intūdum uel audiendum, reuerentiā præstabant, quando autē ad illud æternum suos omnes inuitauerit conuiuium, iam opus non habebunt interrogare eum, sc̄ientes, quia Iesus est, sc̄ietēs, & p̄fecte cognoscētēs, q̄ modo ex parte cognoscūt, scripturas legētēs, & sc̄m̄ sc̄iæ sp̄m̄ consulentes, donec ueniat qd p̄fectū est, & euacuet qd ex parte est. L Et uenit Iesus & accepit panem, & dat eis: Et piscem similiter. Vnde uenit, uel quo uenit, ut panem & piscem ministraret illis: Hoc plane secundū sram supfluum iudicare, sed in sensu mystico non nihil opatur. Sic em̄ hic dictū est, uenit & accepit panem & dedit eis sicut alio loco de seruis expectatibus dñm suū, cum præmissum esset, faciet illos discubere, statim subiunctū est

Psal. 49

Matt. 13

Mysteriū nūc
ri. 17.

Ecclesia filia
archæ Noe
Gene. 6

Psal. 39

Matt. 27

1. Pet. 1

1. Iohan. 3

1. Cor. 13

1. Cor. 13

Matt. 24

Matth. 5
Apoca. 1
Deut. 17
Mysteria citra Petrum
Iohan. 16
1. Petri. 5
Mat. 26
Oves quae gemellis sunt tibus
Canti. 4
Luc. 22
Matth. 29
Sap. 4

& trāsies ministrabit illis. Et em̄ qñ dicit stās in littore, venite prāderē, im̄d qñ dicit, sedēs in se de maiefactis suis, venite bñdicti p̄ris mei, p̄cipite regnū, & tūc videbit̄ eū etiā sinitri pisces mali, qñ in anteriori p̄fatiōe mltiplicati sunt sup nubes, & tūc rupert, tūc (in ḡ) videbit̄ eū oīs ocu lus, & q̄ eū pupugerūt, sed trāsibit, sed veniet intus, sed clausus ianuis, & istis foras expulsus, suos discubere faciet, & ministrabit illis. De q̄ eius ministerio nūc mystice dicit̄ est. Et accepit panē & dat eis, & piscē s̄sr. Quis ē iste panis, nisi dulcedo diuina visōis: Et qs̄ alius piscis, nisi natura filij hoīs excocta igne passōis: Vtrūq̄; accipit & dat illis, qā vtriusq̄; naturā visōe reficiet cōfor tes regni sui, sicut p̄mittēs alio loco, & ego (ingr̄) dispo nō vobis, sicut dispo sicut mihi p̄ me le sus d̄scipulis suis, cū resurrexisset a mortuis. Sic ut supius iā dicit̄ ē, qā duosq̄; hoīm̄ testimonii vey ē, & plus q̄ tertii rēgrere legitimū nō ē, nā in ore duosq̄; v̄l triū testimoniū stabit oē v̄ verbū, p̄u dena Euagēlistā, & supius duo testimonia cōscripsit sic terminādo, mlt̄a qdē & alia signafecit Iesus in cōspectu discipulor̄; suor̄; & c. & ne qd̄ cōtētiōsō deesset inquisitori, tertij hanc ma festationem addidit. Et qm̄ quicūq̄; tribus istis nō credit, nec multis alijs, si cōscriberēt̄ur, prāberet auditū fidei, nūc demū, cōtētus eo, q̄ fidelibus satis sit, ita cōcludit. Hoc iā tertio manifesta uit se Iesus discipulis suis cū resurrexisset a motuis. Sequit̄. Cū ergo p̄rā distent, dicit̄ Symo ni Petro Iesus: Symon Iohānis diligit me plus his: Dicit ei: Etiā dñe, tu scis qā amo te. Dicit ei: Pisce agnos meos. Symoni Petro nesciētī, qd̄ p̄ eū dñs Iesus fecisset, in eo q̄ tunica succinxit se, & misit in mare, item q̄ ad iussum ipsius ascēdit, & traxit rete in terrā, plenum tātis piscibus, nesciētī (inquā) actus sui mysteriū, vel qd̄ sibi vellet talis tripl̄ distinctus numerus piscium, ipse dñs & magister, q̄ hēc disposuerat, deinceps aperire incipit. Et primo quidē, q̄ tertio pasto ris illi officij inūgit, dicēdo bis: Pisce agnos meos, tertio pasce oues meas, arcanā piscium cau sam respicit. Et deinde dicēdo: Cū eēs iunior, cingebate, & ambulabas vbi volebas & c. p̄rā nūtiat, qd̄ cingēdo se licet nesciēs, p̄figurauerit. Symon Iohānis (ingr̄) diligit me plus his: Op portune satis ascito nōte paterno, Symonē Iohānis. i. obedientē dei grā, nūc illum appellauit, Nā ille celeriter succingēdo, & in mare mittēdo se, itēq̄ rete in terrā trahēdo, totius obediē tiae, quā siue viuēdo siue moriēdo subiturus erat, typum fortiter exp̄ssit. Quare vere dicit̄: Pisce agnos meos, p̄misit̄ iterrogādo, diligit me plus his: vc̄; qā ex dilectōe opus ē ei, q̄ pacēdos rōnales agnos suscipit, illa vtiq̄ dilectōe, q̄ ipse priceps pastor̄; primus aiām suā posuit p̄ ouib̄; suis. Et pulchre agnos vocat, q̄r̄tū salutē nūc recēs immolatus v̄l aries in sanguine suo genuerat, Quare vero cū dicit̄, diligit me, adiūgit, plus his: Sc̄; ita dicēdo suauissime in mētē reducit huc illud qd̄ supius tanq̄ diligēdo plus caeteris dixit. Et si oēs scādalizati fuerint in te, ego nunquā scādalizabor. Et tūc qdē importunā dilectōis eius fidutiā rēpsit, dicēs, anteq̄; gallus cāter, term me negabis nūc aut̄ iterrogādo, diligit me plus his, cōsciam ei gratāter apphēdit, bñ sciens, qā deinceps timore supato, q̄tū diligit palā factur̄ sit. Dicit ei itē: Symon Iohānis diligit me plus his: Dicit ei: Etiā dñe, tu scis qā amo te. Dicit ei: Pisce agnos meos. I Mani sculos hic agnos in telligi cōuenit, tāto mani sculos agnos super ātes, quantū me diocritas quinquaginta pisciū abū dātore cētum pisciū multitudine, iuxta supius dicit̄ sp̄uāle sensum, dignior ē. Nā sicut tracto reti in terrā, cētū q̄nquaginta & tres pisces distin cte nūerati sunt, ita & nūc in pastoralis curā di strinctiōe primo cētū agnos, deinde q̄nquaginta agnos, tandē q̄, cū dicit̄: Pisce oues meas, tres subaudire op̄p̄retū est, vt ita sint in pasuis Symonis Petri, agni pariter & oues, cētū quinq̄; ginta tres, sicut in reti, qd̄ ille traxit in terram, totidē fuere pisces. Nam sequit̄. Dicit ei tertio Symon Iohānis amas me: Cōtristatus Petrus, qā dixit ei tertio, amas me. Dicit ei: Dñe, tu omnia scis, tu scis qā amo te. Dicit ei: Pisce oues meas. Post agnos & agnos ponunt oues, illā, i. de qui bus in Canticis dicit̄ ē: oēs gemellis foetibus & sterilis nō ē inter eas quia vc̄; vtrūq̄; agnos ordi nem. i. & oēs qui adhuc lacte indigēt, & oēs qui iam grandiusculi siue anniculi, scripturay pa bula carpe norūt, vtrūq̄; (ingr̄) agnos grege regere p̄nt. Et ita quidē eis qbus p̄desse q̄ant, p̄ ca ciores, sed valētiōres sunt, sicut in suprā dicto reti, & cētū piscibus & alij q̄nq̄; gataris, q̄ i summo nūerati, vtiq̄; pauciores, sed digniores sunt. Igit̄ quid significatū fuerit in eo q̄ Petrus eiuismōd̄ rete in terram traxit iubēte dñō, claret in hoc pascedo: agnos v̄l ouisū imperio. Sequit̄ idem dñs, p̄nūtians quātr̄ Petrus sua tūc tunica succinxtus, postea sit cingēdus. Amē autē dico tibi, cū es iunior, cingebate, & ambulabas vbi volebas. Cū autē senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc ad quid dixerit illi, cōscitum Euangelista subsecutus aperuit. Ait em̄: Hoc autē dixit, significans, qua morte clarificaturus esset deū. Senfus igit̄ iste est. Cū iunior, & tanq̄; sub tyrociniō militans, pericula bellī nondū exptus fuisses, cingebas te, hoc est, tua fortitudine plurimum confidebas, & sine duce ambulabas vbi volebas. Dixisti enim: Tecum paratus sum in carcerem & in mortem ire. Item: Etiam si oportuerit me mori te cum, non te negabo. Illic tanquā iunior & improbus, te ipsum accinxisti, non putans quōd̄ indiger es accingi auxilio dei. Cum autem senueris, cum interioris homīs tui sensus inca nuerit, tunc vadēs mecū & in carcerem & in mortem, extends manus tuas in cruce, ita tamen vt alius te cinget, scientem q̄ te ipm̄ cingere nō possis, & ducat quo tu nō vis. i. regat in passione mortis,

mortis, quā naturali timore paucis. In illa aetate senectutis, cū virtus tua defecerit, i. de tua vir tute nihil suspumferis, dices tu nō imemor, q̄ mortē timēdo vitā negaueris, dicēt & oēs q̄ cūq̄ suā infirmitatē bñ cognouerit. Sed ipsi in nobis ip̄is rñsum mortis habuim̄, vt nō sumus i no bis fidētes, sed in deo q̄ suscitāt mortuos, q̄ eruit nos de tātis piculis & eruet, in q̄ speramus, qm̄ & adhuc eruet, adiūtiōibus vobis in ofonibus pro nobis. Et cū hęc dixisset, dicit ei: Sequere me. Mira cū suauitate verax & māfuetus dñs p̄teritā cōcōtatiōis meminert, in q̄ cū dixisset ip se, qd̄ ego vado, nō potes me mō sequi, se q̄ris aut̄ postea. Rñdēs Petrus: Quare (ingr̄) nō possum te mō sequi? Animā meā pro te ponā. Ad hoc dicēte dñō, In hac nocte, anteq̄; gallus cantet, ter me negabis. Ait ille (vt supra dicit̄ ē) adhuc iunior: Etiā si oportuerit me mori tecū, nō te negabo Huius (ingr̄) cōcōtatiōis dñs benigne meminert, dicēs: Sequere me. Ac si diceret, Iā de eo qd̄ dixi ti bi, qd̄ ego vado, nō potes me mō sequi, tu negādo ter vep̄cit: me ē cōprobastis: vep̄cit, vt nihilominus de eo qd̄ adieci, se q̄ris aut̄ postea, meus sermo verus appareat. Sequere ergo. i. imitate me deinceps em̄ paratus eris, p̄ me & in carcerē & in mortē ire. Paratus inquā & fortis eris, & sicut paulo añ tunica succingēs & mittēs te in mare, fiduciale ad littus puenistis: sicut in studio p̄dicatō nis accinctus sp̄i fortitudinis, p̄ mediū tribulatiōis currēs in littore, q̄ etis aternę mecū stabilieris. Cōuersus Petrus vidit̄ illū discip̄, quē diligebat Iesus sequentē, q̄ recubuit in cōena sup pectus eius, & dixit: Dñe q̄s est q̄ tradet te. Nesciēs adhuc Petrus qd̄ diceret, pedū in cōsensu dñm seq̄ba tur, simūlq̄; & iniussus ille alius discipulus. Quare aut̄ vltra solitā suā p̄sona descriptionē nūc ad didit, discip̄, iste q̄ recubuit in cōena sup pectus eius & dixit, dñe q̄s est qui tradet te: Cū em̄ multis iā locis suimet mētiōē fecerit, dicēdo, quē diligebat Iesus, hic tm̄ in sui designatiōe ad didit, q̄ recubuit in cōena sup pectus eius, & dixit, dñe q̄s est qui tradet te. Cur ergo, nisi vt itel ligas dñm dicēte Petro, seq̄re me, illud respicere, qd̄ eidē dixerat in cōena, nō potes me mō sequi se q̄ris aut̄ postea: Hoc nēpe tūc dicit̄ est, qm̄ sup pectus eius recubēs discip̄, iste, dixit ei, dñe q̄s est q̄ tradet te. Hūc ergo cū vidisset Petrus sequentē, dicit̄ Iesu: Dñe hic at̄ quē? Dicit ei Iesus: Sic tū volo manere donec veniā, qd̄ ad te: Tu me seq̄re. Ab hoc dicto tādē adiuuersum est, qd̄ qd̄ dixerit dñs Petro, seq̄re me, & pro significatiōe passōis dixisset ei, cū es iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas & c. Nā protin̄; sequit̄. Exiuit ergo sermo iste inter frēs, q̄ discip̄, ille nō mori. Quō em̄ sermo iste exiret inter frēs, nisi ille q̄; pariter exiret, q̄ Petrus moriēdo sequerēt, vel sequendo moreret: Et quidē ille sermo inter frēs vero exiuit intellectu, sed in isto, q̄ discipulus ille nō morit̄, error fuit meliori sensu corrigēdo. Proinde prudēs Euaḡ, sub sequit̄. Et nō dixit Iesus, nō mori: sed, sic eū volo manere donec veniā, qd̄ ad te. Aliud nē pe est qd̄ cū determinatiōe dixit, sic eū volo manere donec veniam, qd̄ ad te, q̄ si hoc solūmō dī xisset, sic eū volo manere. Nā eo mō ipse fecisset intelligi, hūc discip̄, nō eē moriturus. Nūc vero cū determinat, sic dicēdo, donec veniā, manifeste asserit, in pace illū eē moriturus. Dicit aliq̄, Si volebat dñs hūc dilectū discip̄, donec ipse veniret manere sic, i. nō coacta, sed naturali mor te finire, cur duob̄; filijs Zebedaei, q̄; vn̄ hic erat, plural̄ loquēs, calicē (ingr̄) meū bibetis: Ad hęc inquā, An nō calicē dñi bibit, q̄ in hora, qd̄ dñs ipse bibebat, iuxta crucē cū matre eius stetit? Si nō mris dñi animā (iuxta p̄phetiā Simeonis) gladius p̄trāsit, nec iste dilectus eius discip̄, us amaz̄; eius calicē bibit. Igit̄ & si nō materiali cruce vel gladio discipulus iste martyriū duxit, dñi tñ calicis exers nō fuit. Catez̄; nō sine magno diuinitatis cōsilio factū est, vt hic dilect̄; nota virginitatis cādore insignis, triūphalē, p̄prij martyriū purpurā nō p̄ciperet. Hoc em̄ aiad uerū, q̄s in ecclia solos honore dignos arbitret̄ martyres: triūphos: Ecce isti duo Petrus & Iohā nes p̄cipuz̄; s̄ctoz̄; colūnz̄; sunt, & in altero quidē vitę actiuz̄; fortitudo, in altero cōtēplatiuz̄; p̄ni ter pulchritudo. Et em̄ qd̄ in Martha satagete circa frēs ministeriū, & in Maria sedete secus pedes dñi & audiete verbū illius, p̄figuratū est: hoc iā tūc ihs duobus agi cōceptū est, dū alteri cura mādāt de pascedo dñis oib̄; alter supra pectus dñi recubēs, verbū incarnati notitia plenī imbuū. Sic ergo recte sc̄tā ecclia rubētes amplectit̄ martyriū rosas, vt nihilominus concelebrat amica Ch̄ro cādidiq̄; cōfessiōis lilia. Sequit̄. Hic est discip̄, q̄ testimonij phibet de ihs, & scripsit hęc. Et scimus qā vey est testimonij eius. Hic (ingr̄) discipulus, de quo Iesus dixit, sic eū volo manere donec veniā, qui recubuit in cōena supra pectus eius, & dixit, dñe quis est qui tradet te, ipse est qui testimonij phibet de ihs, & qui scripsit hęc. Et si recte iudicatis filij hoīm̄, talis disci pulus testis i doneus est. Et em̄ in cōtione legitima tā qui scribit, q̄ qui subscribit, pares haben tur, o vos quicūq̄; hoc testimonij accipitis, v̄t hęc subscriptio sit, quā subscribo ego pro vobis oib̄; & scimus quia vey est testimonij eius: vt oēs pariter, ego & vos, in cōtione cōeli audia mur. Sunt autē & alia multa q̄ fecit Iesus, q̄ si scribant̄ per singula, nec ipm̄ arbitror mundū ca pere eos qui scribendū sunt libros. Hoc irrefragabil̄ vey est. Ecce em̄ hunc solū librū, qui ab hoc discipulo scriptus est, mūdus capere nō potest, & cū vnus homitio pugillo eum continere queat, vniuersitas hoīm̄ totū mysteriū eius profunditatē capere non valet. Quanto magis si vniuersa cōscriberent̄, nō caperet mūdus, & ad q̄rendū fastidiosus, & ad intelligendū obtusus. Igit̄ quia quibus hęc pauca pro testimonio nō sufficiūt, nec multa proderūt, sedeāt nūc emeritus testis, qā beneuolis auditoribus satisfactū est, Iesum esse Christū filiū dei.

¶ Finis cōment. Rupti in Euag. Ioh. Colo. exp̄sis Arnoldi Birckman. M. D. XXXIII.

Plaf. 70
z. Cor. 1.
Ioh. j5
Sequere me
Mat. 20
Iohā. 19
Luc. 2
Luc. 19